ARCHIVUM
FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS IV. = TOMUS IV.

Typographia, Directio et Administratio

AD CLARAS AQUAS prope FLORENTIAM

(QUARACCHI presso FIRENZE)

1911.

DISCUSSIONES

DE DIALOGO CONTRA FRATICELLOS S. IACOBI DE MARCHIA

(Appendix ad documenta edita AFH III, 258-79; 505-29; 680-99).

Cum Fraticelli in Italia, favente primo exsilio SS. Pontificum Avenione, deinde schismate occidentali (1), magis magisque propagarentur et eorum doctrina pestifera etiam inter simplices Christifideles sive aperte, sive, uti saepius eveniebat, occulte praedicaretur, Summi Pontifices, reversi ad Sedem Romanam, omni conatu hunc motum haereticum reprimere et exstirpare sategerunt.

Martinus V die 17 sept. 1418 mandavit, ut loca a Fraticellis in Provincia Romana derelicta, Fratribus Minoribus de Observantia assignarentur (2). Circa idem tempus (1420) Pontifex B. Thomae Bellaci de Florentia concessit, ut Fraticellos e Thuscia occidentali (Maremma) expelleret, eorumque loca Observantibus traderet (3). Anno 1426 idem

(1) Ipse Martinus V in bulla contra Fraticellos in Provincia Romana degentes data Mantuae 14 nov. 1418 (BF V, 512) magnam Fraticellorum propagationem Schismati attribuit: Fraticelli « quasdam pravas et a fide catholica devias ac haereticas opiniones falsumque dogma atque mortiferum, vigente (proh dolor) in ipsa Ecclesia schismate, nunc Dei pietate sedato, nisi sunt et nituntur pestifere et pertinaciter dogmatizare ». (2) BF V, 511.

(3) « Il quale officio [di Vicario Provinciale, il Beato Tommaso] esercitò anche nella provincia di Toscana sopra alquanti luoghi, che egli prese nelle Maremme di Siena, cioè il luogo di San Francesco sopra Scarlino.... Quello che l' haveva preso di San Giovanni da Gavorrano, quello di San Benedetto della Nave molto soletario; e quello di Scarzano. Da i quali tutti luoghi con l' autorità di esso Papa Martino, et aiuto del Signor di Piombino e de' Senesi, scacciò i pessimi heretici

Papa Martinus duos, e potentissimis nascentis Observantiae viris Inquisitores contra Fraticellos instituit S. Iohannem scil. de Capistrano et S. Iacobum de Marchia (1). Quantus fuerit S. Iacobi ardor in debellanda illa secta nefanda, compertum est. « Hoc sibi demandatum munus tanto Apostolico spiritu ipse aggressus fuit, ut cum ubique falsa dictorum Haereticorum dogmata Catholicae veritatis gladio confoderet, tam saeva illorum odia ad se attraxerit, ut ab eis ad necem saepissime conquisitus, vix ab illorum insidiis liber evaserit. Sed cum ea divinae veritati et Catholicae praedicationi vis indita sit, ut ipsos quoque rebelles animos plerumque ad Deum convertat; plurimos ex dictis Haereticis a vera Fidei via aberrantes, sua praedicatione, doctrina, prudentia, et constantia ad Ecclesiae gremium revocavit; alios necessario iustitiae rigore punivit atque coercuit (2) ».

Ad hanc S. Iacobi in Fraticellos operam pertinet etiam opusculum cui titulus *Dialogus contra Fraticellos*, et quod videtur primus Waddingus (3) S. Iacobo de Marchia adscri-

---

chiamati Fraticelli dell'oppenione. Razzi, *Vite de Santi e Beati Toscani*, ed. II, Firenze 1627, 698-99. Cfr. etiam Wadding, *Annales O. Min.*, ad a. 1447 n. 23; *Acta SS.* Oct. XIII, 877; Papini, *L'Etruria Francescana*, Siena 1797, 91.

(1) AFH. III, 254.

(2) *Compendium Vitae, virtutum et miraculorum necnon actorum in Causa Canonizationis B. Iacobi de Marchia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia*, Romae, Typis Rev. Camerae Apostolicae, 1726. Vita synchrona S. Iacobi non habetur nisi illa metrica Petrucci, edita a Waddingo: *Vita et res gestae B. Iacobi Piceni a Ioan. Baptista Petruccio Archiep. Tarentino Carmine heroico olim conscripta edidit...* Fr. Lucas Waddingus, Lugduni 1641. Posteriores *Vitae* sunt: G. B. Barberio, *Vita, virtù... del portentoso B. Giacomo della Marca Min. Oss.... di nuovo con ampiezza magiore poste insieme*, Roma 1702; [Ios. Ma. d' Evora, O. F. M.], *Compendio della vita di S. Giacomo della Marca*, Roma 1726; Gaspare da Monte Santo, O. F. M., *Gesta dell' apostolico San Giacomo della Marca Anconitana*, Ascoli 1804; Giuseppe Arcangelo di Fratta Maggiore, O. F. M., *Vita dell' apostolico eroe S. Giacomo della Marca* ed. II. Napoli 1851; Celso Maria di Feltre, O. F. M., *Compendio storico della vita di S. Giacomo della Marca*, Venezia 1876; Giacinto Nicolai, *Vita Storica di San Giacomo della Marca*, Bologna 1876; [Léon de Clary, O. F. M.], *Vie de St. Jacques de la Marche, (1391-1476)*, Paris 1894; Gaetano Rocco da Napoli, O. F. M., *Compendio della Vita di S. Giacomo della Marca, O. F. M.*, Napoli 1910. Omnes hi auctores parum accurate referunt relationes Sancti cum Fraticellis; Petrucci Fraticellos ne commemorat quidem. — Quae autem de ea M. Mariani, *La fine dell'eresia dei Fraticelli dell'Opinione nella Marca*, ap. *Le Marche*, an. VII, (n. s.), vol. II, 296-302, Sinigaglia 1907, disserit, nil novi praebent et ex op. cit. Nicolai exscripta sunt.

(3) *Scriptores Ord. Min.*, (1650) 184; 126², 125³., Mich. Ang. a Neapoli, *Chronologia historico-legalis seraphici Ordinis*, I, Neapoli 1650, 121 exscribens locum Dialogi, ait: In scriptis .... B. Iacobi leguntur haec.

psisse, Mansi vero illud sub Sancti nomine edidit (1). Temporis intervallo, quod inter utrumque auctorem intercedit, cum ageretur de canonizatione S. Iacobi, plurimum disputatum est de hoc opusculo deque eius auctore. Notum enim est *Dialogum contra Fraticellos* magnum fuisse obstaculum pro Canonizatione S. Iacobi, ob locum quemdam, l. c., 599b de defectibilitate Summi Pontificis. Ut hanc eluderent difficultatem, Promotores causae in dubium vocaverunt vel negaverunt omnino S. Iacobum esse auctorem Dialogi, vel etiam, data authenticitate opusculi, eum defenderunt. Officium Postulationis Ordinis in Collegio S. Antonii de Urbe quaedam possidet opuscula MSS. hac in controversia composita, quorum hic titulos et signaturas indicamus:

1). Cod. N. 2. 12. *Beatus Iacobus de Marchia Ord. Minor. Observantium Sti. Francisci ab anonymis observationibus obiectionalibus contra illum tanquam suppositum Authorem Dialogi contra Fraticellos productis Vindicatus coram Sanctissimo Domino Nostro D. Clemente XI. Apologia pro veritate Fr. Michaelis Angeli de Candia eiusdem Ordinis.* Rome ad Aramcaeli 1705. — Aliud exemplar huius opusculi invenitur in Bibliotheca Casanatensi, Romae, Cod. 132 (olim D. III. 34.) f. 47-137.

2). Idem Michael Angelus scripsit a. 1710: N. 2, 13. *Osservazioni resolutive della Censura datasi nell' Osservazioni obiezzionali alla dottrina sopra l' infallibilità Pontificia nell' Opuscolo contra Fraticellos attribuito al B. Giacomo della Marca, fondate principalmente nell' Economia del medesimo Opuscolo.* Cod. N. 2. 13[2] est aliud exemplar eiusdem opusculi.

3). N. 1. 15: *Neapolitana. Canonizationis B. Iacobi de Marchia Ord. Min. Obs. S. Francisci. Esame resolutivo delle proposizioni notate nell' Osservazioni obiezzionali nell'opuscolo contra Fraticellos attribuito al Beato, per riassumerne la discussione e riconoscere, che non fanno alcun ostativo alla Causa per procedere ad ulteriora.* Tibure [Tivoli] l'anno 1710. — Ob haec canonizatio, promota sub fine s. XVII, effecta est solum a. 1726.

Hodie nullum est de authenticitate huius opusculi dubium, cum indicia quae de auctore continet, ut optime demonstravit cl.mus P. Fr. Ehrle (ALKG IV, 107-110), in solum

---

(1) In app. ad Steph. Baluzii, *Miscellanea novo ordine digesta,* Lucae 1761, II, 595-610.

S. Iacobum de Marchia quadrent (1), qui inter a. 1450-1459 opus conscripsit, cui a. 1452 edito, deinde, post occisionem B. Angeli Ord. Camald. (1458) quaedam adiunxit. Nostro demum studio ostendetur illum locum, ob quem difficultates in canonizationis processu ortae sunt, non esse proprium S. Iacobi, sed integre et verbotenus ex alio auctore transscriptum. Quae quidem inadvertentia mira nobis videri non debet, cum Sanctus tot laboribus apostolicis esset occupatus. Perpulchre Postulator in Cod. N. 2. 13 f. 62 r scribit: *Ma quando il B. Giacomo debba render conto, come può presumersi di error voluntario in materia di Religione, e precisamente dell' infallibilità de' Sommi Pontefici in un huomo, che ha tanto affaticato contra i fraticelli per sostenerla?*

Nostra intentio non est omnia pertractandi huius opusculi problemata, sed agemus: I° de codicibus Dialogi et quaestionibus connexis, II° de fontibus principalioribus eiusdem, uti supra innuimus (2).

I.

Nullus codex antiquus Dialogi hodie notus est. Exstabat tamen adhuc tempore agitatae canonizationis et quidem, uti videtur, synchronus auctori, in Archivo S. Isidori de Urbe. Est idem, qui a Waddingo describitur (3): « Scripsit *Dialogum contra Fraticellos de opinione*. Incip. *Vidi de mare bestiam ascendentem*. Habeo apud me MS. » Similia habentur in *Annalibus Ord. Minorum*, ad a. 1426 n. 5, ubi etiam extractum quoddam Dialogi habetur.

Hic codex charactere rubeo inscriptus erat: *Incipit Dialogus contra Fraticellos de opinione haereticos, editus per Fr. Iacobum de Marchia* (4). Hunc codicem fuisse antiquum ex eo, praeter alia, conicio quod auctores supra allegatorum opusculorum in defensionem S. Iacobi conscriptorum, quamvis negent esse originale, numquam tamen excipiunt contra ipsum codicem eum fuisse recenter conscriptum. Imo diserte contrarium concedunt. Codex in Archivo S. Isidori iam non invenitur. Inde enim occasione canonizationis extractus

(1) Sbaralea, *Suppl. ad Script.*, Romae 1806, 357 alios duos ut probabiles auctores Dialogi proponit scil. Iacobum Gavarinum de Montefalcone in Marchia, de quo cfr. ib. 370, vel Iacobum Asculanum, inde ab a. 1455 Inquisitorem in Marchia Anconitana.

(2) AFH III, 262. (3) *Scriptores*, l. c. (4) Cod. N. 2. 12. § 15.

fuit iussu Congregationis Rituum initio saeculi XVIII (1). Ex hoc procul dubio codice confecta sunt apographa Dialogi quae passim inveniuntur. Sunt vero sequentia:

1) Cod. 42 misc. S. Isidori de Urbe, saec. XVII p. 98-153. Incipit Prologus p. 98: *Vidi de mare bestiam ascendentem.* Dialogus incip. p. 100: *Catholicus: Quid tibi videtur de Papa Ioanne 22° ?* — Est apographon omnium antiquissimum et mihi videtur factum tempore Waddingi.

2) Tres codices inter se omnino convenientes: N. 1. 14; N. 1. 14²; N. 1. 14³ in officio Postulationis Ord. Fratr. Min. in Collegio S. Antonii de Urbe. Inscribuntur tria exemplaria: *Opusculi contra Fraticellos B. Iacobi de Marchia attributi et in S. R. C. examinati verbalis copia.* Deinde sequitur titulus alter: *Dialogus contra Fraticellos Beati Iacobi de Marchia de cuius tamen identitate, quod ita fuerit a Beato scriptus dicunt Fratres Minores, quod certe non constat* (2). Incip.: *Incipit Dialogus.* CATHOLICUS: *Quid tibi videtur de Papa Ioanne XXII?*

3) Cod. Vaticanus lat. 8464. Est codex miscellaneus, et typis edita et manu scripta continens, inter quae plura ad Collegium S. Bonaventurae de Urbe spectantia, fundatum pro Ord. Min. Conv. a Sixto V. Dialogus habetur a fol. 9 r ad fol. 53 r. Est plane idem ac Codices sub n° 2 descripti, sed habet notas marginales, a quodam Consultore appositas (3).

4) Duo codices inter se penitus aequales in Bibliotheca Casanatensi, Romae, scil. Cod. 129 (olim D. III. 10) a cl. P. Fr. Ehrle indicatus ap. ALKG IV, 108²; et Cod. 132 (ol. D. III. 34) f. 1-45. Duo haec identica sunt illis sub n° 2 et 3 indicatis.

---

(1) Michaelangelus a Candia a. 1705 in Codice N. 2. 12 refert § 13: « et hoc ipsum quod exstat apud S. C. est manuscriptum extractum decreto S. Cong. ex Archivo S. Isidori (ubi asservantur omnia scripta quae apud bo. me. Waddingum extiterant) caractere antiquo, et incipiens verbis ab ipso Waddingo datis ». Similia in Cod. N. 2. 13. f. 3 r.

(2) In tertio folio in omnibus his tribus codicibus habetur: *Pro Defensione Authoris videri potest in Directorio Inquisit. Quaest. 17 de Obiectis Fraticellorum contra Constit. Ioannis XXII cum responsione ad illa, et Commentarium Paeniae 42.* Alluditur ad *Directorium Inquisitorum Nicolai Eymerici,* quod Fr. Pegna edidit, Romae 1578, et pluries deinde prodiit. De illo Commentario Pegnae cf. (Hiquey, O. F. M.), *Nitela Franciscanae Religionis,* Lugd. 1627, 148 seqq.

(3) P. Ehrle hunc codicem indicavit, ALKG IV, 108. Döllinger, *Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters,* München 1890, II, 705 scribit: *Iacobi de Marchia Dialogus contra Fraticellos* (*Cod. Vatican.* Am Ende folgt noch): *Isti sunt articuli, quos reperi et extirpavi cooperante domino in regno Hungarorum, Sciclorum* [sic!] *et Transsylvanorum.* Deinde articuli

5) Aliud apographum, ex fine saec. XVIII vel ex initio saec. XIX, invenitur in quodam codice penes A. R. P. Candidum Mariotti O. F. M. in conventu S. Francisci, Matelicae, scripto a Fratre Eduardo de Montenovo O. F. M. (Marchia Anconitana): In fine enim codicis habetur: *Scritto di proprio carattere dal fù P. Eduardo da Montenovo, morto in questo convento nella sera di Lunedì 20 Aprile 1818, e sepolto nel giorno dopo nella commune sepoltura de' Religiosi*. Manuscriptum, mortuo P. Eduardo, ad Bibliothecam Fratrum transiit, uti notatur initio codicis: *Ad Bibliothecam S. Crucis Montisnovi 1818. Del fù P. Eduardo di Montenovo.*

Codex duos continet tractatus eadem manu conscriptos:

a) Angeli Clareni Historiam Septem Tribulationum. Incipit p. 1: *Prima tribulatio ordinis Minorum. Interea pastore absente tentat lupus rapax.* Expl. p. 106: *Et erit eis Dominus in Deum et Christus Iesus et eius spiritus in magistrum in saecula.* In folio sequenti legitur: *F. B. B. V. 1. 5. 6. 8. possidebat* (*sic clauditur codex*), *Requiescant in pace Amen.* In eodem folio r. sequitur:

b) Sancti Iacobi de Marchia Dialogus contra Fraticellos haereticos. Hic tractatus foliorum numerationem non exhibet. Incipit Prologus: *Vidi de mare bestiam ascendere.* Ipse Dialogus incip.: *Catholicus: Quid tibi videtur de Papa Ioanne XXII?* Expl.: *Qui est benedictus in saecula. Amen.*

Cum Angeli Clareni Historia Septem Tribulationum in hoc codice transscripta sit ex codice $^{1}/_{67}$ S. Isidori de Urbe, quod ex nota finali clare apparet (cf. Ehrle, ALKG II, 125), verisimile est etiam Dialogum esse transsumptum ex Codice S. Isidori 42. Et revera utrumque accurate conferens, in prologo plane easdem lacunas et lectiones vitiosas inveni in utroque codice.

Ioannes Dominicus Mansi ad suam editionem Dialogi vulgandam adhibuit, uti in Indice p. VIII indicat, *Cod. MS. Bibl. Congreg. M. D.* [Scholarum Piarum] *Luccensis.* Textus correspondet illi, cuius archetypus est antiquus Codex S. Isidori de Urbe. Incipit Dialogus, ap. *Miscellanea*, II, 595: *Incipit Dialogus.* CATHOLICUS: *Quid tibi videtur de Papa*

ap. Döllinger, II, 705-06 sequuntur. Sed haec in cod. Vat. 8464 non habentur. Agitur itaque de alio codice. Döllinger, proh dolor, numerum codicis non indicavit, in indice vero, p. IX haec habet: « Bericht über Sectirer in Ungarn und Siebenbürgen aus Iacobi de Marchia Dialogus de Fraticellis ». Verisimile est agi de codice quodam antiquo Dialogi.

Ioanne XXII? Fuit vero codex ille verisimiliter nonnisi apographum temporis canonizationis, uti infra dicemus, Luccam forsan portatum a quodam S. Congr. Rituum consultore.

Dialogi antiquam versionem italam exstitisse, imo forsitan ex italo Dialogum in latinum versum esse, pariter nos docent illa scripta citata in Postulatione nostra. Quod factum, quoad scio, omnes doctos hucusque fugit. Codex italus antiquus exstabat in conventu Fratrum Minorum Massacii, (hodie *Cupra Montana*) in Marchia Anconitana. Cod. N. 1. 15 pag. 4: *Ad ogni modo non solo si concede gratis che il B. Giacomo habbia scritto contra Fraticellos, ma si dona ex abundanti che quel testo estratto da S. Isidoro sia legittimo del B. Giacomo, il che non è uero. E si notifica che più probabilmente il B. Giacomo habbia scritto contro Fraticelli in lingua Italiana, e che l'opera forse originalmente si conserui nel convento de P.ri Riformati del Massaccio nella Prou.a della Marca, d'onde n' ha hauuta una copia autentica nell'anno 1703 Mons. Bottini Promotore della fede, fatta uenir de partibus con ordini del P. Palermo* [P. Ioannes Antonius Sessa a Panormo] *allhora Commissario Generale.* Pag. 14 et 49 loci ex Dialogo in vulgari referuntur. Similia in Cod. N. 2. 13 f. 8: « *Confesso ad ogni modo, che l'opuscolo Italiano del Massaccio, mi fa qualche sospetto, per esser in lingua grossolana di quel tempo, e conservasi in paese doue il Beato fu Inquisitore contro i Fraticelli: la qual setta in* [f. 8 v.] *quegl'Anni essendo già ridotta, come dice l'Auttore dell'opuscolo, in pochi ignoranti, e uili, non è gran cosa, che gl'habbia formato quel Dialogo Italiano per impugnarli, conuincerli e così confonderli o convertirli. Io non dico che sia* [l' italiano l' originale], *ma dall'Italiano al Latino mi si fa più probabile la congettura per l'Italiano che per l'altro; benchè io non m'assumerei l'obligo di sostenere che l'Italiano lo sia, come forse m'obligarei a sostenere che non lo sia il latino* ».

Hic Codex italus, qui pariter evanuit eodem tempore quo Codex lat. extractus est ex Archivo S. Isidori (cfr. Cod. N. 2. 13 f. 59v.) incipiebat: *Vidde ascender dal mare una bestia.* Ita Cod. N. 2. 13 f. 5 v. Ibidem adnotantur inter textum latinum et italum non leves differentiae, quare Defensor S. Iacobi in hoc eodem codice pluries adducit textum italum, uti f. 13 v; 14 r et v; 15 r; 16 r; 21 r; 25 v; et demum f. 59r-v. notam finalem opusculi, quam cum parumper differat ab illa latina, hic transscribimus: *Conchiudendo*

adunque e facendo fine in queste parole, dico che in tutte le cose [f. 59v.] *soprascritte, o dicte, o che mai dirò, forse che non piaccia a Dio che sia, non fossero sanamente intese, e se pur forscie fosse, sia hauuto per non detto; sottomettendomi sempre alla correction della Santa...* (hic codex originalis male redactus legi non potuit a copista saec. XVIII).

Hae indicationes de opusculi compositione originali in lingua vernacula itala videntur confirmari ex textu latino, in quo non rarae inveniuntur sententiae vel vocabula itala, quae in latinum vertere difficile erat. Noto exempla sequentia in editione Mansii: p. 597 b: *Semper Haereticus transit de palo ad frascas;* p. 600 b: *sed modo habet grossos capronos;* p. 602 a: *retinere bolos et vinum in gutture;* p. 605 a: *et ille gabionus dimisit;* p. 608 b: *numquam reperi... quod aliquis eorum Fraticellorum aliquando fecisset unum par scarparum alicui pauperi;* p. 610 b: *et isto modo ve beccate lo cervello.*

Ex alia vero parte in editione latina plane inveniuntur fontes latini ad verbum saepe exscripti, quod factu difficile fuisset, si auctor prius opusculum in lingua vernacula composuisset et deinde ex hoc in latinum vertisset. Melior igitur solutio mihi videtur auctorem simul utramque editionem confecisse, italam scil. pro populo simplici et seducto a Fraticellis docentibus et dirigentibus, quibus versio latina potius erat destinata.

Ex codicum descriptione iam evidens est in editione Dialogi apud Mansi deesse Prologum, qui incipiebat iuxta Waddingum et codicem italum deperditum: *Vidi de mare bestiam ascendentem.* Omnes codices transscripti initio saec. XVIII pariter eum omittunt. Unde suspicor codicem, quem adhibuit Mansi, non fuisse nisi quemdam illa occasione transscriptum. Revera apud Mansi habetur plane idem *incipit* ac in illis codicibus.

In solo codice S. Isidori 42 et in eius apographo, facto a P. Eduardo de Montenovo, nunc penes P. C. Mariotti, invenitur *Prologus* Dialogi quem, ineditum, hic ex integro ponam. Animadverto tamen textum misere conservatum esse. Scriptor enim saec. XVII aliqua vel legere nequivit omnino, vel male legit. Cum impossibile sit textum exhibere correctum, eum edam, uti iacet, et in notis tantum corrigam aut lectiones meliores proponam, sequens textum codicis S. Isidori (I) et adducens aliquando codicem P. Mariotti (M). Lacunae, uti hic in textu apparent, sic habentur in utroque codice.

Cod. S. Isidori de Urbe 42 p. 98:

Incipit Dialogus contra Fraticellos de opinione hereticos editum per fratrem Iacobum de Marchia ordinis Minorum.

[PROLOGUS].

Vidi de mare bestiam ascendentem habentem capita septem et cornua decem et supra cornua eius decem Diademata et super caput eius nomen blasfemie. Apoc. XIII° (1). Quia secundum Philosophicam (2) doctrinam *homo, cum in honore esset, non intellexit* etc. (3) asserentem hunc esse hominem *ad imaginem Dei* (4) creatum cum rationali intellectu radiatum, et pretioso sanguine christi redemptum, et in sacra et vera fide christiana, quae est uia salutis, positum non intellexit, et exinde diuertendo secundum varietatem et existimationem sui intellectus a recto itinere veritatis se confundit. *Comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Et ideo Beatus Apostolus in preallegatis verbis inquit: *Vidi bestiam,* idest congregationem hereticorum, *ascendentem de Mare,* idest de amaritudine multarum heresum, *habentem septem capita,* idest septem vitia mortalia, quibus prophani heretici sanctam Romanam Ecclesiam solent crudeliter impugnare. Primum caput est superbia, quia ut dicit Augustinus (5): omnis hereticus superbus est et ad sententiam sui ipsius pro auctoritate et veritate recurrit, et ad scripturam sanctam uocesque prophetarum, ac Doctores approbatos, et sanctos viros recurrere non humiliatur. Secundum caput est inobedientia, quia hereticus statim ab obedientia sancte Romane Ecclesie et subiectione recedit. Et dum verum caput Ecclesiae sponse Christi malitiose deponere intendit semet ipsum caput furibundum constituit. Tertium caput est luxuria, quia ut hereticus, *extra, de domibus Religiosorum,* in glos. et Augustinus in *lib. Heresum* inquit, quod finis heresum in luxuria terminatur (6). Quartum caput est sui ipsius exstimatio, cum si[n]t in tenebris, et in voragine omnium errorum, credunt se in luce vera permanere, quia, ut dicit glosa mai. (7), super *Apoc.* quod sibi et errantes se sapiunt et existimant, ceteros vero vilipendunt (8) et despiciunt. Quintum caput: catholicorum et fidelium condemnatio sicut experientia docet, dum in sinagoga malignantium ipsorum doctrinam christi falso docent, semper in condemnationem [p. 99] fidelium scripturam sacram peruertunt. Sextum caput est cordis et deuotionis detestatio, cum se in veritate perpendere studeas (9) nullam deuotam orationem et compassiuas lacrimas in eorum sinagogis et falsis dogmatibus perpendere poteris. Septimum caput: totius cogita-

(1) V. 1. (2) Evidenter legendum *Psalmisticam* vel quid simile.
(3) Ps. XLVIII, 13. (4) Gen. I 27.
(5) Augustinus, Epistol. class. II, ep. CXX, Migne, P. L. 33, 459: *Omnes enim haeretici, qui eas* [Scripturas sacras] *in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores.*
(6) Nec in glossa ordinaria *ad extra.* III, 35 *de religiosis domibus,* nec ap. S. Augustinum *De Haeresibus,* P. L. 42, 21 ss, nec *Adversus quinque haereses tractatus,* l. c. 1101 ss, haec verba, ad litteram saltem inveni.
(7) M. legit *mag.* (8) M. *parvipenderunt.* (9) M. *studens.*

tionis malignatio, quando nempe mens illorum peruersa fraternam caritatem et salutem cogitare, et studere in recta luce deberent, tunc... ... furore repleti .... vero mansuetudinem patientiam et risum ostendentes in sua pertinacia quod dictum (1) laudantes se in errore et peruersitate crudeliter confirmant. Et ideo sequitur: *Et cornua decem,* cum quibus confringere et dilaniare decalogum fidei cristiane conantur. Et sequitur: *Et super cornua eius decem diademata,* vbi glosa inquit: Quando peruersitas in corde errantis (2) heretici radicatur, tunc de qualibet impugnatione contra orthodoxam fidem, confusionem perpendere debet (3), et inde ausu temerario et obstinata cecitate gloriantur. Ideo bene sequitur *super caput eius nomen Blasphemie,* quia hereticus dum se dictum (4) laudare credit, et inde cecitate intellectus ipsum confundit.

Sed ut obmutescere faciamus ignorantiam hominum, qui nimium ..... auctoritate et e temeritate de se aliquid magni...... attamen iustissimus Deus permittit illos in errorem inuoluere (5), ut iudicentur omnes, qui non credunt veritati, sed consentiunt iniquitati. Et quia omnis hereticus conatur se fortificare cum sacris scripturis, a se non intellectis, ideo demergitur in errorem, sicut testatur Augustinus (6) in libro questionum 83. q. 69 dicens: *Non* potest *error qui palliatur christiano nomine oriri nisi de scripturis non intellectis* ..... catholice persecutor hereticorum mores et consuetudines ac etiam astutias ipsorum hereticorum. Aliquando enim non respondent ad propositum, aliquando peruertunt intellectum ..... aliquando alligant ..... detruncatas, aliquando alligant non vera, aliquando per diuerticula hinc inde ne concludantur, aliquando tacent, et fingunt, aliquando rident risu canino, aliquando se ostendunt gaudentes cum sint impatientes, dum corriguntur, et ideo semper sistas in terminis [p. 100] ipsum artando ad proposita. Unde per modum Dialogorum inter catholicum et hereticum cum verissimis rationibus contra fraticellos de opinione hereticos disputationem faciemus. Catholicus quidem primo proponat, hereticus vero ad interrogata respondeat.

II.

Propositum nostrum non est omnes inquirere fontes *Dialogi contra Fraticellos* sed potiores tantum et quidem 1) « Catholici » tunc 2) « Haeretici ».

1) *Fontes* CATHOLICI. Plures auctores observaverunt S. Iacobum in Dialogo uti scripto cuiusdam auctoris Michaeli a Caesena coaevi, quem vocat Fratrem Bonaventuram, rectorem Studii Parisiensis. Quem quidem Fr. Bo-

(1) Sic I et M. Evidenter legendum erat *deum.*

(2) I et M legere nequiverunt, scribunt *exantis.*

(3) M. *perpendebat.*

(4) Ita I et M, sed ut supra legendum est *deum.*

(5) Sic M. I habet *involveri.*

(6) *De diversis quaestionibus,* P. L. 40, 74: *Non enim posset eis error oboriri palliatus nomine christiano, nisi de scripturis non intellectis.*

naventuram alium non esse nisi Andream Richi de Florentia, et qua de ratione S. Iacobus in errorem ductus sit, iam demonstravi (1). Hic tamen adiungendum censeo S. Iacobum forsitan exemplar tractatus Fr. Andreae contra Fraticellos adhibuisse, in quo praefatio cum auctoris nomine deerat, et in cuius fine sequebatur opusculum S. Bonaventurae cum illa nota finali, sicut in codice iam descripto. Quidquid est, ex exemplis iam allatis et nunc augendis constat fontem principalem Dialogi, in iis scilicet partibus, ubi *Catholicus* loquitur, fuisse Fr. Andreae Richi tractatum contra Fraticellos, a nobis repertum et editum, AFH III, 267 sqq.

Duplicem methodum tenet auctor Dialogi in utendo Tractatu contra Fraticellos. Saepissime laudat Fr. « Bonaventuram », quando agit de rebus historicis, sed fere numquam quando agit de rebus pure doctrinalibus, licet non minus in his usus sit Tractatu contra Fraticellos, aliquando eum simpliciter transcribens, aliquando parum mutans vel aliqua transponens. Ut haec magis elucescant in tabellis textum utrumque exhibeo, ita ut ipse lector iudicare queat, modo integre transscribens utrumque textum, modo initium et finem tantum indicans. Simul ex comparatione utriusque textus apparebit, in quam pessimo statu sit textus Dialogi in editione Mansi, quam nihilominus sequi debui. In prima columna textum Dialogi exhibemus, in altera vero textum fontis, cum quibusdam observationibus de modo, quem auctor Dialogi in exscribendo fonte adhibuit, utrum scilicet ad verbum, vel ad sensum tantummodo, vel aliqua omittendo illum transscripserit.

Iacobus de Marchia, ap. Mansi, II, 595 b.	*Andreas Richi,* ap. AFH III, 273, l. 13-16.
Quia illa decretalis Nicolai III non discordat a decretali Papae Ioannis XXII, quae decretalis Papae Nicolai III non determinat se ad aliquem modum habendi, puta civiliter, licet solum ad usum, sed solum vult (quod negatur) Christum et Apostolos aliquid habuisse, cum Evangelium dicat ipsos habuisse, et sic inter se... decretales, sane intellectae, non repugnant.	Nec hic [Iohannes XXII] determinat se ad aliquem modum habendi, puta ciuiliter, uel solum ad usum, set solum vult, quod non negetur habere cum euangelium dicat ipsos habuisse; et sic patet, quod propter varium modum accipiendi terminos non repugnant decretales.
L. c. 595 b. Lex enim civilis et mundana sic diffinit: Ea in bonis nostris ceduntur, quibus habitis	L. c. 275, l. 11-14. quorum [modorum habendi] primus est ciuilis et mundanus, quem leges sic dif-

(1) AFH III, 360 2.

exceptionem et defensionem, et non habitis, repetitionem et exactionem habemus.

finiunt: Ea in bonis nostris esse dicuntur, quibus habitis exceptionem et defensionem, et non habitis repetitionem et exactionem habemus.

L. c. 596 b; (cf. 610 a). Et dicit Bonaventura, Magister et Frater Minor in Theol., quod fuit tempore Papae Urbani VI... quodque omnes Michaelistae recognoverunt errorem suum et reversi sunt ad Papam, et pauci remanserunt cum Michaele et hodie mortui sunt omnes, sed supervenerunt aliqui apostatae a suo Ordine.

L. c. 278, l. 23-26, **Quamplurimi etiam de hiis, qui cum Michaele, in principio in hoc errore fuerunt, conversi sunt et errasse se recognoverunt et sic pauci cum Michaele perstiterunt et hodie decesserunt omnes. Superveniunt autem aliqui inscii et apostatae a suo ordine.**

L. c. 598 a. Sed postea, ut dicit **Magister Bonaventura frater ordinis** et rector studii Parisini, quod **Magister Rubeus** etc. Uti **AFH III**, 277[5], cf. 278.

Mansi 598 a. Et recitat in suo tractatu [Bonaventura i. e. Andreas Richi] quem fecit contra praedictos Michaelistas, quod Magister Ubertinus solemnissimus frater minor.

Uti AFH, 274, l. 22 ss. **Sicut concordauit eas frater Vbertinus de Casali, *frater minor,* vir acutissimi spiritus et excellentissime speculationis.**

Mansi II, 598 b. (Nicolaus V sive Petrus de Corbaria) tunc conscientia ductus sponte ivit Avenionem ad Ioannem XXII, verum Papam, recognoscens suum errorem, et praedictus Papa Ioannes XXII gratulanter eum recepit cum magno honore; et coram D. Papa et toto concistorio, praedictus Petrus Antipapa dixit haec verba: Pater peccavi, *etc.* et cum multa humanitate receptus a Papa, sic in sua curia in pace quievit et obiit; et dicit praedictus magister Bonaventura, quod ipse tunc stabat in monte Pesulano. Uti AFH III, 278, l. 10 ss.

Mansi II, 599 a. Cath. Bene tu ostendis non intelligere, quia quantumcumque aliquis pertinaciter contradixerit alicui decretali, quae de se non inferat in contradictione haeresim ex materia et forma, non convincetur haereticus. Nimis enim grave esset, et animarum grande periculum, si haereticus haberetur, qui alicui decretali indifferenter contradixerit.

AFH III, 506, l. 16-20.... non tamen conuincitur hereticus, qui contradicit quantumcumque pertinaciter alicui decretali, que de se non inferat in contradicentem heresim ex materia uel ex forma, alias nimis graue esset et animarum ingens periculum si haereticus haberetur, qui alicui decretali indifferenter contradiceret.

L. c. 599 a... quamvis sint anathema quod decretales contemnit Pontificum 29. quaest. 2. Si quis; et talis anathematizatio non est haeresis, sed maledictio. Uti AFH III, 506, l. 11-3.

Mansi, l. c. Hoc enim sequeretur inconveniens, quod si non possumus contradicere decretali quin non inferret haeresim, tunc nulla decretalis posset cassari, immutari et suspendi, quia hoc esset haeresim committere simpliciter et tamen saepe decretales cassantur, corriguntur, suspenduntur et immutantur, ut patet in Clem... Cf. AFH III, 506. l. 20-25.

L. c. quia antecessor non ligat et impedit potentiam succedentis, quin posset cassare leges et immutare, nisi includerent heresim. Uti AFH III, 510, l. 8-10.

Mansi, 599 a. Sunt quidam, ubi dicitur, *etc. usque* Papae Nicolai revocare decreta? Potest enim Papa novas *etc. usque* concilia approbata Patrum, *extra. Haec fere ad verbum* AFH III, 510, l. 17 ss.

Posito etiam quod decretales Papae Nicolai *etc. usque.* Sed decretales Papae Nicolai non dicunt, quod fuerint de consilio. *Quae fere verbaliter* AFH III, 508, l. 38-509, l. 1.

Sequitur immediate: Mansi, II, 599 b. At vero altius, et gravior poena imponitur transgressori decretalis Papae Ioannis XXII. *Quia Haereticus.* Sed decretalis Papae Nicolai excommunicat. — Et sic omnes catholici et successores in Papam praefati Nicolai Papae possint manu decretalem annullare, cassare et corrigere; sed decretalis Papae Ioannis *Cum inter nonnullos* per nullum ei successorem possit limitari. Cf. sic AFH III, 509, l. 24-26, et l. 44-47.

Sequitur nunc locus ille in Dialogo, qui tantas difficultates in canonizationis processu provocavit ideoque integre textum Dialogi et eius fontis hic ponimus, ut melius perspiciatur Sanctum nonnisi transcripsisse, sicut alibi fecit (1).

Mansi, III, 599 b. Et iterum dico tibi quod quamvis aliqui summi Pontifices sint in infidelitate defuncti, tamen semper invenies quod Pape in haeresi mortuo aliquis catholicus Papa immediate successit. Itaque in tota successione catalogi summorum Pontificum non invenitur, quod essent duo summi Pontifices successive et immediate haeretici, ut patet in Chronico, sed semper Papae haeretico successit Papa fidelis et sic non dicitur fidem in ordine summorum Pontificum defecisse simpliciter...

AFH III, 521, l. 28-34. Nam licet aliqui summi pontifices sint in infidelitate defuncti, quia tamen cuilibet pape in haeresi mortuo aliquis catholicus papa immediate successit, ita quod in tota successione cathalugi summorum pontificum non invenitur, quod essent duo summi pontifices immediate heretici, ut patet in cronicis. Set semper pape heretico successit papa fidelis, et sic non dicetur fides in ordine summorum pontificum defecisse, nisi forte secundum quid, set non simpliciter.

L. c. 599 b-600 a. Et nunc arguo sic. Post enim declarationem Nicolai Papae *usque* sed Catholicum esse cum tota sua sequela Pontificatus.

L. c. 522, l. 24—523, l. 8. Tunc arguo sic. Post declarationem pape Nicolai *etc. saepe ad verbum, sed cum omissionibus usque* et per consequens catholicum fuisse cum tota successione pontificum.

L. c. 600 a. Et hunc inferas, illa fides non est credenda esse vera fides *etc. usque* omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus eradicabitur.

L. c. 523, l. 29—524, l. 31. Illa fides non est credenda esse fides *etc. ad verbum usque* Omnis plantatio *etc.*

(1) Cf. etiam notam 5, AFH III, 521.

L. c. b... Certissime scias, quod proprium est fidei Catholicae *etc.* *usque* Ideo Grecae et omnes aliae sectae, que recesserunt a fide Petri diminutae sunt sapientia honore et potentia...	L. c. 524, l. 30—526, l. 1. Proprium est fidei catholice *etc.* *saepe ad verbum aliquando ad sensum, cum omissionibus usque....* omnes alie secte... sint diminute dignitate, potestate, scientia et omni virtute et facultate.
L. c. 601 a. Et quia superbe, temere Michaelistae inconsulte etc. *usque* et ita sic in haeresim et aposiam semetipsos demerserunt.	L. c. 528, l. 17—529, l. 23. Quam inconsulte presumptuosi Michaeliste *etc.* *fere ad verbum cum parva omissione usque* ordinem exierunt et in apostasiam se... proiecerunt...

Quae sequuntur in Dialogo 601b-610b minus ab Andrea Richi dependent, quamvis hinc inde allusiones ad textum Andreae inveniri possint. Plures ibi habentur indicationes particulares de Fraticellis et de auctoris cum ipsis relationibus. Quomodo haec diversitas in Dialogo explicanda sit nescio, nisi dicatur Sanctum pro parte pure doctrinali et pro rebus gestis anteactis ad Andreae Richi Tractatum confugisse, sed magis e proprio penu hausisse ubi agebatur de rebus potius practicis, et suo tempore gestis.

2) *Fontes* HAERETICI. — Complicatior est quaestio de fontibus pro illis partibus Dialogi, in quibus Haereticus, scl. Fraticellus, loquens introducitur. Iam audiamus quid auctor Dialogi hac de re indicet. Pag. 599 b. *Catholicus* respondit *Haeretico*:

Mendacium statim convincitur, dicitis enim Papam Ioannem XXII. non catholice intrasse in Pontificatum in vestro libello in Prooem. quod incipit: universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis; *et modo dicitis quod Catholice intravit et stetit septem annis in vero Papatu, quem libellum venenosum multos errores falsos contra praedictum Papam Iannem continentem hinc inde apud simplices illiteratos dimittentes, cum multis induciis* [sic] *et falsis allegationibus Doctorum et decretorum, et sic credunt esse verum, etiam venenatum. Tu vero, Lector fidelis, cave legere praedictum libellum ....*

Iuxta has igitur indicationes auctor Dialogi refutat libellum quemdam Fraticellorum, seu potius litteras circulares directas ad omnes Christi fideles, in quorum prooemio dicebatur: Papam Iohannem XXII non catholice intrasse in Pontificatum, et in quibus erant multae falsae allegationes S. Patrum et Iuris canonici. Iam quisnam est ille libellus? Inprimis excludere debemus omnes illas epistolas et tra-

ctatus, quos Fraticelli privatis viris, uti Iohanni de Cellis, vel etiam auctoritatibus civilibus quarumdam civitatum direxerunt, (de quibus alia occasione loquemur). Duae vero notae sunt epistolae Fraticellorum ad universos Christifideles: illa edita a Vanzolini (1), lingua vulgari conscripta, et alia a nobis edita (2). Neutiquam vero convenit illud, quod auctor Dialogi de ea refert. Illa Vanzolini quidem, utique sermone vulgari congruit in inscriptione, sed in ea deest prooemium de Papa Iohanne XXII catholice non intrante. Epistola a nobis edita differt in inscriptione, dum Papa Iohannes XXII ne nominatur quidem. Illis ergo epistolis exclusis et accurate omnibus undique perpensis, ad hanc solutionem, quae certe quibusdam nova apparebit, deveni: S. Iacobus in Dialogo contra Fraticellos refutat illum tractatum, qui hucusque vel sub nomine DEFENSORII OCCAMI, vel appellationis MICHAELIS A CAESENA editus erat (3), quique post inscriptionem incipit: *Veritatem sapientis.* Huic enim soli conveniunt ea, quae auctor Dialogi refert, et ex hoc *Haereticus* in Dialogo aliquoties argumenta ad litteram hausit. — Inprimis inscriptio est plane eadem:

S. Iacobus refert de libello Fraticellorum.	*Defensor. Occami sive Appellatio Michaelis de Cesena.*
Mansi, II, 599 b. In vestro libello quod incipit: Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis... Dicitis enim Papam Ioannem XXII non catholice intrasse in Pontificatum in vestro libello in Prooemio... — *(Ordinem invertimus harum duarum propositionum).*	Mansi, III, 341 b. Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis.... (*Post pauca*): Almus Christi confessor... Franciscus... praedixit... quod aliquis non canonice electus... in Papatum assumptus multis mortem sui erroris sagaciter propinare conabitur: Haec prophetia dicti Patris ad literam cernitur adimpleta in Ioanne XXII.

Patet hucusque omnia congruere. Sed videamus etiam, utrum argumenta *Haeretici* desumpta sint ex *Defensorio* Occami dicto.

Iacob. de Marchia, l. c. 598 b. Haereticus: Nos cogimur praeceptis sanctae matris Ecclesiae, quae sanctissime mandat omnibus Ca-	Defens. Occ. l. c., 351 b. Ad quartum, scilicet, quod non debemus ab eis separari, et potissime ante sententiam dummodo quod cogimur praeceptis sanctae matris Ecclesiae, quae strictissime mandat omnibus Catholicis ab haereticis

(1) Cf. AFH III, 257. (2) L. c. 263. (3) AFH III, 256.

tholicis ab haereticis et excommunicatis separari, nam quamquam (!) Concilia generalia dederunt sententias contra haereticos separando eos a congregatione fidelium, scilicet Concilium Lateranense Innocentii III, extra de Haeret. Cap. Excommunicamus itaque et anathematizamus omnem haeresim extollentem se adversus hanc orthodoxam et catholicam fidem, quam supra exposuimus, condemnantes Haereticos universos, quibuscumque nominibus habeantur. Et Cap. II. Excommunicamus. Concilium Charthaginense 24 quaest. 3. Cap. Clericus. ubi dicitur cum Haereticis non orandum, nec psallendum est; Concilium Martini Papae primi, quaest. p. Cap. Non liceat clericis, et laicis ab haereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones. Non liceat cum Haereticis aut Simoniacis orare. Concilium Laodicense ibi Cap. non oportet. Concilium Africanum extra de Haeret. Cap. Si quis Episcopus de Haeret. et Pagan. et cap. ad abolendum et 24. quaest. Quaerenda mandatur, in qua si Christus habitator sit haud dubie sit legendum si vero perfidus Populus aut Praeceptor haereticus deformet habitaculum, vitanda est haereticorum communio.

Et non obstat quod non sit recedendum a sententiarum etc. 32 distin. cap. Si quis 16. quaest. ult. Sane, quia ibi de suspensis a Canone loquitur, nam illis et omnibus criminibus speciale est, scilicet in simonia, in haeresi et in notorio fornicatore; Item 19. distin. Anastasii habetur quod multi discesserunt a communione Anastasii Papae haeretici.

et excommunicatis separari; nam quinque Concilia generalia dederunt sententiam contra haereticos separandos eos a communione fidelium; scilicet, concilium Lateranense Innocentii III, extra de haereti. C. excommunicamus itaque et anathematizamus omnem haeresim extollentem se adversus hanc Orthodoxam et Catholicam fidem, quam supra exposuimus, condemnantes haereticos universos quibuscumque nominibus censeantur. Et C. 2. Excommunicamus. Concilium Chartaginense 4. 24. q. 3. C. Clericus, ubi dicitur: Cum Clericis haereticis nec orandum, nec psallendum est. Concilium Martini Papae I q. I. C. non liceat Clericis, vel Laicis ab haereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, nec liceat cum haereticis vel scismaticis orare. Concilium Laodicense ibidem C. non oportet. Concilium Africanum extra de haereti. C. Si quis Episcopus, ut Glos. dicit. Idem iuris est de haereticis et paganis et C. ad abolendam et 24. q. I. C. qui dignior dicit Ambrosius, fides igitur Ecclesiae in primis quaerenda mandatur, in qua si Christus habitator sit, haud dubie sit legendum: Si vero perfidus populus aut haereticus praeceptor deformet habitaculum, vitanda est haereticorum communio.

L. c. 352 a. Respondendo obiectioni dicit: Nec obstat scilicet quod non sit recedendum ante sententiam 32. di. nullus et 18. di. C. si qui et 16. q. ult. Sane, quia ibi de suspensis a Canone loquitur. Nam in illis tribus criminibus speciale est, scilicet in simonia, in haeresi et in notoria fornicatione. Item 19. di. Anastasius habetur, quod multi Clerici abegerunt a communione Anastasii papae, qui communicaverat cum Fotino haetico.....

Nec papa habet privilegium vel praerogativam aliquam in foro haeresis quin subiectus omnibus poenis et sententiis haereticorum, quod probatur 2. quaest, 9. cap. Praesul idest Cardinalis, Episcopus non damnatur nisi cum septuaginta duobus testibus suppl. de haeresi ut dicit gloss., sed numquid contra Papam multiplicabuntur testes; non, imo duo sufficiunt. et in hoc deterioris conditionis est, quia ipse secundum comparationem aliorum creatus est [599a] sine spe veniae damnandus est, ut dicitur de poenit. distin. 2. in princip. et sic nos cogimur, et omnes Catholici Christiani tanta necessitate a praedictorum communione et obedientia separari.

Nec Papa habet privilegium vel praerogativam aliquam plus quam alii in facto haeresis, quin sit subiectus omnibus poenis et sententiis haereticorum, imo minus, quod probatur 2. q. 5. C. Praesul, idest Cardinalis Episcopus non damnetur nisi cum 72 testibus, suppl. de haeresi, ubi dicit Glos. Sed numquid contra Papam duplicabuntur testes; non, imo duo sufficiunt, et In hoc deterioris conditionis est, quia ipse sine comparatione aliorum creatus est. Ideo sine spe veniae damnandus ut Diabolus, de poenit. di. 2. principium......
Notetur autem quanta necessitate cogimur nos et omnes Catholici a praedictorum obedientia separari.

Haec sufficere mihi videntur ad probandum auctorem Dialogi scripsisse contra epistolam *Veritatem sapientis* et hunc fuisse libellum venenosum, multos errores falsos contra Iohannem XXII continentem, quem Fraticelli adhuc tempore Iacobi de Marchia inter populum simplicem propagabant cum multis falsis allegationibus Doctorum et decretorum, a cuius libelli lectione auctor Dialogi fideles dehortatur.

Quid igitur sentiendum de auctore vel auctoribus illius tractatus? Candide fateor me, cum hunc tractatum in codice prius descripto (1) reperissem, de eius natura, auctore etc. valde ancipitem haesisse, et me non nisi paulatim, fontes illius in dies accuratius perscrutatum, perpexisse illum nihil esse aliud quam sic dictum (sed falso, uti etiam clarius mox elucebat mihi) Defensorium Occami. Post plura vero legi cl. Prof. K. Müller (2) eisdem quibus ego rationibus adductum fuisse, ut hunc tractatum tum Occamo tum

(1) AFH III, 255-7.

(2) *Einige Aktenstücke und Schriften zur Geschichte der Streitigkeiten unter den Minoriten in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts* in *Zeitschrift für Kirchengeschichte* (ZKG), VI, Gotha 1883, 63-112. De sic dicto Defensorio Occami agitur pp. 78-82. Cf. etiam eumdem auctorem, *Der Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Curie,* I, Tübingen 1879, 355. « Sind nun also weder Occam noch Cesena als Verfasser dieser Schrift festzusetzen, fehlen vielmehr für beide alle Anhaltspunkte, so wird man doch immerhin annehmen müssen, dass dieselbe aus den Kreisen dieser Münchener Flüchtlinge stamme ». ZKG 81.

Michaeli a Caesena abiudicaret. Ipse insuper putavit hunc textum compositum fuisse a quibusdam asseclis Michaelis de Caesena, Monachii commorantibus, qui ex Italia cum Ludovico IV, Bavaro, confugerant, quibus etiam congrueret illud *Nos pauci* etc., quique hanc epistolam sub Clemente VI (1342-1352) scripsissent, cum dicant (1): *haec radix tres papas germinarit.*

Econtra epistola scripta est in coetu *Fraticellorum*, qui in *Italia* potissime sparsi erant, composita, uti mihi videtur, parum post medium saec. XIV, sed ante a. 1378, cum nulla allusio habeatur ad schisma occidentale, tempore vero schismatis Pisani (1409) interpolata. Verba *Haec radix tres Papas germinavit* vix ullum ibi habent connexum cum reliquo textu, sed ita abrupte ponuntur in fine quintae obiectionis de distinctione potestatis ordinis et iurisdictionis in praelatis, ut iam ex sese interpolata appareant. Sed longe maioris momenti est, quod illa verba in editionibus *Firmamenti*, Parisiis 1512, IV, f. CLrb, Venetiis 1513, III 95v b, et ap. Brown, *Fasciculus rerum*, Londini 1690, II, 459, revera desunt, dum habentur tantum in textu codicis a nobis descripti et in codice Vaticano 7316 f. CCLXXXXV (Nicolai Minoritae), ex quo Mansi textum suum hausit. Utrumque codicem medio saec. XV antiquiorem non censeo (2). Si illa verba *haec radix* etc. applicentur suc-

(1) Baluzius-Mansi, III, 352 b.

(2) Codicem Vaticanum 7316 esse illum quem Mansi e Collegio Capranicae, Romae, habuit ad suam editionem Nicolai Minoritae curandam primus P. Ehrle, ALKG IV, 149, invenit. Codex iste pluribus manibus scriptus est. Fol. CXXIIII v. legitur: *Datum Florentie in publica sessione Synodali solenpniter in ecclesia beate Marie Novelle celebrata Anno ab incarnatione domini Millesimo quadringentesimo secundo, pridie nonas februarii, Pontificatus nostri Anno vndecimo* (= 12 feb. 1443 iuxta priorem notam chronologicam, 1442 iuxta alteram, scil. *a. undecimo* Eug. IV.). Fol. CXXXI r incipit Tractatus contra Michaelem a Caesena: *Incipit tractatus contra prefatum Michaelem de Cesena et Socios eius. Sapientes consiliarii pharaonis dederunt consilium insipiens.* Refutantur quattuor errores. Tractatus, seu potius fragmentum eius, explicit f. CXXXV v: *Quia irracionabile est quod inferior potestas possit in actus superiores digniores et excellentiores quam superior. Si ergo Imperator respectu principatus ecclesiastici* sequitur media pagina et folium CXXXVI integrum vacuum.

Fol. CXXXVIIr-CCCIIIIv habetur *Nicolaus Minorita* editus a Mansi. Hic tractatus et ille contra Michaelem de Caesena una manu conscripti sunt, ob cuius scripturam accuratam et nitidam proculdubio P. Ehrle hanc partem codicis ad saec. XIV adhuc pertingere opinatus est. Qua in re aliud sentio, illam scil. scripturam nitidam, quae vocari potest

cessoribus Iohannis XXII, Fraticelli videri poterant eos recognovisse, quod factis certis contradiceret. E contra ista optime intelliguntur in ore Fraticellorum tempore schismatis Pisani, cum tunc, eo ipso quod tres simul, ut Papas se gesserunt, dubia de eorum legitimitate oboriri debuerunt.

Ad demonstrandum hic agi de documento proprio Fraticellorum sufficit, supposita reliquorum scriptorum horum haereticorum aliquali cognitione, inspexisse quasdam dictiones huius textus et examinasse capita aliqua doctrinae ibi expositae.

a) Inprimis initium ipsius epistolae (1): *Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis,* **humiles Christi pauperes fideles** *et Catholici oppressi pro defensione veritatis fideique Christianae.*

Sic non loquebantur Michael a Caesena, Occamus nec eorum asseclae, qui sibi titulos in Ordine usitatos et illum Magistrorum Theologiae semper attribuebant in litteris circularibus; sunt vero praecise verba Fraticellorum, ex. gr. inscriptionis epistolae editae a Vanzolini et quodammodo etiam illius editae a Wesselofsky (2), et demum tertiae a nobis edendae, sub Innocentio VI (1352-1362) conscriptae, ubi scribunt de semetipsis Fraticelli: *Vestri humiles pauperes Iesu Christi. Vestri pauperculi afflicti et tribulati propter Christum et eius veritatem.*

b) Auctores epistolae *Veritatem sapientis* ceteroquin clare seipsos distinguunt ab illis Michaelistis, magistris in theologia. Loquentes enim de retractatione Iohannis XXII circa visionem beatificam, scribunt (3): *Praedictorum omnium errorum, duos primos, praedictos scilicet de materia visionis animarum et poenis damnatorum in ultima hora mortis dicitur revocasse, quamvis male et false. Quam re-*

Esta Repuesta versa sobre los ritos tolerados á los cristianos, y refuta ciertas especies, que sobre la entrada y salida de algunos franciscanos en China, escribía el jesuita P. Roboredo en una carta titulada: « Respuesta á algunas cosas que contra los PP. de « la Compañía de Jesús de la Missión de China, dizen los Reue- « rendos Religiossos de Sancto Domingo y de Sant Francisco de « Philippinas »; su fecha en Manila á 28 de Diciembre de 1638. — Sobre dicha entrada y salida de algunos franciscanos en China, versan, asimismo, otras cuatro hojas auténticas, unidas à las anteriores, y contienen: « Capítulo de una carta del P. Juan Adán « de la Compañía de Jesús Para el P. Alexandro Rodes de la « Misma Compañía, su fecha en Pequin á ocho de Noviembre « de 1637 » y á continuación: « Síguese la Repuesta á esta carta « que dichos Padres de la Compañía an diuulgado contra nuestros « Religiossos de la missión de China en esta ciudad de Manila ». Está firmada « en este Conuento de N. Serafico P. S. Francisco « de Manila en las Yslas filipinas en los dos días del mes de « Agosto del año de 1639. — Fr. Antonio de Sta. María ». —

La carta del P. Adán está escrita en sentido burlesco y satírico, é indudablemente no debió publicarse, aunque fuera verdad todo lo que dice, cosa negada por nuestros Misioneros, que no eran menos virtuosos y veraces que sus contrincantes. En la Respuesta hay tambien algunas especies punzantes. Niega su autor rotundamente cuanto escribe el P. Adan, y deja ver la travesura con que están redactadas algunas proposiciones, para que todos los lectores lean en ellas muchas cosas, que el autor no dice.

Estos dos escritos del P. Antonio de Sta. María los registran los PP. Juán de S. Antonio, Huerta y Marín en sus libros citados; pero debemos hacer constar, que los títulos que estos escritores les dan, no están conformes con los que su autor les dió, y creemos no sea cierto, el que la contestación á la carta del jesuita P. Adán, que es sin duda la *Apología* que dichos autores registran, se imprimiera en un tomo en folio en Madrid en la Oficina de Juán García Infanzón, cuando dicha *Apología*, si así se puede llamar, no tiene en su original, sino tres hojas, no completas.

N. 4. — *Resolución de quince dubdas tocantes á la nueba conuersion del Gran Reyno de la China.* Ms. del Archivo citado. Caj. 10. Leg. 3.

Mill. 310-X-220. — papel de arroz: — 162 págs. registradas. Sobre el título ó portada, el escudo franciscano de los dos brazos, en encarnado, con unos adornos negros; y debajo del título, el escudo de las llagas en encarnado, dentro de un bonito dibujo á pluma. Tiene dos foliaciones, una por hojas, que principia en el N. 48 y termina en el 128; y la otra por págs. s-162: — principia: «Dubdas graues que se offrecen Açerca de la Nueua « conuersion y christiandad del gran Reyno de China. — I. « Dubda. — Primeramente Por quanto los chinas son de tan « flaco natural ynconstantes....» y termina en la pág. 160. «Y « con esto se da fin á este Parecer en todo sugeto al mejor jui- « cio y á la corrección de Nuestra Sancta Madre la Yglesia Ca- « tholica Romana. Fecho en este Conuento de ntro. Seraphico « P. S. Francisco de la Ciudad de Manila en las Yslas Philip- « pinas en 11 dias del mes de Junio de 1638 años. — Fray An- « tonio de Sta. Maria». Siguen los dos certificados siguientes de puño y letra de sus autores: « Fr. *Francisco de la Madre de Dios*, « Predicador y actualmente Comisario prouincial de la gran China « y actor que fui en la información que vá aqui hecha con onçe « xpanos, y juez que fui de officio en la otra que se hizo con « testigos Religiosos que el año passado de 1637 años se re- « mitió al P. Fr. *Pedro de la Concepción*, procurador desta pro- « uincia de S. Gregorio de filipinas en Madrid. Digo que he

« visto todos estos papeles desde el primero que comienza:
« Processos de cosas que parecen en gran desdoro de la pu-
« reza de la sancta Fe catholica, que piden remedio, y que
« en quanto á lo que aquí se les imputa á los padres de la Com-
« pañia de sus doctrinas y modo de predicar y en quanto al altar
« que tienen en su iglesia extramuros en pekin dedicado á la
« imagen ó tablilla del rei de China, y en quanto al habernos
« perseguido y prendido en pekin con engaños y traídome en
« compañia de otros religiosos yxpanos nuestros por espacio de
« ocho meses, comenzando del mes de Agosto del año pasado
« de 1637 por carceles y tribunales por medio de mandarines
« y otros xpanos suyos, de que doy fé conozco por tales, y que
« es publica voz y fama en china que dichos padres de la Com-
« pañia nos han perseguido y azotado de muerte á tres xpanos
« nuestros sobre el seguirnos, y ultimamente desterrádonos, que
« juro *in verbo sacerdotis* ser verdad y no por esto deponemos de
« los dichos padres, sino que pedimos humildemente declaración,
« si es lícito ó no este su modo de euangelizar, y si estos pa-
« peles no son suficientes á ser creidos ofrezco de nuebo infor-
« maciones inuiando su Santidad á quien gustare para que las
« haga de nuebo, y hallando no ser verdad todo lo que aquí de-
« cimos y mucho más (como que tienen en Macan y en otras
« partes mui gruessas mercancias y trato, y no solo mercadean,
« sino que atrabiessan las mercadurias en perjuicio del bien co-
« mun) ofrezco pagarlo con la vida en pena de mi atreuimiento
« y lo firmo en Manila en diez y seis de Junio de 1639 años.
« — Fr. *Francisco de la Madre de Dios*, qui supra manu pro-
« pria ». — Fr. *Domingo de Jesús* Predicador y compañero en
« este destierro y ultima prission del P. Fr. *Francisco de la Ma-*
« *dre de Dios* de cinco meses á esta parte; digo, que ví al P.
« Fr. *Gaspar Alenda* Predicador de nuestra Orden, que vino de
« Pe-kim, adonde fué presso con otros tres christianos doxicos
« nuestros, y al dicho P. Fray *Francisco de la Madre de Dios*, á
« los quales oy contar la dicha prission auer sido hecha en cassa
« de los padres de la Compañia por medio de sus christianos
« y mandarines. Y á todos cinco los oy jurar, á los sacerdo-
« tes, *in verbo sacerdotis*, y á los otros tres Christianos, á Dios
« y á la Cruz, y he visto sus firmas de los quatro aussen-
« tes, que debaxo del dicho juramento affirman ser verdad lo
« del altar dedicado á la tablilla del Rey de China, como está
« en estos papeles. Y en Fo-cheu dexandoles libres, dentro de
« veinte y dos dias voluieron á prender al dicho Fr. *Fran-*
« *cisco* y á mí y á otro religioso nuestro, que dexamos escon-

« dido en China, quando nos trayan desterrados, por poderlo « negociar ansi con las guardas trocandolo con un criado nuestro « natural desta tierra de Manila. Y tambien prendieron á otros « seis Christianos y dellos fueron los tres cruelmente azotados « sobre el seguirnos ó no; y á ellos y á nosotros nos tru- « xeron á la vergüenza de ordinario por las calles y plaças « audiencias y caminos con guardas y soldados y lo restante « de tiempo en carceles publicas asta que fuimos desterrados á « Macan, siendo remitidos de tribunal en tribunal en la villas « y ciudades, por donde passauamos. Y oy ser publica voz y « fama en China, que todo esto nos ha venido por medio de « de Padres de la Compañia y por medio de sus Christianos y « mandarines: y por estar las naos de partida, no ba con mas « auctoridad, que nuestras firmas. Y assi mismo digo, que he « visto todos estos papeles, y que es publica voz y fama entre » religiosos y Christianos nuestros en China, es verdad lo que « aquí se les imputa á los Padres de la Compañia. Y juro *in* « *verbo sacerdotis* ser todo esto verdad; Y sino bastare, offresco « informacion, á quien de derecho le compete hacerla, — fe- « cha en este conuento de nuestro Seraphico P. S. Francisco « de Manila en diez y seis de Junio de mil y seiscientos y treinta « y ocho años. — Fr. *Domingo de Jesus* — qui supra manu « propria (1) ».

Las dudas propuestas y resueltas por el P. Antonio de Sta. María versan acerca de los ritos y cosas permitidas en China á los cristianos, todas las cuales fueron resueltas por la Congregación de Propaganda Fide en 12 de Septiembre de 1645, en el mismo sentido que el P. Antonio las resuelve en este escrito (2).

Registran este escrito del P. Antonio de Sta. María los autores citados. El P. Civezza pág. 556 del *Saggio,* dice que existe un ejemplar en la Biblioteca Nacional de París y que su autor « si mostra filosofo, teologo, storico, e versatissimo della lingua « e de' riti cinesi ».

N. 5. — *Memoriale a Prouincia S. Gregorii Philippinarum Discalceatorum Regularis Obseruantiae Seraphici Patris Sancti Fran-*

(1) Como quiera que estas acusaciones son de tanta gravedad, sin que nos atrevamos á decir que los *PP. Francisco de la Madre de Dios* y *Domingo de Jesús* fueron perjuros, bueno será hacer constar, lo que se dice en la *Relación de la entrada de los Franciscanos en Filipinas,* escrita en 1649, y que publicó en 1895 el Sr. Retana en el tomo 1º del *Archivo del bibliófilo filipino,* pág. 22. « No falta quien diga que por « orden de los Padres de la Campañía fueron echados de China estos religiosos, y « que por lo menos pudieron impedir su salida y conseruarlos en el reyno: pero « apenas es creible semejante acción de ministros tan catholicos ».

(2) *Quaesita Missionariorum Chinae,* & edic. en la Tipografía de la Congregación de Propaganda Fide, año 1645. Archivo citado, Caj. 9. legs. I y 3.

cisci. — Pro defensione in modo euangelizandi Regnum Dei in noua Conuersione perquam Magni Sinarum Imperii. — Super quaedam valde inusitata, quae ibi super quinquaginta iam annos a Patribus Societatis Jesu obseruantur, dissimulantur, Aguntur, docentur ac permittuntur: quae nihil consona sunt sacris scripturis, nec traditionibus Apostolicis, nec Conciliorum, Patrum, Doctorumque Decretis; Sed potius valde dissonant a communi sensu Universalis Ecclesiae. — Legem ergo destruimus per Fidem? Absit: sed legem statuimus. Ad Rom. 3. 31. — Ms. del Arch. citado. Caj. 10. Leg. 2.

Mill. 310-X-220: papel de arroz: — 22 hojas foliadas: port. á la v. se lee: « E. M$^{is.}$ D$^{nis.}$ C$^{bus.}$ S$^{tae.}$ R$^{nae.}$ E$^{siae.}$ SS$^{ae.}$ Congr.nis de Fide Propaganda. — Quoniam apud te est fons vitae et in lumine tuo videbimus lumen. Psalm. 35. v. 10.; Principia: « E. M. AC. R. D. — Prouintia S. Gregorii Philip« pinarum Discalceatorum Regularis Obseruantiae Seraphici P. S. « Francisci ad pedes V. E. M. tanquam ad luminare maius, quod « Deus in Ecclesiae coelo suae constituit, ut negotiis de propa« ganda Fide clare praeesset, ullarumque tenebrarum nullatenus « pateretur incursus; suplex confugiens proponit ac dicit »: termina: « (quamvis irrigatas profluvio sanguinis nostri) juxta Chri« sti crucifixi Domini desiderium, pullulet et produceet in vitam « aeternam. — Manilae in conuentu Seraphici P. N. Francisci, die « vigessimo quinto Julii anno Domini, millessimo sexcentessimo « trigessimo nono. Frater Antonius de Sta. María ». *Rubricado.*

Como se ve en el título, este Memorial trata de la misma cuestión de los ritos. Su autor lo divide en cinco puntos, y cada uno de estos, en tres artículos, y últimamente se objeta á sí mismo con los fundamentos alegados por los defensores de los ritos, á los cuales contesta. La Provincia de S. Gregorio mandó ejemplares de este Memorial, ademas del aquí registrado al Cardenal Barberini, Protector de la Orden, al Rey y al Inquisidor General de España. Estos dos últimos en castellano. En el Arch. citado y en el mismo cajón y legajo, se guardan cuatro ejemplares con la firma autògrafa del P. Antonio de Sta María y con las direcciones á cada uno de los personajes dichos.

El P. Juán de S. Antonio, en sus dos Bibliotecas, registra este Memorial cuatro veces, como si cada uno de ellos fuera distinto, siendo asi que no tienen otra variante que la dirección, y un texto de la S. Escritura, al pié de ella. Le registran, asimismo, los PP. Huerta, Marin y Civezza en sus libros citados. Este último poseia un ejemplar, véase el *Saggio,* págs. 396 y 553.

N. 6. *Tabla de los puntos mas principales que en esta informacion ban auténticos y probados con otros que en los demas papeles ban,*

que todos parezen ser muy dignos de zensura y de remedio. Ms. del mencionado Archivo, Caj. 10. Leg. 2.

Mill. 310-X-220; papel de arroz. 4 hojas foliadas, con la firma y rúbrica autógrafas del P. Antonio de Sta. María, pero sin fecha. Es una especie de Indice de lo contenido en los anteriores, incluso de las dos Informaciones hechas en China. Contiene trece puntos. Ninguno de los escritores citados lo registra.

N. 7. — *Relatio Sinae Sectarum: praecipue Philosophorum quorum secta* [roto] *antiquissima esse videtur. Directe ad Venerabiles Patres superiores nostrae seraphicae Religionis, qui ad hanc Sinensium conversionem missuri sunt operarios ad fratresque nostros qui mittendi sunt ad Sanctum Euangelium his gentibus praedicandum. Per Fr. Antonium de Sta Maria eiusdem Ord. Praefectum Apostolicum Sinae.* Ms. del Archivo citado, Caj. 10. Leg. 3.

Mill. 230-X-172: papel de Europa: 59 hojas foliadas, más cuatro sueltas en papel de China. Letra muy menuda, con muchas abreviaturas, algunas de dificil interpretación. Es una copia bastante destrozada por el insecto, llamado *Anay* en Filipinas.

A la Relación precede una carta del P. *Buenaventura Ybáñez*, dirigida á Fr. *Sebastián Rodríguez*, Definidor de la Provincia, en la cual hace constar, que el original se lo mandó el autor á Macao, y que por no quedarse sin él, mandó sacar una copia para remitirla á Manila. Su fecha en 27 de Febrero de 1664. — A la v.en b.: fol. I: *Proemium*, hasta el fol. 2. — En este principia el *Index capitulorum primae Partis*. — fol. 3: Texto: principia: « Cap. I. De 1. totius Orbis idolatriae ac simulacrorum initio: « de primoque utriusque Auctore. — Sicut ante divisionem lin« guarum homines omnes unum esse populum constat » y concluye: « Haec sufficiant ut qui ex nostris huc mittendi sunt ali« quam de hac missione Sinica praehabeant lucem. — Sinae e « Prov. de Xantung, civitateque Çhinan Novembris 18 anno Do« mini 1662. — Frater Antonius de Sta. Maria Praefectus App.cus « Ord. Min. Sinae ».

Se divide el libro en tres partes: « I. De secta Philosopho« rum Sinensium: suorumque sequentium hujus temporis litera« torum. — 2. De Sectis idolorum quae communes sunt Populo « Sinarum. — De ingressu Missionariorum Religiosorum Ordinis « Sotíetatis Jesu et Praedicatorum, ac Fratrum Minorum in si« nicam Missionem: ac de aliquibus vestigiis nostrae sanctae fidei « antiquis, quae inventa fuerunt in Sinis ». — Indice de la primera parte. — « Cap, I. De primo totius orbis idolatriae, ac simula« crorum initio: de primoque utriusque authore. — Cap. 2. Quis « videatur inter totius orbis Philosophos fuisse primus auctor prae-

« dictum excogitandi chaos aeternum. — Cap. 3. De literis li-« brisque clasicis Academiae Sinarum. — Cap. 4. De famoso Si-« narum Magistro Confucio. — Cap. 5. De doctrina hujus Phi-« losophi pro maiori sumpta. — Cap. 6. De disonantiis quae vi-« dentur inter textus antiquorum et sua commenta eis apposita. « — Cap. 7. De conditione primi totius Orbis principii, secundum « mentem Sinarum. — Cap. 8. De modo ac praxi creationis to-« tius universi, secundum mentem Sinarum. — Cap. 9. De tribus « causis inter secundas generalibus totius universi, secundum men-« tem Sinarum. — Cap. 10. De causis generationis et corruptio-« nis in rerum natura secundum Sinicam Philosophiam. — Cap. 11. « De modo sciendi Sinarum: de constellationumque observatio-« nibus ad fatum suum praesciendum. — Cap. 12. Cum omnia « secundum hanc sectam unumque sint natura et ratione; quo-« modo res inter se differunt in specie? — Cap. 13. Sinenses « Philosophi numquam aliquam substantiam spiritualem agnove-« runt distinctam a corporea. — Cap. 14. De natura deorum, « quos haec secta vocat spiritus. — Cap. 15. De duobus doctri-« nae inventionibus sectae Philosophorum. — Cap. 16. De Diis « aut spiritibus, qui secundum hanc sectam adorantur a Sinis. — « Cap. 17. De sacrificiis huius sectae literatorum: de eorumque « prima antiqua institutione. — Cap. 18. Utrum cultus Sinicus « pro avis sacrificandi polliticus tantum sit: an Religiosus? — « Cap. 19. Utrum praedictus cultus a principiis Sinicae Philoso-« phiae polliticus sit dumtaxat; an superstitiosus ex se? — Cap. « 20. De objecto adaecuato praedicti cultus sacrificiorum tam a « coelo quam ad suos antecessores, ex quo videtur magnam in « se includere superstitionem. — Cap. 21. Utrum in hoc cultu « Progenitorum, etiam ab antiquo, sicut nunc adfuerint aliquae « ad eos deprecationes, vel spes aliquid ab eis obtinendi? — « Cap. 22. De diversis auctoritatibus iuxta praefatam materiam « clasicorum Auctorum Sinensium. — Cap. 23. Utrum literati « Sinenses sint Atheistae? — Elenchus testimoniorum gravium « literatorum ac Magistratuum ethnicorum, ac neophitorum a P. « Nicolao Longobardo diligentissime iuxta praefatas matterias con-« sultorum. — *Pars II.* — Cap. 1. De sectis *xe kiao,* et *Tao* « *Kiao* in communi. — Cap. 2. De eis quae sunt specialia sectae « idoli nomine *Foe.* — Cap. 3. De mortificationibus, ac poeni-« tentiis publicis horum diaboli Bonziorum. — Cap. 4. De eis quae « specialia sunt aliae sectae idoli nomine *Láo-Kium,* aut *Láo-chín.* « — Cap. 5. De utriusque sectae professoribus: ac de modo plu-« viam postulandi ac elemosinam a pauperibus. — Cap. 6. De « Templis idolorum, ac de inventionibus diaboli ad se in eis ado-

« randum et colendum. — Cap. 7. De alio celeberrimo Templo « cuiusdam idoli seu deae a sinis vocatae *Xing-mu,* id est, *Sancta « mater.* — Cap. 8. De aviditate et affectu, quo fiunt istae pere« grinationes. — Cap. 9. De aliis Templis, quae a literatis, vel « a vulgo populi frequentantur, — Cap. 10. De aliis apparentiis « quibus diabolus inhiat usurpare in suis sectis similitudinem My« sterii Sanctissimae Trinitatis. — *Pars III.* — Cap. 1. De in« gressu PP. Societatis Jesu in Sinam. — Cap. 2. De uberrimis « fructibus Patrum Societatis Domino acquisitis in hac Sinensi « vinea suo labore ac patientia. — Cap. 3. De ingressu Patrum « Ordinis Praedicatorum in Sinam ac de suis Ecclesiis. — Cap. 4, « De ingressu in Sinam Patrum Ordinis Minorum. — Cap. 5. De « reditu in Sinam eiusdem Ordinis Patrum. — Cap. 6. De eccle« siae fundatione Franciscanorum in Regno Sinico. — Cap. 7. De « fructibus huius vineae pro parte Patrum Ordinis Minorum ab « anno Domini 1650 usque ad 1662. — Cap. 8. De aliquibus « vestigiis nostrae sanctae Fidei antiquis, quae inventa fuerunt in « Sinis. — Cap. 9. Quales viri mitti debeant ad Paganorum con« versionem. — Cap. 10. Meritum Missionarii evangelici non con« sistit in plus minusve numero conversorum, sed in fidelitate « verbum dispensandum divinum. — Cap. 11. De scrupulis ali« quibus, quae forsan pulsabunt ad pectora mittendorum ex nostris. « — *Epilogus.* — De Combinationibus inter Propositiones aliquas « nostrae verae doctrinae, et propositiones fere similes doctrinae « vanae Sinarum, e quibus diabolus similitudinem divinam vide« tur velle quoque sibi adaptare ». Este Epílogo contiene 25 proposiciones.

Por la simple lectura de este copioso índice, puede comprenderse la suma importancia de esta obra del P. Antonio de Sta. María. Todo cuanto en ella dice su autor, lo comprueba con testimonios sacados de los libros de Confucio y de sus principales comentaristas, á los que opone la doctrina católica, citando con muchísima frecuencia en su apoyo á S. Agustín. El latín que emplea, no desdice de la importancia del libro, si bien, al final del índice hace la siguiente salvedad: « Aliquos calami errores locu« tionisque barbarismos, seu solycismos lector attentus forsan in « hoc Codice reperiet; parcat quaeso: tum quia ob alias mini« sterii quotidianas occupationes, nec tempus revisendi fuit, nec « corrigendi: tum etiam quia ob defectum latini dictionarii, me« moria omnium linguae latinae bocabulorum, tempore scribendi « non occurrit. Aliqua bis repetita non horrescat etc... ».

El P. Fr. *Juán de S. Antonio* en su *Bibliotheca Franc. Universa,* edic. 1732, pág. 113, registra las dos obras siguientes: « *Relatio*

« *Sinensium Sectarum,* latina lingua. — *De Ritibus Sinensium.* « Hispanice in fol. Vidi. Gallico idiomate studio Seminarii Gal- « lici Missionariorum, prodiit Parisiis ex officina Ludovici Guerin. « anno 1701. in 12 ». y en la pág. siguiente: « *Commentarios* « *super Philosophiam Ethnicam Confutii Sinarum Magistri;* Prae « manibus habuit (habeo etiam penes me) *Fr. Balthasar a Me-* « *dina,..* etc. Hoc opus tripartitum est. Agit in prima: De Sectis « Sinensium Philosophorum. In secunda: De Sectis Popularibus, « Idolis, ac Templis. In tertia: De agnitione Dei vivi, de ingressu « Sacrarum Religionum in illis regionibus. Dignum praelum iudi- « cavit Matriti 6. Decembris, anno 1678, Yllustrisimus ac Reve- « rendissimus N. *Salizanes,* Ministrum Generalem totius Ordinis « agens ». — Estos comentarios son, sin duda alguna, la Relación que nos ocupa, y aun creo que los otros dos libros, que dicho P. *Juán de S. Antonio* registra como distintos, sean la misma *Relatio Sinae Sectarum,* y por más que da á entender que los comentarios son distintos del libro traducido al francés, pues dice, que éste le vió y aquellos los tiene, sin embargo, al ver que el Memorial remitido á la Congregación de Propaganda, le registra cuatro voces como distinto, no obstante que los vió, los leyó y los tenía, podemos muy bien creer que lo mismo le sucédió con la *Relatio Sinae Sectarum.* — En el mismo lugar, pág. 114. registra dicho P. *Juán de S. Antonio* el siguiente libro: « *De con-* « *gruentiis Legis Divinae, ac Sectis Doctorum Sinensium* » y añade: « In publicum prodiit approbationibus fulcitum R. P. Joan- « nis Adami, aliorumque Missionariorum Societatis Jesu. Legi »: en la pág. anterior. « *Brevis declaratio principii et finis rerum* « *omnium.* — *De Controversiis primogenitorum defunctorum.* — « *Confucij cultus.* — *Varii tractatus aliorum Sinicorum Rituum* ». Todos estos libros creemos se hallan contenidos en la « *Relatio Sinae Sectarum* » como puede comprobarse con la simple lectura de su índice. Los PP. Huerta, Civezza y Marín, en sus obras citadas fiados del P. *Juán de S. Antonio,* incurrieron en la misma facilidad de multiplicar los escritos del P. Antonio de Sta María. El P. Civezza, en la obra citada, pág. 553, afirma que esta *Relatio Sinae Sectarum* fué impresa en Paris en la Tipografía de Luis Guerin en 1705 (1).

Pastrana y Enero 10 | 1909. *(Continuard).*

Fr. LORENZO PÉREZ, O. F. M.

---

(1) En el mismo Archivo y en el mismo Caj. y Leg. se guarda otro Parecer. en defensa de la jurisdicción del Gobernador Eclesiástico de Macao, escrito por el *P. Antonio de S. Gregorio,* Lector de Teología y Comisario del Sto. Oficio de Camarines.

DOCUMENTA

STATUTA LITURGICA

SEU

RUBRICAE BREVIARII

AUCTORE DIVO BONAVENTURA

IN GLI. CAPITULO PISANO AN. 1263 EDITAE

(e Cod. 21,155 Musaei Britannici)

Rubricae seu Statuta haec liturgica a Divo nostro Bonaventura dictata, et in Generali Capitulo Pisano anni 1263 promulgata, ita neglecta, abscondita et ignota remanserunt post saec. XVI, ut si non deperdita lugerentur, inedita tamen putarentur a multis: quippe quod nullum prorsus exemplar in manus ullius eruditi occurrerit ex tot editionibus indicatis a clarissimo P. Sbaralea. Doctissimus hic vir tres nobis editiones horum statutorum indicavit, insertas tamen in libro quodam cui titulus est *Familiaris clericorum,* a quodam Florentino Fratre compilato, et forte primum « *Venetiis anno 1517 per Gregorium de Gregoriis in 8°* », dein item bis « *Venetiis, an. 1530 et 1561, in 8°, typis Junctae et Bindoni* » impresso (1). Aliam eiusdem libri editionem memorat J. Ch. Brunet, item *Venetiis an. 1542* impressam (2). Sed, licet tot editionibus clarum et divulgatum, opus tamen obscurum imo absconditum ita iacuit, ut vel ipse cl. P. Ehrle statuta haec inedita remansisse autumaverit (3). Quodque magis mirandum,

(1) Sbaralea, *Supplementum ad Script. O. M.,* Romae 1806, pag. 60 sub num. 360; et pag. 165 sub num. 99; (ed. II, Romae 1908, p. 68 et 170), ubi tamen has rubricas Breviarii et anni 1263, confundit cum *Ordinationibus divini Officii* multo antea editis sub b. Ioanne de Parma. Cfr. AFH III, 58; cf. ibid. 491 sqq.

(2) *Manuel du libraire,* Paris 1861, II, sub voce *Familiaris.*

(3) *Arch. für Litt. u. KG,* VI, 37 sq. — R. P. Bonav. Kruitwagen, qui hoc opus perperam quaesierat in Hollandia, pro sua editione *Statutorum Provinciae Saxoniae,* « hunc librum, ait, nullibi in his regionibus invenire potui ». Cfr. AFH III, 101, not. 1. — R. P. Eduardus Alencon., O. Cap. in *Analectis Ord. Capuc.,* XVII, 185, testatur se vidisse antiquiorem editionem, *Venetiis per Simonem de Luere 1510.*

quod et confratres nostri editores operum D. Bonaventurae, nec verbum quidem fecerint, nec harum editionum meminerint, neve textum quempiam in codicibus repererint vel indicaverint, cum cetera omnia eiusdem sancti viri opera ita exacte et erudite divulgaverint. Ita perrari vel ipsi Codices sunt!

Et quidem, haec D. Bonaventurae Statuta liturgica sensim in Breviaria introducta, in toto Ordine Minoritico plene vigebant usque ad finem saeculi XV et ultra, ut constat ex vetustis statutis Provinciae Saxoniae, quae recenter in lucem prodierunt diligenti cura praelibati P. Bonav. Kruitwagen in hoc *Archivo* (t. III, p. 98-114). Ibi enim, in capite II, habentur quatuor decreta, 5, 6, 7 et 10, quae hoc ordine conveniunt cum §§ 9-10, 22, 11, et 38, harum *Ordinationum*.

Praestat igitur et haec etiam monumenta e tenebris tot saeculorum eruere et in ampliorem lucem prodere, tum in honorem tanti viri, tum in utilitatem historiae liturgicae Ordinis et S. matris Ecclesiae.

1. — Nota de duplici Capitulo Pisano an. 1263 et 1272. — Cum paene scriptores omnes, a Mariano et Waddingo incipientes usque ad recentissimos, duo Generalia Comitia Pisis celebrata admiserint et divulgaverint, unum scilicet anno 1263, et aliud anno 1272, utrumque generalante divo Bonaventura, necessario dubium ortum est, utro in Capitulo statuta haec emanata fuerint, cum de anno celebrationis in coaevis monumentis minime constet, et codices omnes, hucusque noti, simpliciter sine nota anni indicent locum solummodo, Pisas.

Verum, fidem integram damus Fratri Philippo Perusino, qui primus est, ni fallimur, qui annum 1263 praefixit Generalibus Comitiis Pisis celebratis (1), quemque posteriores omnes secuti sunt unanimiter (2); et in quibus Comitiis omnes pariter asserunt haec statuta seu rubricas a divo Bonaventura promulgatas fuisse. — Sed de altero Capitulo, quod item Pisis anno 1272 celebratum asserunt recentiores solummodo auctores (inter quos primus est Marianus, dein Waddingus a quo omnes dependent) (3), nulla omnino illius exstat memoria, neque in monumentis coaevis, neque penes *Chronicon 24 Generalium,* neque apud diligentissimum Glassberger. His perpensis, sententia nostra est, Capitulum Gle Pisanum anni 1272 fictitium esse, et de eius celebratione minime adhuc constare firmiter, cum haereat solo testimonio unius Mariani.

2. — Acta et decreta liturgica Cap. Pisani an. 1263. — Licet nullibi adhuc reperta sint omnia et singula acta seu decreta integra Capituli Pisani anni 1263, aliunde tamen certo novimus, di-

(1) *In Catal. Card. Protect.*, ap. *Analecta Franciscana,* (AF) III, 710; ed. Holder-Egger, MG SS XXXII, 681 s; cfr. etiam AFH III, 671 sq.

(2) *Chron. 24 Gen.*, AF III, 329. — Huius Cap. Gen. meminit etiam Pisanus (AF IV, 306) sed quin annum memoret. — *Monumenta Ord. Minorum,* Salmanticae 1511, tract. III fol. 247 r. — Glassberger, *Chron.*, AF II, 76. — — Marianus in *Compend. Chron.*, ap. AFH II, 318. — Waddingus, *Annales,* an. 1263 n. 16. — *Opera S. Bonav.*, X, 1902, 62 (e Wadd.).

(3) Cfr. AFH II, 459 et 460, not. 1. — Waddingus, an. 1272 n. 10.

vum Bonaventuram *pauca quaedam* inibi decrevisse quoad regimen Fratrum et Provinciarum (1), sed multo plura et nova statuisse circa rem liturgicam in Ordine, ut ex infra editis rubricis patebit. Pauca, diximus, non multa illum tunc decrevisse, si regimen fratrum spectes: cum iam anteacto triennio, anno scil. 1260, celeberrimas illas Constitutiones, Narbonenses dictas, promulgaverit solemniter; hinc non opus erat novas condere leges circa disciplinam Fratrum, neque constat illum condidisse, sed simpliciter *definivisse,* si quid declarandum vel explicandum erat, quod iam in Constitutionibus continebatur. Hinc « *diffinitiones* » in Ordine nostro antiquitus consueverunt appellari decreta illa, quae, post Constitutiones Narbonenses anni 1260, in subsequentibus Capitulis emanata fuere; ut videre est in pretioso *Cod. Philipps n. 207* infra citato, ubi decreta omnium ferme Capitulorum Generalium saeculi XIII « *diffinitiones* » simpliciter vocantur (2).

His praemissis, libet nunc exponere praecipua acta et testimonia historica Capituli Pisani anni 1263.

Primus testis, vetustissimus Codex est dictus *Philipps n. 207,* qui penes cl. virum A. G. Little asservatur, et a quo codice idem omnes « *diffinitiones* » saeculi XIII edidit, inter quae sunt sequentes Capituli Pisani:

« Fol. 38:) *Hee sunt diffinitiones facte in capitulo Pisano* [1263].

1) *Ordinationes Officii* serventur diligenter, et pro loco et tempore fratribus recitentur.

2) Item diffinitum est quod, quidquid potest guardianus, potest minister et custos.

3) *Ordinationes generales de Officio Chori* quae incipiunt *Ad omnes horas canonicas* etc., uniformiter et generaliter ab omnibus observentur (3) ».

Hinc observa. Per « Ordinationes Officii » profecto intelligendae sunt hae ipsae *Ordinationes de divino officio,* quas hic edimus, quaeque in illo ipso Capitulo conditae fuerunt cum supra dictis « *diffinitionibus* ». Item, per « Ordinationes generales de officio chori » inibi memoratas, sat clare intelliguntur illae ordinationes, quas sub titulo *Ceremoniale vetustissimum* alias in hoc ipso *Archivo* (4) edidimus. Demum notandum, quod si Codex Philipps omiserit « Ordinationes Officii », vel ideo illas omisit quia in Breviariis

(1) Haec in succincto habes, et quidem pauca tantum, quoad protectorem Ordinis et Clarissas ap. *Chron. 24 Gen.,* 329-30, et 710; et ap. Glassberger, *Chron.,* 77; alia quoad numerum Provinciarum, ap. Pisanum, AF IV, 306. Omnia, sed plus minus confuse et erronee, in Waddingo an. 1263 n. 15, et in *Chronologia historico-legalis,* I, Neapoli 1650, 27. — Quae circa Clarissas tunc statuta fuere, cf. in hoc AFH III, 664-79.

(2) Cfr. *The English Historical Review,* (EHR), XIII, London 1898, pag. 703-708. — « *Diffinitiones* », quasi appendices, textus legum sequebantur. Sic, praeter *Constitutiones* Narbonenses anni 1260, habentur etiam *diffinitiones* in eodem anno et Capitulo Narbonensi emanatae: cfr. AFH III, 491-501.

(3) Little, ap. EHR XIII, 704. (4) AFH III, 55-81.

inserta fuerunt, vel quia scriptor proposuerat sibi solummodo « *diffinitiones* » diversorum Capitulorum in unum colligere, quod et fecit.

Alter testis gravis, compilator est *Chronicorum 24 Generalium*, quia haec habet:

« Eodem vero anno (1263) fuit Pisis generale capitulum celebratum, in quo aliquae rubricae *Breviario* sunt additae. Et statutum fuit, quod rubrica illa quae dicit, quod usque ad Octavam Nativitatis Domini in fine Hymnorum dicatur: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine* etc., usque ad Epiphaniam Domini extendatur; et quod fratres in sermonibus populum inducerent, ut in Completorio (1), pulsante campana, beatam Mariam aliquibus vicibus salutarent, quia aliquorum solemnium [doctorum] est opinio, quod illa hora ipsa fuit per Angelum salutata (2) ».

Hic etiam notandum, quod hoc in testimonio plura congesserit chronographus, quae tamen diverso tempore decretata fuerunt. Prima enim pars huius testimonii, quae respicit rubricam hymnorum *Gloria tibi* etc., exstat reapse in hisce *Ordinationibus* sub § 5; cetera vero quae adiecit circa pulsationem campanae in honorem B. Virginis, non in Capitulo Pisano anni 1263, sed in illo Assisii an. 1269 celebrato, demandata fuere. Constat hoc ex testimonio citati Codicis Phillipps: « Ad cuius (Virginis) honorem fratres predicent populo quod, quando auditur campana completorii, ipsa beata Virgo aliquotiens salutetur (3) ».

Confusionem hanc et aliam statutorum diverso tempore editorum, iteravit et auxit compilator brevis Chronicae, quae *Memoriale Ordinis Minorum* vocitatur (4), et alii usque ad Waddingum, qui, non bono innixus codice, sat plura huic Capitulo decreta tribuit, quae tamen in diversis Comitiis interdum emanata sunt. Refert enim:

« Hoc item anno (1263) habita sunt Comitia 20 Maii in festo Pentecostes, praesidente Ministro Generali sancto Bonaventura. In iisdem plurima fuerunt prudenter statuta, atque illud praecipue ut peteretur in protectorem Ordinis Ioannes de Ursinis Caetanus... sodalitio valde addictus (5). Deinde ut omnino dimitteretur cura sanctimonialium Damianitarum, sive Clarissarum....

« Rubricae multae Breviario additae, aliae correctae; tunc ordinatum est, ut hac stropha: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine* etc. clauderentur hymni omnes a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, et similiter ad Primam diceretur in Responsorio brevi: *Qui natus es de Maria Virgine.*

---

(1) Tres Codd. (B. L. N.) addunt: « ut cum post Completorium pulsatur campana, devote genua flectant, et dicant tria (L. N. ter) *Ave Maria,* quia *etc.* ».

(2) *Chron. 24 Gen.,* AF III, 329.

(3) Cfr. Little, EHR XIII, 705. Vid. etiam *Chron. 24 Gen.,* 351 et not. 4.

(4) Editum ap. *Speculum Minorum,* Rothomagi 1509, tract. I, f. 62r. *Monum. Ord. Min.,* Salmanticae 1511, f. 227r; ap. *Firmam. trium Ord.,* Paris 1512, pars I, f. XXIX, rb.; Venet. 1513, p. I, f. 33va. Ubique ibi hoc Cap. erronee dicitur fuisse Parisiis 1263.

(5) Cf. AFH III, 665 seqq.

« Iussum item, ut novae hae festivitates admitterentur in Ordine, videlicet *Conceptionis* b. Virginis Mariae, *Visitationis* eiusdem, beatae *Annae* illius genitricis, et *Marthae* Virginis.

« Ut in omnibus Monasteriis una saltem missa celebretur qualibet hebdomada (1), die non impedito.

« Ut volentibus liceret celebrare in feria V Coenae Domini, nulli vero in Sabbato sancto praeter hebdomadarium.

« Ut cereus Paschalis remaneret usque ad diem Ascensionis, accendereturque in Missa saltem in diebus festivis. — Cetera huius capituli statuta commodius dabimus peculiari tractatu de comitiis (2) ».

Haec Waddingus. Qui tamen nec tractatum hunc promissum edidit, nec advertit semet codicem possedisse et adhibuisse interpolatum, variisque legibus compactum, diverso tempore et ordine emanatis. Aliqua enim, quae de rubricis refert ut inibi decreta, inveniuntur reapse in hisce nostris *Ordinationibus* sub paragraphis 5, 6 et 40; cetera vero omnino desunt, tum quia quaedam (ut illa quae de quatuor festivitatibus refert) sunt erronea (3), tum quia alia alibi, et alio tempore emanata esse oportet credimus. — Ceteris testimoniis omissis, utpote minoris momenti, ad alia properamus.

3. — Descriptio Codicis Londinensis 21,155. — Codices horum statutorum, uti iam innuimus, perrari ita sunt, ut vix paucos indicare noverimus, et quidem textum exhibentes mancum et imperfectum, et plerumque in vetustis Breviariis franciscalibus insertum (4). Hinc, in solum codicem Londinensem occurrimus, qui miscellaneus est, non Breviarium, quique integrum exhibeat textum eorumdem statutorum seu rubricarum.

---

(1) *Chronol. hist. legalis,* I, 27 addit: « missa.... qualibet hebdomada de b. Francisco ». (!?)

(2) *Annales,* an. 1263 n. 15, ed. II, t. IV p. 218-19.

(3) Sic ex. gratia, festum b. Annae et b. Marthae iam ante Divum Bonaventuram celebrabatur in Ordine nostro (Cfr. AFH III, 67, § 22); de festo vero *Conceptionis B. V.* minime adhuc constat aperte, sed constat Bonaventuram praecepisse anno 1269 in Capitulo Assisiensi « quod ob reverentiam Virginis quolibet sabbato cantetur solemniter una Missa ». *Chron. 24 Gen.* p. 351, cfr. not. 2. Cfr. etiam Little, EHR XIII, 705.

(4) Cl. P. Ehrle, in cit. ALKG VI, 37-38 indicat sequentes codices seu textus in Breviariis: 1. *Paduae,* in biblioth. Capitulari, *B. 51,* membr. saec. XIV, ff. 428; inter fol. 2ª-3ª: *Incipiunt rubrice date in capitulo generali Pisis celebrato.* Prima rubrica incipit: « *Dominica prima de Adventu tres versus primi responsorii dicantur a tribus alternatim, incipiendo a parte ebdomadarii* ». Ultima rubrica est et desinit: « *In festis duplicibus per octavas eorum cantentur ymni diurni in nota de festo quod celebratur; qui poterunt consonare, cantentur in tono ymni Omnium Sanctorum " Christe redemptor omnium ,,* ». Continet igitur solummodo §§ 1-19 nostrae editionis. — 2. *Romae,* in biblioth. Vaticana n. 7339, membr. saec. XV, ff. 218; qui inter fol. 116v-117v continet vix partem harum rubricarum, et incipit: *Dominica prima de adventu tres versus* etc. et desinit sic: « *in huiusmodi missis dicatur " Gloria in excelsis ,,* », quae ultima pars convenit forsan cum § 11 vel 31 nostri textus Londinensis. — 3. *Parisiis,* in biblioth. Nation. *MS. lat.* n. 760, membr. saec. XV, Breviarium Fratrum Minorum, in fol. 261v: *Incipiunt rubrice date in capitulo generali Pisis celebrato.* Ita hunc cod. indicavit nobis R. P. Eusebius Clop, O. F. M.

Alias iam descriptionem et valorem codicis dedimus (British Museum n. 21,155, saec. XV) in hoc ipso AFH III, 60-1, nunc autem placet indicem eiusdem exhibere studiosis:

Fol. 1r-2r: [*Statuta quaedam pro fratribus de Observantia*] *Inc.* « Primo quod non querant vinum ». *Des.* « servetur, nisi Ven. P. Vicarius provincie cum aliquo pro causa aliqua rationabili aliter dispensaverit. Finis ».

Fol. 2r-3r: [*Casus morales de correctione fraterna*] Decisi in Gen. Cap. Parisiis celebrato an. 1269.

Fol. 4r-6v: « *Regula et vita fratrum Minorum* ». Est textus regulae ab Honorio III confirmatae. — *Opusc. S. Franc.*, 1904, 63 seqq.

Fol. 6v-11r: « *Questi sono li commandamenti de la regola* ». Brevis expositio regulae in 12 capp. Prologus *incipit:* « Disse lo Salvatore al 19° cap. de S. Mattheo, si voi intrar a vita etc. ».

Fol. 11r-13r: « *Hec sunt ordinationes de divino officio in capitulo generali pisis celebrato facte* ». *Inc.* « Dominica prima ». *Des.* « post datarium sequatur preciosa. Deo gratias Amen ». Textum hunc edimus.

Fol. 13v-14r: [*Praecepta decalogi et ecclesiae* etc.] Italica lingua.

Fol. 14r-20r: « *Ordinationes divini officii, et primo de pulsatione campanarum* ». *Inc.* « Ad omnes horas ». *Des.* « et sic ad loca sua ordinate revertantur. Deo gratias ». Ceremoniale vetustissimum quod nuper edidimus in hoc AFH III, 55-81.

Fol. 20r-21v: « *Incipit testamentum beatissimi patris nostri fratris Francisci* ». — *Opusc. S. Fr.*, 77 seqq.

Fol. 21v: « *Tabula super indumenta que nunc tenet romana ecclesia secundum decretum pape Innocentii* ». De coloribus paramentorum.

Fol. 32r-23v: « *Puncta declarata per fratrem Nicolaum d'Ausimo circa regulam* ». *Inc.* « A Li charissimi in Christo tuti li fratelli de li luochi devoti de tuta italia sotto la mia cura commessi: Frate *Bernardino da Siena* Vic°. e Com°. del rev. p. Generale... ». *Des.* « Dato nel luogo de la capriola del nostro ordine apresso a Sena nel lanno del Signore 1440 ali 7 de octobre. Laus Deo ». — Cfr. Wadding, an. 1440 n. 12.

Fol. 24r-35v: « *Incomenza lo pianto e lamentatione dela gloriosa Vergene Maria* ». *Inc.* « O anime nobile e devote ». *Des.* « da poi questa misera vita nui gaudiamo con lui in sec. seculorum. Amen ».

Fol. 36r-39v: [*Statuta pro fratribus Observantibus*] Facta in capitulo S. Mariae Angelorum di 10 aug. an. 1447 sub Vic. Gen. fre. Iacobo de Primadiciis etc. — *Chronol. hist. leg.*, I, 115 sq.

Fol. 39v-71v: *Incipiunt Constitutiones Martini V.* — L. c. 90 sqq.

Fol. 72r-92r: [*Declaratio Nicolai III super regulam: italice.* i. e. Bulla *Exiit*]. — *Bull. Franc.*, III, 404. Sent. Decr. l. V, de verb. signif. c. 3, t. 12.

Fol. 92v-94: [*Declaratio Greg. IX*]: i. e. Bulla *Quo elongati.* — L. c. I, 68.

Fol. 95r-102v: [*Expositio regulae:* italice].

Fol. 104r-124v: « *Incipiunt Constitutiones Martini quinti redacte sub compendio* ».

Fol. 124v-131v: « *Sequuntur Ordinationes familie, facte in diversis generalibus congregationibus, videlicet Rome, Assisii, Aquile, Bononie, Mediolani, iterum secundo Rome et Assisii, simul in unum reducte in generali congregatione apud Auximum celebrata anno Domini MCCCC°LXI° die VIª Maii* ».

Fol. 132r-135r: « *Infrascripte sunt gratie concesse per diversos Sum. Pontifices familie cismontane Ordinis Minorum* ».

Fol. 135v-137v: « *Ordinationes facte in Cap. Gen.li Neapoli 1475 die 22 maii* ». — Cf. *Chronol. hist. leg.*, I, 139 sq.

Fol. 138r-146r: Continent statuta quaedam Capitulorum Generalium anni 1490 et 1493, 1495; privilegia concessa an. 1488, demum a fol. 142r-146r: *Incipiunt Ordinationes in diversis capitulis provincialibus confirmate, nunc secundum rubricas reducte in Capitulo in loco S. Marie Angelorum apud Busetum celebrato per Rev. P. frm. Franciscum de Placentia ac per Rev. patres etc. 1480, 15 maii* etc. — Cf. Giac. Picconi, O. F. M., *Atti capitolari della minoritica provincia di Bologna,* I, Parma 1901, 68-70, ubi tamen hic textus desideratur.

4. — Brevis notitia editionis Venetae an. 1530. — En breviter descriptum exemplar, quod post longas et inutiles investigationes, fortuito offendimus in Bibliotheca Nationali Florentina, longo utique parcentes labori, minime vero negligentissimo compilatori catalogi, qui opus non sub prima sua voce initiali *Familiaris clericorum,* sed sub secunda voce, nempe *Clericorum,* in indice recensuit, vir ingenuus (1)! — Titulus totius operis est:

Familiaris Clericorum, liber nuper summa diligentia reformatus atque excusus. In quo reformando multa superflua sunt amota, multa vero curam animarum habentibus necessaria sunt addita ad sacramentorum exhibitionem, secundum ritum S. Ro. ecclesie ex antiquis sacrorum doctorum scriptis excerpta. Que singula, candide lector, in sequenti indice diligenter perpende. M.D.XXX.

Tomus est in 8 parvo. Praecedunt folia 14 non numerata, dein alia folia 281 numerata in recto; in ultimo folio verso, rubris litteris: *Venetiis in edibus Luceantonii Juncte Florentini Anno domini MDXXX. sexto Kalendas Octobris.* Notis musices, pulchre impressis, ubique abundat; et inter foll. 211r-22v integrum habes *Compendium Musice* cum notis et figuris interpretatum egregie. Editio haec, ut ex ipso titulo patet, supponit aliam saltem unam priorem, forsan illam anni 1510 per Simonem de Luere, vel alteram anni 1517 superius memoratam a Sbaralea, qui opus tribuit anonymo cuidam Florentino ex Ordine Minorum.

Ultima pars operis (foll. 267v-81v) reapse continet res liturgicas franciscanas. Inter folia 267v-74v sub titulo generali, et quidem er-

(1) Exstat hoc perrarum exemplar in bibliotheca sub num. XV, 6, 45, et in catalogo notatur sub voce *Clericorum;* monuimus tamen, ut inscriberetur etiam sub sua prima voce *Regularis.*

roneo, rubrica praemissa, exhibentur: *Ordinationes officii per totum annum. Edite a sancto Bonaventura cardinali* (sic), incipientes « *Ad omnes horas* etc. », quae quidem, ut diximus, minime sunt Divi Bonaventurae. Et immediate postea sequuntur, cum rubrica, inter foll. 274v-76v: ADDITIONES SIVE ORDINATIONES FACTE PISIS IN GENERALI CAPITULO. Dein, ultimo loco, inter folia 277-281v: *Tabula Bonifacii pape III,* scilicet « Tabula de quinque coloribus principalibus, quibus S. Romana Ecclesia utitur, secundum Decretum Bonifacii pape III, cum ordinatione pulsationum campanarum ».

Textus huius editionis optime convenit cum nostro cod. Londinensi, si excipias §§ 19 et 23, qui in solo codice sunt, et desunt in textu Veneto. — Variantes huius editionis indicantur cum littera *V.*

[fol. 11r] **Hec sunt ordinationes** (*a*) **de divino officio in capitulo generali Pisis celebrato facte:**

§ 1. — Dominica prima de Adventu, tres versus primi responsorii dicantur a tribus alternatim in locis suis, incipiendo a parte ebdomadarii, et *gloria patri* (*b*) similiter ab eisdem in medio chori ad pulpitum.

§ 2. — Habeatur *tabula Parisiensis* que sufficientissime ordinat de officio horarum ante Nativitatem Domini, scilicet de antiphonis que (*c*) sint ponende, et quibus diebus.

§ 3. — In vigilia Nativitatis Domini, quantum ad genuflexiones et preces, habeant se fratres sicut in festo duplici. Himni vero horarum, *Chirie* (*d*), *Sanctus, Agnus Dei* ac *Benedicamus Domino,* dicantur in tono feriali, nisi venerit in dominica. Iddem fiat quantum ad himnos *Kirie, Sanctus, Agnus Dei* [fol. 11v] ac *Benedicamus Domino* in festo trium lectionum.

§ 4. — Eo anno tantum, quo Nativitas Domini venerit die lune, sabbato sequenti fiat officium de Nativitate totaliter, secundum illam rubricam que incipit: *Eo die quo non agitur de festo alio* etc. In Missa vero dicatur totum officium maioris (*e*) Misse Nativitatis, preter epistolam, pro qua dicatur *Apparuit benignitas,* et evangelium, pro quo dicatur *Pastores loquebantur.* Omnibus aliis temporibus dicantur omnia de Dominica.

§ 5. — Rubrica que dicit, quod himni a die Nativitatis Domini cum *Gloria tibi Domine* | *qui natus es de Virgine,* usque ad octavam cantentur, usque ad Epiphaniam protendatur.

§ 6. — Cum iddem fiat duobus diebus post octavam Ascensionis, et cum dicatur etiam prefatio de Nativitate, iddem fiat in responsorio brevi, scilicet *Christe fili Dei vivi* ad primam.

§ 7. — Tres Misse diei Nativitatis fiant dupliciter et solemniter. Et in prima Missa dicatur *Kirie* et *Gloria* de dominica (*f*). Secunda, de minoribus duplicibus, tertia vero de maioribus.

(*a*) V *in rubro charactere:* Additiones sive ordinationes facte Pisis in generali Capitulo. — (*b*) V et glor. patri et filio ab eisdem simul in med. — (*c*) V qualiter. — (*d*) V Kyrieleyson; *et sic infra passim.* — (*e*) V *om.* maioris. — (*f*) V *erronee* de domina.

§ 8. — Si octava Epiphanie cadat in sabbato, in secundis vesperis octave a capitulo, in antea fiat (*a*) de dominica, nec tamen fiant commemorationes Apostolorum, Sancti Francisci (*b*), pacis, nec preces dicantur in completorio. Iddem fiat de aliis octavis.

§ 9. — In triduo ante Pasca et in quadragesima, ante inchoationem cantici graduum, dicatur flexis genibus *pater noster* ante principium horarum.

§ 10. — Item in eodem triduo, nonum responsorium tantum dicatur a duobus ante pulpitum. Eadem repetitio fiat in responsorio post *Gloria patri* que fit post versum, ubi aliud (*c*) Ordinarium non assignat.

§ 11. — Quarta feria post Pentecosten, in Missa, post prophetiam, dicatur (*d*) *Gloria in excelsis,* cum iddem fiat in sabbato sequenti.

§ 12. — In vigilia Pasce et Pentecostes, in officio, postquam inceperint cantores post letanias *Kirie,* pro Missa, sint in superpliciis usque ad finem Misse.

§ 13. — Antiphone que cantantur (*e*) per *Alleluia* alio tempore, a Septuagesima usque ad Pasca, sine additione aliqua, ubi congrue fieri potest (*f*), terminentur. Ubi vero in se ipsis congrue non possunt (*g*) terminari, secundum congruitatem (*h*) sive *dicit Dominus* vel *in eternum* addatur (1).

§ 14. — Rubrice (*i*) de Sancte Agnetis 2°, que dicit quod in matutinis dicantur psalmi de virginibus, addatur: « et in vesperis ».

§ 15. — Rubrice in conversione Sancti Pauli, que dicit, commemorationem (*j*) dominice precedere commemorationem alterius eorumdem, addatur: Iddem fiat in commemoratione [fol. 12r] ferie (*k*), quando Catedra sancti Patri venerit in quadragesima.

§ 16. — Antiphona, scilicet *O doctor optime,* solum dicatur in principalibus quatuor Doctoribus, sicut in Ordinario ponitur.

§ 17. — Rubrice que dicit: in omnibus himnis beate Virginis (*l*) dicatur *Gloria tibi Domine* | *qui natus es,* addatur: et in himnis (*m*) per horas diei, et per octavas eiusdem.

§ 18. — In festis duplicibus cantentur et eorum (*n*) octavis himni diurni in nota himni de festo qui poterunt consonare; qui vero non poterunt conconsonare (*sic*), cantentur in tono himni *Christe redemptor omnium* vel (*o*) *Eterna Christi munera* (2).

§ 19. — Quando (*p*) festa Crucis veniunt in dominica, prima oratio in utrisque vesperis et matutinis dicatur de

(*a*) V fit. — (*b*) V et pacis. Nec... — (*c*) V aliam. — (*d*) V incipiatur... — (*e*) V terminantur per...; *Sed om.* alio tempore. — (*f*) V poterit. — (*g*) V poterunt. — (*h*) V congruitatem sententie *Dicit Dom...* — (*i*) V *in §§ 14, 15 et 17 semper habet:* Rubrica. — (*j*) V commemoratio... precedat... — (*k*) V *om.* ferie. — (*l*) V Marie *loco* Virginis. — (*m*) V et per. — (*n*) V In fest. dupl. et per octavas cantentur hymni... — (*o*) V *loco* vel, *habet* idem. — (*p*) V *omittit integram hanc § 19.*

(1) Cfr. *Ceremoniale vetustissimum* § 21, in AFH III. 67.

(2) Cfr. *Cer. vet.* § 28, p. 68.

cruce, secunda de sanctis, tertia de dominica; octava vero lectio de omelia crucis, et nona de dominica.

§ 20. — Infra octavam Nativitatis Domine (*a*) non dicatur officium beate Virginis in choro communiter, nec fiat de festivitatibus que occurrunt, excepto sancte (*b*) Crucis, in quo dicatur prefatio de cruce.

§ 21. — Semper ante Sequentiam (1) repetatur *Alleluia* usque ad duplicem pausam tantum.

§ 22. — In festo Sancti Ioannis ante portam latinam, lectiones in secundo nocturno legantur de legenda ipsius, scilicet *Secundam post Neronem* etc. usque *benedictus qui venit* etc., cum ille que assignantur in dicto festo vix sufficiant pro tribus lectionibus; et ponatur in Missali quod dicatur evangelium in Missa *Accessit ad Iesum* (*c*) etc.; et fiat de festo illo secundum Ordinarium per omnia, sicut de ceteris festis Apostolorum.

§ 23. — Si (*d*) contingat festum duorum martirum cadere in una die, ita quod de uno novem lectiones fieri debeant et de alio commemoratio tantum, fiat illa commemoratio in vesperis de antiphonis Laudum cum versu *Iustus ut palma:* in matutino de vesperis secundis, scilicet antiphona que dicitur ad *Magnificat: Qui vult venire* etc., cum versu *Gloria et honore*. Similiter fiat de duabus virginibus si contingat.

§ 24. — Antiphone beate Virginis (2) que post completorium cantantur, scilicet *Salve regina, Alma redemptoris, Ave regina* (*e*), *Quam pulchra* (3) alternatim per totum annum cantentur pro dispositione cantorum. Tempore autem Pascali, usque ad octavam Pentecostes *Regina celi,* vel aliqua aliorum, addito in fine *Alleluia.* Ad orationem vero (*f*) *Omnipotens sempiterne Deus* etc. que secuntur, prosternant se fratres in diebus ferialibus, et in festis sint [fol. 12v] inclinati ad totam.

§ 25. — Missa Rogationum, que scripta est in Missalibus, die lune vel die martis, si occurrerit feria, cantetur; sin autem altera illarum dierum, dicantur due Misse; et Missa Rogationum dicatur ferialiter, excepto quod (*g*) genuflectatur, et unum tantum *Alleluia* pro graduali dicatur, et post versum non repetatur.

§ 26. — Inter maiora duplicia festum Trinitatis, Dedicatio ecclesie et festum S. Clare (4) de cetero computentur.

§ 27. — Letania que scripta est in recommendatione anime, dicatur in unctione infirmorum.

(*a*) *Cod. noster* dne; V Domini. — (*b*) V *loco* sancte, *habet* festo. — (*c*) V *err.* Accessit Iesum. — (*d*) V *omittit integram* § 23. — (*e*) V *tantum:* Salve, Alma, Ave. — (*f*) V *pro* vero, *habet* scilicet. — (*g*) V *habet:* quod non flectatur.

---

(1) Cfr. Sequentias in *Cer. vet.* § 70, p. 75.

(2) De antiphonis cfr. *Cer. vet.* § 38, not. 3, p. 70.

(3) Apud Chevalier, *Repert. hymnol.*, II, plures nn. 16129, 16130, et III, n. 32197 sic incipiunt.

(4) Cfr. *Cer. vet.* p. 60, not. 6, et p. 72, not. 1.

§ 28. — In festis duplicibus et semiduplicibus et dominicis diebus, in conventibus semper sexta cantetur, si dicitur immediate post Missam.

§ 29. — In Cena Domini, Missa dicatur solemniter sicut in duplici minori: et in eadem Missa fratres communicent et (*a*) sacerdotes qui voluerint et non decreverunt celebrare.

§ 30. — In presentia funeris cum cantatur vigilia novem lectionum, et in crastino Omnium sanctorum, invitatorium et ultimum responsorium et tractus in Missa, a duobus cantentur; et in generalibus officiis defunctorum iddem fiat, preter invitatorium, quod non debet dici, secundum Ordinarium.

§ 31. — *Gloria in exclesis Deo* (1) in Missis peculiaribus beate Virginis possit dici.

§ 32. — Congregatis (*b*) fratribus in capitulo vel alio loco, ad faciendum « mandatum (2) » magis apto, primo legatur evangelium de Missa a diacono solemniter induto cum ceroferariis; postmodum laventur pedes secundum quod guardianus ordinaverit. Versus vero « de caritate (3) » in medio a duobus cantentur, quibus respondeat conventus *Ubi caritas* etc.; ultimo fiat sermo.

§ 33. — In processionibus (*c*), in purificatione Domine et ramis palmarum (4), et exequiis mortuorum, qui portat aquam benedictam precedat, deinde ceroferarii, postea turibularius, in superpliciis, postea unus subdiaconus albis indutus qui crucem deferat, quem fratres bini et bini ordinate sequantur secundum dispositionem cantorum; ultimo (*d*) diaconus et subdiaconus, sacris induti vestibus, quos sacerdos ultimus contra medium commitetur.

§ 34. — In processione vero quando funus ad ecclesiam vel (*e*) tumulum defertur, semper fratrum precedat processio (*f*), funus ultimo subsequatur.

§ 35. — Quandocumque officium beate Virginis dicitur in choro, fiat eius commemoratio in Missa, oratione propria vel communi, nisi alie (*g*) ab Ordína-[fol. 13r]-rio assignentur.

§ 36. — Habeatur ab omnibus tractus notatus beate Virginis, scilicet (*h*) *Gaude Maria* (5), et offertorium, scilicet (*i*) *Felix namque*. Ad orationem, scilicet *A cunctis* (6) inclinent se fratres ad nomen Virginis, nec se erigant usque post illum locum *et omnibus sanctis*. Et in omnibus orationibus continentibus nomen Virginis inclinent se cum Virgo denominatur, non distinguendo cum (*j*) sit oratio totaliter Virginis, vel aliter.

(*a*) V etiam. — (*b*) V *Praemittit pro titulo*: In cena Domini ad faciendum mandatum. — (*c*) V. *om.* In processionibus. — (*d*) V *add.* vero. — (*e*) V vel ad. — (*f*) V *add.* et. — (*g*) V ubi alie ab Ord. non assign. — (*h*) V secundum " *Gaude Maria* " etc. — (*i*) V *om.* scilicet. — (*j*) V an sit.

(1) Cfr. *Cer. vel.* §§ 37, 49, p. 70 et 72.

(2) I. e. ad lavandos pedes

(3) Versus in dicta ceremonia praescripti in Missali Romano.

(4) Cfr. *Cer. vet.* § 72, loc. cit. p. 76.

(5) Cf. Missam de B. Maria Virg. per annum: *Salve sancta parens*, in Missali cit.

(6) Cf. in Miss. cit. inter Orationes communes.

§ 37. — Si festum translationis Sancti Francisci venerit in octavis (*a*) Ascensionis, in crastinum transferatur, et vespere diei Ascensionis totaliter fiant de beato Francisco (*b*) cum commemoratione octavarum; et in matutino invitatorium *Regem confessorum* cum *Alleluia* dicatur, vel proprium similiter (*c*) *Alleluia;* si vero cadit (*d*) in dominica infra octavam, fiat officium de festo cum commemoratione dominice et ultima lectione (*e*); et si fit festum, dicantur due Misse. Iddem fiat de Missis dominicalibus dicendis que cadunt infra alias octavas.

§ 38. — Item si contingat festum translationis beati Francisci, vel festum beati Antonii infra octavam Pentecostes (*f*), fiat post festum beatissime Trinitatis; et in eodem festo Trinitatis fiat commemoratio dominicae.

§ 39. — Item si festum Sancti Antonii tali die transferatur, quod octava eius cadat in die S. Iohannis Baptiste, fiat tantum commemoratio de octava; si vero extenditur octava eius infra octavas (*g*) beati Iohannis, in die octavarum (*h*) fiat officium solum de S. Antonio cum commemoratione beati Iohannis; aliis autem diebus commemoratio de beato Antonio tantum fiat; et si commemoratio de utroque fieri debeat propter festum occurrens S. Iohannis et Pauli: commemoratio beati Iohannis commemorationem beati Antonii precedat.

§ 40. — Cereus pascalis tollatur in die Ascensionis Domini post nonam, et non ante: et accendatur in diebus solemnibus et dominicis saltem in Missa.

§ 41. — Cum in « Ordinario » dicatur (*i*) quod post primam pronuncietur (*j*) « datarium (1) » etc., et postea *Pretiosa* dicatur, de cetero servetur sicut est in « Ordinario », etiam si ante primam dici contingerit *Pretiosa,* ut scilicet post primam semper pronuncietur *Pretiosa* (*k*), excepto triduo ante Pasca; et semper post « datarium » sequatur *Pretiosa.* — *Deo gratias Amen* (*l*).

Florentiae.

P. Hieronymus Golubovich, O. F. M.

(*a*) V in octava. — (*b*) V de sancto cum comm. ascensionis. — (*c*) V *add.* cum. — (*d*) V *om.* cadit. — (*e*) V *subdit:* Missa autem de dominica in sexta feria post octavam dicatur: et si sit festum... — (*f*) V *subdit:* vel in octava eiusdem, fiat... — (*g*) V octava. — (*h*) V octave. — (*i*) V habeatur. — (*j*) V denuncietur. — (*k*) V *om.* Pretiosa. — (*l*) V *desinit:* sequatur Pretiosa.

(1) Ducange-Henschel, s. v. « Necrologium, ubi data seu tempus obitus annotatur ».

DOCUMENTA

CONTROVERSIAM INTER FRATRES MINORES ET CLARISSAS SPECTANTIA (1262-1297).

(*Continuatio*) (a).

7. — De Regulae Urbani IV universis Clarissis concessione. — Ope litterarum S. Bonaventurae Fratri Lotoro datarum (1), quaestio nostra usque ad 29 Septembris 1263 perducta est. S. Bonaventura autem ex tunc plene noverat Regulam Urbani die 18 Octobris eiusdem anni omnibus Clarissis dandam, necnon formam visitationis « tam quoad Regulae susceptionem quam alia in ipsa contenta » Visitatori a Cardinali Ioanne mense Decembri mittendam. Ex hoc dignoscitur, Generalem et Cardinalem inter se quoad omnia convenisse, Regulam ipsam forte insimul condentes, quae velut mediam viam teneret (2). Talis enim requirebatur, quae Monialium necessitatibus provideret, quaeque, alia ex parte, libertati Fratrum non obforet.

In ea Regula idcirco cautum est, ut Fratres ipsi de iure a cura Monialium eximerentur, ideoque, ut « visitationis officium necnon et Abbatissarum confirmatio vel infirmatio », quae prius his pertinebant et mutuam unionem et dependentiam indigitabant, eis auferrentur, atque « familiarum Monasteriorum cura et sollicitudo (3) » Cardinali Protectori committeretur. Cum vero Fratres et Moniales uni Protectori, sicut ante divisionem, subiiciantur, et decernatur ut poenitentiam et alia sacramenta ecclesiastica Moniales « a Fratribus Ordinis Minorum dumtaxat recipiant (4) », vel ab aliis, quibus a Cardinali commissum fuerit, de facto ipsi Fratres eidem curae obnoxii manebant (5).

(a) AFH III, 664-79. (1) Cfr. L. c., 678.

(2) Ioannem Regulam procurasse imo confecisse alibi diximus; ibi. 666: Bonaventuram eam procurasse testatur quoque Marianus. « Sancto Bonaventura essendo Generale, poi che ebbe ripresa la cura de Monasterii, con messer Giovanni Protectore.... *procurarono* con Papa Urbano quarto.... *che dovessi dare unaltra Regola* piu piacevole et humana. *Delle degnita* etc. p. 22.

(3) Doc. V, p. 81 sqq. (4) Cfr. Reg. c. VII, ll. cc.

(5) Verum ideo non est quod in nova Regula « nulla fit mentio de fratribus Minoribus » ut *Chr. XXIV Gen.* habent; quamquam verissimum sit, quod statim ibi subiungitur, « sed immediate subiiciuntur (Moniales) Ordinis Protectori »: AF III, 330. Notandum etiam privilegium Ministro Generali Fratrum Minorum a Regula c. XVIII prae ceteris concessum, ingrediendi scilicet intra clausuram Monasteriorum « quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere Sororibus verbum Dei ». Planum est enim, quod sicut Protector communis pacem et adiutorium mutuum inter duos Ordines nolle non poterat; ita hoc privilegium datum est, ut quam minime separatio iuridica duorum Ordinum adverteretur.

Attamen, quia Fratres obtinuerant, ut saltem theoretice sua independentia agnosceretur, eidem Regulae adhaeserunt (1); quamquam et instrumentum publicum huius libertatis a Monialibus conficiendum exigerent (2).

Regulam taliter obtentam Cardinalis omnibus Monasteriis sub sigillo suarum litterarum *Attendentes de facili* (3) misit; cui quatuor alias epistolas pro Abbatissis et Monialibus, pro earumque Visitatore, a die 11 ad 19 mensis Decembris datis, adiunxit. De his nunc agendum est.

8. — De litterarum Ioannis materia et momento. — Ex his quae hucusque exposuimus et innuimus, in comperto unicuique esse debet, litteras Ioannis spectare directe controversiam de ministerio spirituali a Fratribus Clarissis praestando, tempore pontificatus Urbani IV: ac nos, earum ope valde adiuti, iam plura circa eam corrigere et statuere potuimus. Momentum tamen ipsarum his terminis minime clauditur, totam enim historiam Clarissarum internam quodammodo collustrant.

Rationes siquidem exponentes, cur Regula Urbani data fuerit, diversos status diversasque Regulas earumdem Clarissarum anteactis temporibus habitas commemorant, defectusque pandunt (4). Bona quoque a nova Regula adferenda ostendunt, suntque insimul velut ipsius authenticus commentarius. Qui igitur de ea plene agere velit, recursus ad nostras litteras habeat oportet; nemo est autem qui ignoret, quanti momenti in historia Clarissarum sit ipsa Regula, quae periodum efformationis et incertitudinis claudit, novamque aperit et regit. (5).

---

(1) Cupiebant quoque ut Moniales eam reciperent. « Item, inhibet Generalis Minister Fratribus, ut non dissuadeant Sororibus Sanctae Clarae de receptione Regulae, immo contrarium suadeant, et vult, quod Minister habeat eas recommendatas ob reverentiam Dei et venerabilis Patris domini Cardinalis » S. Bon. *Op. Omn.*, VIII, 467.

(2) Cfr. AFH III, 676; et infra Doc. V.

(3) Harum litterarum integrum textum sicut in codice nostro invenitur hic ponimus, quia quasdam variantes praesefert, ad alios textus hucusque editos relatus. « Ioannes etc. Attendentes de facili provenire non posse, quod Regula vobis nuper a sanctissimo Patre ac Domino Summo Pontifice tradita, sub eiusdem Domini bulla in singulis Provinciis vel Monasteriis vestri Ordinis haberetur: eamdem Regulam, quae sub Papali bulla in filo serico pendenti bullata de nostro mandato diversis servatur in locis, trascribi prout inferius continetur, de verbo ad verbum, nihil mutato, diminuto, seu addito, quibusdam rubricis infra notatis duntaxat exceptis, fecimus diligenter, et transcriptum ipsum ad originale abscultatum et plene correctum vobis sub nostri sigilli munimine duximus transmittendum; ut ad instar eius, Regulam ipsam conscribi pro singulis vestris Monasteriis faciatis. Cuius Regulae tenor hic est *Urbanus* etc. ». — Variantes non paucae nec sane parvi momenti haberentur, si textus noster totius Regulae Urbani cum textibus evulgatis, Regestis minime exclusis, conferretur. Triginta enim circa in solo prologo a Pontifice Regulae praefixo ad textum apud Eubel collato invenimus.

(4) Verum quidem est de istis Regulis agere quoque Urbanum in dicto prologo suae Regulae praeposito, nec non Clementem IV in Bulla *Ut Ordo Beatae Clarae* die 11 Dec. 1265 (BF III, 62) Visitatori Monialium Provinciae S. Francisci missa. Urbanus autem brevior est; Clemens has litteras fere exscripsit.

(5) *Regulam* (Urbani IV) *quam nunc habent,* iam suis temporibus dicebat Philippus Perusinus; cfr. AFH III, 664.

Praeterea, nunc primo per ipsas litteras dignoscimus, praeter has aliam quoque epistolam S. Bonaventurae ad Cardinalem, amborumque ad Provincialem Thusciae circa nostram controversiam exstitisse, nec non quartam eiusdem Cardinalis ad Abbatissas Monasteriorum; quae tamen ultima aliquos post annos data fuit et solam disciplinam internam Clarissarum spectabat.

9. — De indiciis harum litterarum hucusque habitis. — Quamvis ex Historicis rerum Franciscanarum nemo sit qui exsistentiam earum introspexerit; indicia tamen non deerant, quibus innixi ipsas exstitisse cognosci poterat, et a parvis litteris *Attendentes* distingui.

Primus omnium S. Bonaventura eas indigitat, dum Fratri Lotoro ita loquitur: « Formam super visitationis officio, quae tibi transmittitur per dictum dominum Cardinalem, tam quoad Regulae susceptionem quam alia in ipsa contenta, diligenter observes, et efficaciter... observare procures (1) ».

Aliud indicium in Bulla Urbani IV *Carissimi in Christo filii,* Clarissis de Pruvino in Gallia die 22 Iunii 1264 data, habebatur. Dicit enim, quod Cardinalis Ioannes « a personis ipsius (S. Clarae) Ordinis observare mandavit » Regulam ab ipso Urbano datam (2).

Ioannes ipse denique, Fr. Alberto, Ministro Alamaniae Superioris, die 11 Februarii 1268 scribens, eas commemorat; notum ei faciens, se auctoritatem Provincialibus et Visitatoribus Moniales visitandi dedisse; « formam et modum executionis ipsius *quibusdam nostris litteris* exprimentes (3) ». His omnibus autem indigitari nostras litteras unicuique legenti patebit, sicut e contrario claret his non indicari litteras *Attendentes* (4). — Tamquam futurae in Regula Urbani indigitabantur; visitationis enim faciendae « auctoritatem, formam et modum » Visitator ut a Cardinali recipiat, definitur; et, si aliqua Abbatissa dimittenda est « hoc fiat secundum formam et modum quos a Cardinali supradicto receperit Visitator (5) ».

Nos has epistolas eodem ordine edimus quo in codice iacent, quamvis ipsarum altera, ordine chronologico aliquibus diebus primam antecedat. In fine quoque, et non post ipsarum quartam ut in codice inve-

---

(1) Ll. pluries cc. (2) BF II, 563-4. (3) AF II, 80-81.

(4) Contra Sbar. l. c., qui verba Urbani ad Moniales Pruvinenses de *Attendentes* intelligit, et contra Bonelli, *Supplementum* etc., III, col. 1144, nec non Editores S. Bon. *Op. Omn.*, VIII 472, qui pro verbis S. Bonaventurae explicandis, ad Waddingum demandant. Sufficiat hic innuere nil in *Attendentes* mandari, nisi quod Regula Urbani transcribatur; et litteras Abbatissis et Monialibus, non autem Visitatori directas esse.

(5) Marianus quoque videtur eas cognovisse, cum dicat, S. Bonaventuram curam Monialium reassumpsisse « constituto prima certi pacti et conventione fra li frati et suore circa la loro visitatione, et dato la forma alli visitatori *dal Generale e dal Cardinale* »; sed ob illud quod sequitur, « la qual forma tucte le Abbadesse et Monache per auctentico strumento dovevano dare subscrito », credimus eum potius litteras S. Bonaventurae F. Lotoro, quas clare innuit, solas cognovisse. et recte earum verba interpretatum esse. — *Delle degnita* etc. pag. 22.

niuntur, ordinationes anonymas *Accedat* (1) edemus; de earum enim auctore et tempore discutiendum est.

Postea litteras Cardinalis Protectoris Matthaei de Ursinis ponemus, tempusque indagabimus. Ipsae vero, sicut et litterae Ioannis sub numeris, 3, 6, 8 descriptae, necnon ordinationes *Accedat,* quae in codice et in 8 membranis ipsi codici unitis inveniuntur, in forma meliore edimus. Quae, videlicet, in codice vel in membranis adiunctis manifeste errata sunt, altero mediante corrigimus, lectiones variantes adnotantes.

Quia praeterea aliud exemplar litterarum Ioannis 1271 sub numero 8 positarum, Viterbii invenimus (2), exemplar scilicet ad Visitatorem Provinciae Marchiae directum, variantes quoque ipsius ponimus; correctiones vero paucas et perparvi momenti ab alia manu antiqua, aliquibus verbis codicis additas, tanquam primae manus considerabimus.

Sic ideo varias lectiones distinguimus: lectionem codicis *A* vocabimus; lectionem 8 membranarum codici unitarum *B;* lectionem exemplaris Viterbiensis sub *V* venient. In documentis vero, quorum copia in uno exemplari tantum habetur; *A* non significabit nisi lectionem codicis.

V. In epistola Monialibus 11 Dec. 1263 data, Cardinalis Ioannes exponit, quantum laboraverit, ut dissensio suborta inter eas et Ordinem Fratrum Minorum sopiretur, et Fratres spiritualia ministeria eis exhiberent; litteras etiam S. Bonaventurae ad hoc sibi missas commemorat. Historiam Regulae a se procuratae et per Urbanum IV 18 Octobris 1263 omnibus Monialibus S. Claram sequentibus datae, intexit, eiusdem opportunitatem et utilitatem exponit et hortatur Sorores, ut eam reverenter recipiant. Omnes litteras, negotium hoc tangentes, ut Moniales conscribant iniungit, et ut Visitatori obediant, formamque cautionis inter Clarissas et FF. Minores faciendae praescribit.

V.

Iohannes, miseratione divina sancti Nicholai in carcere Tulliano (*a*) diaconus Cardinalis. Dilectis in Christo filiabus universis Abbatissis et Sororibus Ordinis Sancte Clare infra ministrationis Tuscie limites constitutis, in salutis auctore salutem.

Ex devotionis affectu, quo almo Christi confessori Sancto Francisco Ordini vestro patrono, quam possumus [29 v.] sincero corde reverentiam exibemus, et Beatam Claram, eius quondam discipulam, et nunc in superno regno collegam, cuius notitiam dum in carne viveret habere meruimus (3), quamque fundamenti Ordinis eiusdem lapidem primarium no-

(*a*) A *Tuliani.*

(1) Cfr. descript. codicis AFH III, 677. A primo verbo *Accedat* eas vocamus.

(2) Olim inter pergamenas Capituli S. Angeli in Spata, nunc in Bibliotheca Communis, A. 313; mm. 270×140.

(3) Alibi ipse Ioannes recordationes personales de S. Francisco et eius sociis libenter pandit, et suum amorem erga Ordinem Fratrum Minorum testatur. « Nos... qui a teneris annis ad Ordinem ipsum affectus nostros ereximus, in illis succrescendo, *cum aliquibus eiusdem Confessoris sociis,* quibus eius

vimus, toto desiderio veneramur; vos et ceteras quas speciales filias et imitatrices ipsius credimus, habuimus actenus caritate precipue commendatas. Postquam vero ipsius Ordinis curam, nostris licet debilibus humeris (*a*) Apostolica Sedes imposuit (1), excrevit eadem caritas, quantoque nos eidem Ordini recognoscimus artius obligatos, tanto solertius atque libentius, que nostris honestatibus expedire, ac vobis extimamus utilia procuramus.

Sane, quia pro spiritualibus exibendis et recipiendis obsequiis, inter vestrum et dilectorum Fratrum (*b*) Minorum Ordines, dissensione suborta, varias turbationes et graves vos sustinuisse percepimus (*c*), dare studuimus operam efficacem, ut huiusmodi dissensione sopita, iidem fratres opurtuna ministeria de [30 r.] speciali gratia vobis impenderent, vosque fraudari eorundem Fratrum beneficiis non possetis.

A venerabili igitur viro fratre B[onaventura] Ordinis predictorum fratrum Generali Ministro, quasdam (*d*) recepimus litteras eadem ministeria exprimentes (2), que, ut ab ipsis Fratribus liberius et libentius vobis valeant exiberi, volumus ut eisdem fratribus cautionem prestetis iuxta formam inferius annotatam (3).

Porro attendentes quod alique vestri Ordinis diversam professionem (*e*) super diversis Regulis sive formis, sub diversitate temporum emiserunt: utpote super Regula Beati Benedicti quam ignorant, nec etiam habent, ut credimus, et vivendi formula, pena inportabili, olim a felicis recordationis domino Gregorio Papa nono, dum esset in minori officio constitutus, Ordini vestro tradita et concessa, necnon et quadam alia Regula, quam non nulle Sorores receperunt tempore inclite memorie domini Innocentii Pape quarti (4): Regulam prime forme Ordini vestro concesse (5), quantum convenit in verbis [30 v.] et consensu

(*a*) A *habueris*. — (*b*) A *in Fratrum*. — (*c*) A *precepimus*. — (*d*) A *quosdam*. — (*e*) A *diversa professionum*.

vita et conversatio nota erat, super... sancta Beati Francisci intentione frequenti collatione tractavimus ». BF III, 404; Epit. *Sup.* XLVII, p. 290; *Seraph. legisl.* etc. 181.

(1) Scilicet die 14 Iulii 1263 per Bullam *Licet ex iniuncto nobis;* et denuo per Regulam 18 Octobris eiusdem anni ab Urbano eis datam. Cfr. supra III, 666.

(2) Quae hucusque latent. (3) Quae quidem verbotenus est S. Bonaventurae. Cfr. AFH III, 679 et infra ad calcem harum litterarum.

(4) «... tam a... Gregorio papa praedecessore nostro, tunc Hostiensi episcopo et vestri Ordinis causam gerente quam aliis, variae datae Regulae formaeque vivendi noscuntur »; dicit Urbanus in Regula; et Clemens IV ad Visitatorem Provinciae S. Francisci, BF III, 62, « formula per... Gregorium Papam praedecessorem nostrum edita, quam profitebantur una cum Beati Benedicti Regula, quae quidem Regula ab earum aliquibus nec habebatur, nec observabatur,... graves adeo asperitates atque importabiles indicebat, quod vix aut numquam possent etiam a iunioribus et robustioribus observari ». Regula Innocentii hic memorata videtur esse ea S. Clarae eiusque Sororibus die 9 Augusti 1253 confirmata; Regula autem Innocentii die 6 Augusti 1247, universis Clarissis data, in multis cum Regula Urbani convenit, et ambae cum Regula Gregorii IX.

(5) *Regula primae formae* id est illa, quam Gregorius IX « tunc Ostiensis Episcopus... dedisse cognoscitur »; cui Regula Urbani « prout convenit » est « conformis ». Clem. IV. l. c. — Ex verbis *primae formae*, aliquod fulcimentum accipere autumamus opinionem ponentem primam Clarissarum Regulam fuisse vere *formulam vivendi* a Gregorio IX postea Monialibus Asculanis 24 Maii 1239 missam; BF I, 263; *Epitom.* Suppl. IX; cf. infra 100 n. 1.

conformem, in non nullis tamen asperitatibus et rigiditatibus, prout animarum saluti et debilitati corporum congruit, temperatam, discretione precipua, discussione provida, diligentia circumspecta et maturo consilio conditam, per sanctissimum patrem dominum nostrum Urbanum Papam quartum, vestri Ordinis zelatorem, procuravimus vobis dari, per quam saluti vestri consulitur, Religionis honestatem (*a*) indicitur et docetur. Et non solum vestra Religio censetur uniformiter nominanda, verum in habitu et ceteris regularibus disciplinis observantia traditur uniformis, ut futuris perturbationibus obvietur, ac predictis Fratribus, quorum consilio et auxilio admodum indigetis (*b*) aproximetis inposterum, et ipsi propter diversitatem capitum obsequendi vobis materiam non assumant (1). Item per eandem (*c*) Regulam de sacro sancte romane (*d*) Ecclesiae Cardinalibus, vobis perpetuis temporibus conceditur cardinalis, qui Fratrum gubernationi dictorum fuerit pro tempore per Se-[31 r.]dem Apostolicam deputatus. Per quem etiam Cardinalem, tam in romana Curia quam in orbe etiam universo, Ordo vester protegi poterit et defendi. In omnibus insuper Monasteriis vestri Ordinis, cuiuscumque conditionis existant, visitationis officium nec non et Abbatissarum confirmatio vel infirmatio, per eandem Regulam fieri adeo provide demandatur, ac si familiarum Monasteriorum vestri Ordinis cura et sollicitudo vestra comittatur Cardinali; quod perspicaciter intuenti potest liquido apparere, per ipsam Regulam, animarum saluti vestrarum, Ordinis honestati, libertati ac securitati in posterum, quam (*e*) salubriter et utiliter providetur.

Monemus igitur vos et rogamus, ac vestre devotioni qua possumus affectione suggerimus, quatenus reverenter suscipientes Regulam prelibatam, quam vobis sub nostri sigilli testimonio mittimus (2), ac devote quantum Dominus dederit observantes, conversationis vestre holocaustomata medullata sic patienter, sic modeste (*f*) sicque prudenter et religiose offerre (*g*) omni-[31 v.] potenti Deo studeatis, quod ipse illa in odorem suavitatis accipiens, aurem sue pietatis in vestris orationibus clementer inclinet, quatenus et nos vestris utilitatibus nostros (*h*) labores liberaliter exponentes, que fuerint accepta divine maiestatis oculis impleamus, vosque premium retributionis possitis provide promereri. Ceterum volumus quod nostras et predicti Generalis Ministri litteras, Provinciali Ministro administrationis Tuscie directas (3), nec non et quas etiam vestro Visitatori dirigimus, ut vobis clareat quando et pro quibus iidem Provincialis Minister, et Visitator, et fratres a vobis fuerint requirendi, et eis vestris commodis intendere liceat, in singulis vestris conscribi Monasteriis faciatis. Ad hoc vobis in virtute obedientie districte precipiendo presentium tenore mandamus, quatenus viro provido Fratri..... Ordinis Minorum, assumpto de mandato

(*a*) A *honestatis.* — (*b*) A *indigentis.* — (*c*) A *Idem per eadem.* — (*d*) A *romanis.* — (*e*) A *qua.* — (*f*) A *moleste.* — (*g*) A *offerte.* — (*h*) A *et nostros.*

(1) « Nec... Fratres habebunt materiam se ab ipsarum obsequiis subtrahendi; sicut se olim *propter diversitatem capitum* subtraxerunt » Clemens IV l. c.: cfr. supra AFH III, 668-9.

(2) Per litteras *Attendentes de facili,* quae p. 82 nota 3 ponentur.

(3) Huiusmodi litterae Ioannis non exstant; de litteris S. Bonaventurae cfr. quae postea dicturi sumus.

praedicti Generalis Ministri [ad] visitanda (*a*) (1), cui et nos visitationis officium circa [32r.] eadem Monasteria sub certa forma duximus committendum (2), in omnibus que ad dictum (*b*) officium pertinent intendatis. Forma vero cautionis predictis Fratribus a vobis prestande hec est (3).

Nos talis Abbatissa et Sorores talis Monasterii, pro nobis et Monasterio nostro dicimus, confitemur, et etiam recognoscimus, quod Ordo Fratrum Minorum vel Fratres eiusdem Ordini nobis seu Monasterio nostro, seu personis in eo degentibus, ad obsequia seu ministeria exibenda aliquatenus ex debito non tenentur. Et id circo dictis Ordini et Fratribus precavere volentes, ne per aliqua obsequia vel ministeria, que nobis dicti Fratres de facto seu liberalitate sua, vel mera gratia exibebunt, ex quantacumque (*c*) diuturnitate temporis possit (*d*) eis preiudicium generari, promittimus tali Fratri, nomine dictorum Ordinis et Fratrum recipienti et stipulanti, quod ministeria vel obsequia ab eis taliter exibenda, unquam temporum, occasione prestationis huiusmodi, ex debito non petemus [32v.] nec super eis movebimus contra eundem Ordinem vel Fratres ipsius, aliquam questionem. Et in huius rei testimonio volumus fieri hoc publicum instrumentum, vel volumus has litteras sigilli Conventus nostri munimine roborari.

Datum apud Urbem Veterem idus decembris anno Domini M.CC.LXIII pontificatus domini Urbani Pape quarti anno tertio (4).

VI. Litteris, 13 Decembris 1263, ad Monialium Tusciae Visitatorem datis, ei auctoritatem ipse Cardinalis dat et formam, ad Monasteria Clarissarum ipsius provinciae visitanda, eique iniungit, ut Regulam Urbani, litteras suas et Generalis ad Provincialem Tusciae, praesentesque cum aliis, in singulis Monasteriis transcribere faciat.

VI.

Iohannes miseratione divina Sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis. Religioso viro in Christo Fratri.... (*e*) Visitatori infra limites administrationis Tuscie, Monasteriorum Ordinis Sante Clare, in salutis auctore salutem.

Cum Ordinem (*f*) Sante Clare sub spe adiutorii tui Ordinis suscepimus gubernandum (5), nostreque sollicitudini ex suscepta cura dignoscatur

(*a*) ipsa Monasteria? — (*b*) A *ad artem.* — (*c*) A *quatacunque.* — (*d*) A ***posset.*** — (*e*) B ***Fratri Ber.*** — (*f*) B *Ordinis.*

(1) Cfr. AFH III, 678. (2) Cfr. litteras sequentes.

(3) Hic ad marginem codicis rubeis eiusdemque auctoris characteribus scribitur: ***Forma instrumenti.***

(4) Mirandum sane quod duo instrumenta a Clarissis Florentiae confecta: AFH III, 675 et Wadding, 1264 n. 5 (IV², 231), formam Urbani (III, 674) sequantur, non S. Bonaventurae. Accedit et instrumentum Clarissarum Brugensium in Flandria, (quod R. P. Hier. Goyens O. F. M. nobis benigne communicavit), et quod aliam formam, de sola accepta regula, habet. En hoc: *Noverint universi quod nos abbatissa et Conventus Ordinis Sancte Clare iuxta Brugas, recepimus omnes, nulla nostrum excepta, Regulam dni Urbani pape quarti, et professe sumus eamdem, non coacte per fratres sed preprimis voluntarie. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Dni m°cc° sexag.° quinto. Die jovis post oct. apostol. Petri et Pauli.* Cf. 91 n. 3.

(5) Cfr. Doc. V, 84 sqq.; III, 667 sqq. litterasque Fr. Lotoro datas. l. c. 678 sqq.

incumbere, ut Monasteriis eiusdem Ordinis Sante Clare visitationis officium impendamus, venerabilem virum Fratrem B[onaventuram] Generalem Ministrum tui Ordinis, attente rogavimus (1), ut nobis in hoc oportunum (*a*) pararet auxilium de gratia speciali, Visitatores [33 r.] assumens vel assumi faciens, qui auctoritate nostra circa eadem (*b*) Monasteria, iuxta formam eis a nobis mittendam visitationis officium exercerent.

Porro quia nobis idem Minister condescendit humiliter in hac parte (*c*) (2), tu ad visitandum Monasteria predicti Ordinis sante Clare infra administrationis Tuscie limites constituta, ob tuam, prout credimus, probitatis industriam, assumptus nosceris de Fratrum consilio Discretorum.

Nos igitur plenam de tua providentia fiduciam obtinentes, visitationis officium circa Monasteria dicti Ordinis (*d*) Sante Clare, infra prefatos limites presentium tibi tenore committimus, tue discretioni mandantes, quatenus postquam in eisdem Monasteriis tam Abbatisse quam Sorores alie professe fuerint Regulam, eis per sanctissimum patrem dominum Urbanum summum Pontificem traditam (3), considerato quid in ipsa Regula de Visitatoris officio continetur (4), auctoritate predicta, predictum officium iuxta formam inferius annotatam, Dominum (*e*) habendo pre oculis exequaris.

Omnibus autem [33 v.] degentibus in Monasteriis memoratis, infra predictos limites, tam Abbatissis quam Sororibus et Servitialibus, necnon et Capellanis, Conversis (5) et ceteris, in virtute obedientie districte precipiendo presentium tenore mandamus, ut tibi in omnibus que ad visitationis officium iuxta eandem formam pertinent (*f*), obediant et intendant.

Forma autem (*g*) visitationis hec est (6).

In Monasteriis tue visitationi (*h*) commissis, circa Abbatissas, Sorores et Servitiales, Capellanos et Conversos ceteramque familiam Monasteriorum saltem semel in anno officium visitationis exerceas, excessus corrigens (*i*) publicos et privatos. Sed de correctis te nullatenus intromittas, nisi forsan fuerint inlegittime aut insufficienter (*j*) vel indiscrete correpti.

Nullam absolvas Abbatissam a Monasterii sui regimine, nisi de consensu et voluntate totius sui Conventus vel maioris partis eiusdem; cum consensu tamen totius Conventus vel maioris partis ipsius, Abbatissam absolvere poteris, cum secundum Deum videris expedire.

Confirmationes et electiones Abbatissarum confirmande (*k*) [34 r.] seu etiam infirmande, ad nos remittantur quousque aliter duxerimus ordinandum.

Sorores vel Servitiales nunquam de Monasterio ad Monasterium transferas, vel aliquas recipias seu recipi facias, absque nostra licentia speciali.

(*a*) B ***nobis oportunum.*** — (*b*) A *eandem.* — (*c*) B *condescendit in hac parte.* — (*d*) B ***Monasteria Ordinis.*** — (*e*) B *Deum.* — (*f*) B *ad visitationis iuxta formam pertinet.* — (*g*) B *vero.* — (*h*) A et B *visitationis.* — (*i*) B *puniens.* — (*j*) A *insufficiens.* — (*k*) A *confirmade.*

(1) An verbo vel scripto ignoramus.
(2) Litteris, ut videtur, in Doc. praec. citatis.
(3) Die 18 Octobris 1263; BF II, 509 ss; Eub. *Epit.*, *Suppl.* XLII.
(4) Ibid. Cap. 24.
(5) De his cfr. ibid. Cap. XIX, XX, XXII etc.
(6) Hic in margine rubeis characteribus eiusdem manus scribitur: *Forma quam debet tenere Visitator.*

Inquiras diligenter Monasteriorum possessiones, qualiter gubernentur necnon et proventus earum seu redditus et indicia (*a*) vel legata Monasteriis facta, seu relicta, qualiter dispensentur. et super his si expedire videris, debitam reddi tibi facias rationem.

Specialiter autem tua sollicitudo desuadet [!], qualiter Abbatissis, Sororibus, Conversis et familie Monasteriorum, tam in divinis officiis, quam et ecclesiasticis (*b*) sacramentis, et aliis que ad salutem pertinent animarum, utiliter valeat provideri.

Ad provisionem autem huiusmodi salubriter ordinandam tam Regule series nuper facte, ubi (*c*) de sacramentis ecclesiasticis et divinis officiis agitur (1), quam nostre (*d*) ac Generalis Ministri ad Provincialem tuum directe littere (2) te satis poterunt edocere.

Quamvis etiam circa observantias Regule tibi non liceat dispensare, cum eedem observantie ad [34 v.] moderamen debitum sint redacte; volumus tamen, quod de statu et conditionibus cuiuslibet Monasterii perquiras sollicite, et circa statum Monasteriorum prout magis honestati et utilitati expedire videris, iuxta qualitatem personarum, locorum et etiam regionum, ordines et disponas, ut regularis observantia tam in clausura, quam honestatibus (*e*) aliis vigeat in eisdem, omnisque materia exempli nocilis (*f*) relegetur.

Inquiras etiam specialiter qualiter in singulis Monasteriis Regula observetur, corrigas et reformes, tam in capite quam in membris, que correctione seu reformatione noveris indigere; opponentes se et non obtemperantes, auctoritate qua fungimur, per censuram ecclesiasticam compellendo.

Ceterum volumus, devotionem tuam qua possumus affectione rogantes, quatenus si preter comunem visitationem, quam semel in anno debes (*g*) facere, prout in praedicti Generalis Ministri litteris (3) continetur, pro quovis articulo emergente in aliquo Monasterio, correctionis vel visitationis officium [35r] aliquando videris opportunum, id divino respectu et nostre contemplatione persone, non subtrahas, quin potius quotiens opus fuerit, Ministri tui seu Custodis, in cuius Custodia Monasterium situm fuerit, obtenta licentia, iuxta (*h*) premissam formam adeo sollerter impendas, ut que pacem diligunt et quietem, eisdem perfrui valeant, et insolentes prout convenit compescantur.

Rursus, quia in hiis que per te utiliter exercere non vales (*i*), divina propitiante clementia, tibi adesse proponimus, et consilium et auxilium favorabiliter inpertiri, volumus ut quandocumque articulus sive casus emerserit, in quo tibi videatur nostrum expectandum consilium vel auxilium expetendum (*j*), ad nos secure recurras, ut emergentibus casibus, per nos possit festinum ac salubre remedium adiberi.

Ad hoc (*k*) de nostre beneplacito esse cognoveris voluntatis, quod tam Regulam antedictam quam (*l*) nostras et Generalis Ministri litteras tuo Provinciali Ministro transmissas (4) nec non et presentes cum aliis

(*a*) A *iudicia*, sed erronee. De indiciis Vid. Du Cange *indictio pro anima* S. V. INDICTIO. — (*b*) B *quam ecclesiasticis*. — (*c*) B *nisi*. — (*d*) A *agitur nostre*. — (*e*) B *in honestatibus*. — (*f*) B *nocibilis*. — (*g*) B *debeas*. — (*h*) A *iusta*. — (*i*) B *valeas*. — (*j*) B *nostrum expetendum consilium vel auxilium*. — (*k*) B *ad hec*. — (*l*) A *quod*.

(1) Capp. VI et VII.

(2) Cfr. notam 3 p. 86.

(3) Cfr. notam praecedentem.

(4) Cf. ibidem.

quas tibi dirigimus (1), in singulis (*a*) transcribi Monasteriis [35v] facias, ut Abbatissis et Sororibus clareat, quando et pro quibus ab eis tam tu quam predicti Provincialis Minister (*b*) et Fratres fueritis requirendi.

Demum sinceritatem tuam exoramus et hortamur in Domino, obsecrantes nichilominus per aspersionem sanguinis Ieshu Christi, ut premissa sic sollicite studeas exercere, quod fructus Deo acceptus, et Monasteriis utilis et consolatorius inde proveniat; tam nostra quam tua conscientia in tuto consistat, tu pro tuo labore retributionis eterne premium consequaris, nosque una cum predictis Sororibus tibi obnoxii teneamur.

Datum apud Urbem Veterem III idus Decembris, anno Domini M.CC.LXIII. Pontificatus (*c*) domini Urbani Pape quarti anno tertio.

VII. **Litteris eiusdem diei (13 Dec.) Cardinalis Visitatorem hortatur, ut Moniales inducat ad reciepiendam et profitendam Regulam ab Urbano IV nuper eis datam. Si autem aliquae eam recipere nolint, numerum recusantium, recusationis causas, aliaque sibi procuret intimare, ut circa ipsas provideatur, prout Pontifici melius videbitur. Quoad congregationes mulierum minus provide eidem Ordini aggregatas, Visitator rationes perpendat, an conveniat necne, eis dare praedictam Regulam, statimque de eis referat. Idipsum observari vult circa alias, quae absque ullius auctoritate, vitam Clarissarum assumpserunt. Post visitationem, omnium Monasteriorum conditiones in scriptis redigat, et personaliter, quam citius poterit, ad ipsum Cardinalem deferat.**

VII.

[38r] Iohannes miseratione divina sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis. Religioso viro in Christo dilecto Fratri Visitatori infra limites administrationis Tuscie Monasteriorum Ordinis Sancte Clare, in salutis auctore salutem.

Cum sanctissimo patri domino nostro Urbano Summo Pontifici supplicatum extiterit, (2) ut universis Abbatissis et Sororibus sancte Clare traderet Regulam sub quam uniformiter virtutum Domino deservirent, idem pater sanctissimus, de benignitate solita eis concessit Regulam de maturo consilio, quam sub nostri sigilli muninime ipsis duximus transmittendam (3).

Volumus igitur et providentiam tuam requirimus et affectuose rogamus, quatenus universas Abbatissas et Sorores eiusdem Ordinis, infra administrationis Tuscie limites constitutas, tue visitationi commissas, prudenter ac diligenter inducas, ut attente considerantes illa que per (*d*) nostras litteras, circa receptionem [38v.] ipsius Regule intimamus (4), eamdem ob reverentiam [apostolice] Sedis reverenter suscipiant et devote profiteantur et servent.

(*a*) A *sigulis*. — (*b*) B *Provinciales Ministri*. — (*c*) B *Decembris, Pontificatus*. — (*d*) A *pro*.

(1) Id est praecedens et sequens doc.
(2) Ab ipso Ioanne praesertim. Cfr. Doc. V et 81 n. 2, ubi id clare testatur.
(3) Ep. *Attendentes*, p. 82 n. 3. (4) Id est Doc. V, 84 sqq.

Si vero, quod absit, alique de predictis Sororibus ipsam profiteri Regulam pertinaciter recusarent (1); tu huiusmodi recusantium numerum, cum recusantium occasionibus sive causis, nec non et conditiones earum, et nomina, nobis studeas intimare; ut circa id quieti nostre conscientie provideri, et de ipsarum statu, per prefatum patrem et dominum possit, prout eius decreverit sanctitas, ordinari.

Quia (*a*) etiam congregationes alique mulierum esse se de predicto sancte Clare Ordine asserentes, ad ipsum Ordinem minus provide dignoscuntur admisse, si tue circumspetioni videbitur, quod sive propter locorum ineptitudinem sive propter alias quascumque causas, non possint ipsius servare Regule honestatem, si secundum Deum tue conscientie videbitur, huiusmodi mulieribus predictam Regulam non concedas; quin potius earundem conditiones et statum nec non et causas ad eis dandas non dandum (*b*) eandem Regulam removentes, per tuas nobis [39r] litteras indicare non differas, procurans quod eedem mulieres, super statu et conditionibus suis, tam prefato domino, quam nobis intiment plenius veritatem, ut ipsarum (*c*) saluti possit utiliter provideri.

Idem per omnia circa eas volumus observari, que nullius interveniente auctoritate sive licentia, predictum Sancte Clare Ordinem inordinate tamen assumentes, sub ipsius Ordinis titulo se faciunt nominari (2).

Ceterum quia volumus de illarum statu, quarum curam gerimus, in conscientie consistere puritate, ac earundem Ordinem commodis pro nostre modulo possibilitatis intendere, discretioni tue presentium tenore mandamus, ut postquam predicte Abbatisse ac Sorores professe fuerint Regulam prelibatam, eis iuxta formam quam tibi transmittimus in nostris alias annotatam litteris (3), officio visitationis impenso, singulorum Monasteriorum conditiones et statum, et in eis personarum degentium numerum, nec non et cum qua reverentia in eisdem Monasteriis predicta fuerit Regula suscepta, in scripturas plenarie redigendo ad [39v.] nos personaliter quam citius poteris accedere non postponas, ostensurus (*d*) nobis scripturas huiusmodi, ut tam per te quam scripturas easdem, qualem circa ipsa Monasteria oporteat adhiberi diligentiam, instrui valeamus.

Datum ad Urbem Veterem idibus Decembris anno Domini M.CC.LXIII pontificatus domini Urbani Pape quarti anno tertio.

VIII. **Litteris 20 Decembris 1263, facultatem facit Cardinalis Visitatori, absolvendi a censura Moniales earumque familiares, pro violenta manuum inter se iniectione, necnon Moniales, quae simoniace ad Monasterium receptae fuerint.**

(*a*) A *qua*. — (*b*) Forsitan legi debet: *ab eis danda vel non danda ead. regula rem.* — (*c*) A *ipsorum*. — (*d*) A *ostensus*.

(1) Plures revera recusaverunt, ut testatur Clemens IV in litteris *Ut Ordo* etc. «Cum igitur, sicut accepimus, quorumdam Monasteriorum, que infra fines visitationis tuae sunt sita Abbatissae et Sorores dictam Regulam adhuc recipere non curaverint; volumus etc.». Et idem Clemens in Bulla *De statu tuo* diei 31 Maii 1266 (BF III, 82: *Epit.* n. 1263) ipsi Ioanni scribit «Sorores Ordinis Sanctae Clarae venerunt Viterbium pro multarum terrarum Sororibus;... Sunt omnes in hoc proposito, quod tuam Regulam non recipiant».

(2) Contra tales pseudo-Moniales, iam Gregorius IX et Innocentius IV invexerant. Cf. BF I, 290, 541, 556: *Epit.*, nn. 300, 553, 569.

(3) Cfr. Doc. VII et 82 n. 3.

VIII.

Iohannes miseratione divina Sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, religioso viro in Christo dilecto Fratri.... (*a*) Ordinis Minorum visitatori infra limites administrationis Tuscie Monasteriorum Ordinis Sancte Clare, in salutis auctore salutem.

Ut tam Sororibus quam Capellanis et Conversis, cetereque familie Monasteriorum Ordinis Sancte Clare tue visitationi conmissis, ab excomunicationis sententia pro iniectione violenta manuum inter se, iuxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impertiri, et cum eisdem Sororibus in suis Monasteriis hactenus, usque scilicet ad presens admissis per simoniacam pravitatem quod libere in eis permaneant (*b*), valeant dispensari, auctoritate [40r] apostolica, nobis specialiter in hac parte concessa (1), tue discretioni, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, presentium tenore concedimus facultatem (*c*). Proviso quod eis iuxta quantitatem excessus, qualitatemque persone, iniungas penitentiam salutarem.

Datum apud Urbem Veterem XIIII kal. ianuarii anno (*d*) Domini M.CC.LXIII pontificatus domini Urbani Pape quarti anno tertio.

IX. Litteris eidem Visitatori, 18 Aprilis 1271 datis, iniungit, ut ad Monasterium omnino reducantur Moniales e propriis Monasteriis egressae. Visitator specialiter ad earum punitionem deputatur, et ad eas transferendas de uno Monasterio ad aliud, et etiam ad alios Ordines, si expedire viderit, ipsas fugitivas; litteras in singulis Monasteriis scribere faciat.

IX.

[43 r] Iohannes miseratione divina sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis. Religioso viro in Christo dilecto filio Fratri.... (*e*) Ordinis Minorum, Visitatori Monasteriorum Ordinis Sancte Clare in provincia Tuscie, salutem in Domino.

Novis morbis nova sunt adhibenda remedia, et insolitis periculis insolita sunt subsidia preparanda. Sane ad nostrum nuper pervenit auditum, quod instigante humani generis inimico, alique (*f*) de Sororibus Sancte Clare (*g*) in se vim divini timoris evacuant, sue professionis federa violantes. Nam, claustro relicto, sicut precipites corpore (*h*), sic corde saucio, pristinam conversationem repetunt, et ad funestam recurrunt seculi servitutem; in obprobrium (*i*) suorum natalium et proprii pudoris dispendium, evagantes. Cum igitur nostre cure incumbat et errata (*j*), corrigere, et excessibus precavere, non satis nostrum implemus (*k*) officium, nisi errabundas (*l*) sic curemus requirere, quod et ipsis pro voto vagari non liberum (*m*), et earundem libertas ceteris delinquendi non prebeat incentivum.

(*a*) B *Fratri Ber.* — (*b*) B *permaneat.* — (*c*) A *facultate.* — (*d*) A *Ianuarum in anno.* — (*e*) B *Fratri Ber.*; V *Fratri Visitatori in administratione Marchie Anconitane Monasteriorum Ordinis Sancte Clare, salutem in Domino.* — (*f*) B *aliqua.* — (*g*) V *Ordinis Sancte Clare.* — (*h*) B *sic... sic.* — (*i*) B *et obrobrium.* — (*j*) A *ereata.* — (*k*) A *impleamus.* — (*l*) V *errabundas oves.* — (*m*) B *non sit liberum.*

(1) Litterae huius concessionis desunt.

Quo circa Abbatissis omnibus, nostris damus litteris in man- [44 r] datis (1), ut una queque ipsarum de requirendis et revocandis suis Sororibus ad suum Monasterium, sollicitudinem adhibens diligentem, si que de suis Monasteriis Sorores sic egresse sunt vel egredientur in posterum, ipsas curent [!] ad Monasteria etiam violenta manu (*a*), si opus fuerit revocare, non parcendo in hoc, si opportunum fuerit (*b*), laboribus, sumptibus vel expensis, penis debitis vinculorum etiam et carceris et aliis iuxta (*c*) demeritorum exigentiam et suorum Visitatorum arbitrium puniendas. Licet autem correctio delinquentium, infra designatos tibi limites, ex commisso tibi Visitatoris officio dignoscatur ad tuam diligentiam pertinere, nichilominus tamen ad maiorem expressionem, in hoc casu correctionem huiusmodi tibi duximus specialiter presentibus committendam, volentes ut si que ex sic egressis, suis culpis exigentibus, ad tantam calamitatem devenerint, quod absque proprie salutis dispendio, vel gravi scandalo seu periculo animarum aliarum Sororum, non presumatur (*d*) posse in suis Monasteriis retineri, eas (*e*) ad alia Ordinis eiusdem [44 v] Monasteria infra visitationis tue limites constituta, auctoritate nostra licentiare et locare valeas, vel ad alios Ordines licentiare secundum quod videris expedire. Contradicentes vel non obtemperantes tibi in premissis, auctoritate, quam (*f*) tibi committimus in hac parte, et apostolica super hoc nobis auctoritate concessa, per (*g*) censuram ecclesiasticam compellendo (*h*) (2).

Devotionem itaque tuam rogamus et hortamur attente, presentium tenore mandantes, quatenus Abbatissis omnibus, infra tue (*i*) visitationis limites constitutis, sic sollerter in omnibus premissis cures assistere, sic impendere te efficaciter favorabilem, et favorabiliter efficacem, ipsas ad ea per eandem censuram, si opus fuerit, compellendo (3), quod Deo (*j*) inde prestes obsequium, et salus inde proveniat animarum, nos quoque tuam prudentiam possimus merito prosequi actionibus gratiarum.

Demum volumus et mandamus, ut tam presentes quam alias nostras (*k*), quas super hoc eodem negotio ad omnes scribimus Abbatissas (4), scribi facias in singulis (*l*) Monasteriis tue [45 r] visitationi commissis Datum (*m*). — Viterbii XIIII Kalendas Maii anno Domini M.CCLXXI apostolica sede vacante. Deo gratias (*n*).

10. — De auctore et tempore ordinationum *Accedat.* — Ordinationes nostrae, quae absque ulla indicatione praecedente, ex abrupto incipiunt, et nulla indicatione in codice et in octo membranis desinunt, nihil aliud sunt, nisi quaedam *forma visitationis*, quae nomine Cardinalis, ad quem solum hoc de iure spectabat, observanda proponitur. Pluries siquidem habet *vult, suggerit, concedit* etc. *dominus Cardinalis;* planum est igitur eam ab alio, quam a Cardinali ultimo promanare, quamvis eius auctoritate suffulciatur.

(*a*) B *violenti manu.* — (*b*) V *si oportuerit.* — (*c*) A et B *iuxta* omittunt et post habent *exigentia;* lectio nostra ex V accepimus. — (*d*) A *presumantur.* — (*e*) B *eis.* — (*f*) A *qua.* — (*g*) A *auctoritate per.* — (*h*) om. *devotionem — tenore,* adest tamen spatium. — (*i*) B *tuos.* — (*j*) A. *ideo.* — (*k*) V *nostras litteras.* — (*l*) B *et omnibus* loco *in singulis.* — (*m*) Hic V desinit absque nota chronologica. — (*n*) Nota copistae.

(1) Quae pariter latent.

(2) Haec auctoritas Ioanni forte concessa est iisdem litteris ac supra, quae desiderantur. (3) Cfr. not. 2. (4) Cfr. nota 1.

Hunc alium S. Bonaventuram fuisse aliqua indicia suadent. Iam supra vidimus Cardinalem litteras commemorare a Generali S. Bonaventura ad Provinciales missas, quae in singulis Monasteriis transcribi deberent, ut insimul cum aliis a se missis, tamquam regula agendi essent in pluribus, tam pro Monialibus, quam pro Visitatore et aliis Fratribus (1). Licebit ideo in his ordinationibus partem dispositivam illarum litterarum recognoscere, cum auctor non directe Visitatoribus, sed tertiae personae loquatur. Confirmatur ex hoc loco parallelo:

Ordinationes *Accedat.*	Cardinalis (*Doc. VI.* p. 89).
Si etiam praeter communem visitationem, quam semel in anno debet facere Visitator, pro quovis articulo emergente in aliquo Monasterio correctionis vel visitationis officium circa personas eiusdem Monasterii unam vel plures id opportunum viderit exhiberi, id etc.	*Si praeter communem visitationem, quam semel in anno debes facere,* prout in praedictis Generalis Ministri litteris continetur, *pro quovis articulo emergente in aliquo Monasterio correctionis vel visitationis officium aliquando videris opportunum,* id etc.

Si autem Ioannes aliquid indigitare videtur quod in his ordinationibus non invenitur (2); coniecturandum est documentum nostrum partem tantum totius documenti esse; Provinciales autem, vel melius, Provincialis Thusciae habere poterat rationes, cur litteras Generalis in sua integritate non communicaret, sic etiam transcriptores cur non transcriberent. Ceterum ubi clare ad has litteras Ioannes innuit, perfecte convenire conspeximus (3).

Non autem sic clare conspicitur, utrum verba Ioannis ad Fratrem Albertum Ministrum Alamaniae Superioris, dicentis: Generalem Bonaventuram « suis litteris » Visitatoribus visitationis ipsius tradidisse « certam formam (4) », referri debeant ad litteras directe eis missas, vel solummodo indirecte per manus Provincialium. Dubium praecipue exoritur, ex eo quod Ioannes litteras S. Bonaventurae ad Provincialem non memoret; litteras autem suas Visitatoribus missas optime ab illis Provincialibus datas discriminet. Quidquid autem hac de re sit, rationibus allatis innixi, potius ad litteras Provincialium ordinationes nostras pertinuisse credimus. In utroque tamen casu, ille qui ordinationibus *Accedat* formam istam dedit, Bonaventura fuisset.

De tempore prolationis earumdem parum dicendum est: pluries enim ibi citatur Regula Urbani IV, die 18 Octobris 1263 data; ipsae autem a Ioanne, uti vidimus, citantur 15 Decembris eiusdem anni: intra id tempus ideo prodiere.

(1) Cfr. Doc. V et VI.

(2) Ex. gr. « quando et pro quibus iidem Provincialis Minister et Visitator et Fratres a vobis (Monialibus) fuerint requirendi, et eis vestris commodis intendere liceat » ; (Doc. V) et quod « tam in divinis officiis, quam et ecclesiasticis sacramentis *et aliis*, quae ad salutem pertinent animarum, utiliter valeat provideri » (Doc. VI). In locis tamen praefatis semper de complexu documentorum agitur; ideoque distingui non potest, an potius uni haec alterive conveniant.

(3) Quod neque litterae Ioannis ad Provincialem missae in nostro codice referantur, quae similiter transcribi debuerant, parum contra nos facit, licet ommissionis rationem perspicere nequeamus.

(4) Cfr. AF II, 80.

X. Plura, nomine Cardinalis (Iohannis) Visitatori praescribuntur, circa silentium, Visitationes extraordinarias, mulieres extra clausuram morantes, proventus monasteriis procurandos, Abbatissas absolvendas, conversos, ieiunium, crates, etc.

X.

Accedat ad Monasteria personaliter Visitator, et tam de Abbatissarum quam aliarum Sororum consolatione, circa silentii observantiam prudenter inquirat; procurans quod Abbatisse, Visitatoris ipsius interveniente consensu, dent Sororibus loquendi dun taxat inter se, non cum personis extraneis, licentiam generalem certis temporibus atque locis, prout consolationi earum secundum Deum viderint expedire: proviso sollerter quod a completorio usque ad tertiam per totum annum, et in quadragesima usque post commestionem, et in ecclesia sive oratorio, dormitorio et cellis nec non et quibusdam locis aliis, de quibus expedire videbitur, semper, et in refectorio dum ibidem [40v] comeditur, non concedatur loquendi licentia generalis. Nec vult dominus Cardinalis quod Abbatisse huiusmodi generalem licentiam revocent vel retractent, absque sua licentia speciali, quamvis nolit eis adimi potestatem huiusmodi licentiam ex causa singulariter revocandi. Monet etiam dominus Cardinalis et hortatur, ut consideratis circunstantiis debitis, non laxetur ista licentia, nisi quanto minus fieri poterit, dum tamen secundum Deum, Sororum consolationibus satisfiat: et non detur loquendi licentia genelis in locis de quibus audiri possint (*a*) Sorores exterius, vel alias inconveniens videretur (1).

Affectuose etiam suggerit dominus Cardinalis, ut Visitator ad commissa sibi Monasteria, tam in remoto quam in propinquo positis, frequenter accedens, quandocumque sue discretioni videbitur, loqui possit ad cratem (*b*), et etiam in capella exterius missarum sollempnia celebrare. Si etiam preter communem visitationem, quam semel in anno debet facere Visitator, pro quovis articulo emergente, in aliquo Monasterio correctionis, vel visitationis officium (*c*), circa personas eius- [41r] dem Monasterii unam vel plures, id opportunum viderit exiberi, tunc in illis dum taxat casibus in quibus se crederet non posse ad cratem huiusmodi correctionis vel visitationis officium conpetenter et utiliter expediri, concedit ei dominus Cardinalis, ut infra Monasterii clausuram intrinsecam, licentia aliqua non petita, ingredi valeat pro huiusmodi negotio exequendo. Inducat Visitator Abbatissas Conventus (*d*), ut Monasteriorum suorum facultatibus et proventibus consideratis, certum sibi personarum statuant numerum, ultra quem nullam porsonam recipiant, absque licentia domini Cardinalis, nisi evidens et magna utilitas

(*a*) A *possit*. — (*b*) B *accedens ad cratem, quandocumque sue discretioni videbitur loqui possit*. — (*c*) B *officio*. — (*d*) B *Abbatissas et Conventus*.

(1) A sequenti verbo *Affectuose* ordinationes nostrae in 8 foliis incipiunt; verba *Accedat—videretur* et infra *Ad consolationem* usque in finem habentur etiam in codice 310 Bibl. Perusinae (cfr. AFH III, 667, nota 1), statim post Regulam Urbani, cum unica lectione variante *Accedat ad Monasterium* Visitator. Has ordinationes necnon litteras Ioannis, Cardinalem Matthaeum quoque de Ursinis habuisse prae manibus, eius litterae *Inter cetera* ad Generalem et Provinciales demonstrant. Cfr. *Firmamenta* etc. pars V f. 13 v; Wadd. V, 584.

circa recipiendam personam aliquam appareret, propter quam Conventui placeret communiter huiusmodi personam recipere, ac pro licentia obtinenda recurrere ad ipsum multum esset difficile vel danpnosum.

Attendat preterea quod si mulieres alique recipiantur extra Monasterium (*a*) morature, tales sint, ut de ipsis ratione familie Monasterii existentis exterius, non possit suspi- [41v] tio exoriri. Inibeat etiam Abbatissis ne absque licentia domini Cardinalis personam aliquam recipiant apud Monasterium perpetuo moraturam, si (*b*) non professa fuerit Regulam, et obedientiam non promiserit Abbatisse.

Consideratis insuper in Monasterio singulis tam conditionibus paupertatis quam laboritiis, que fieri possint ibidem cum Ordinis honestate, aliquid fixum, quod per personas Monasterii de laboritiis huiusmodi fieri debeat, ordinet Visitator, ut opera eadem pro sublevatione ipsarum inopie vendi possint. Et ubicumque Monasterium invenerit (*c*) debitis aggravatum solvi huiusmodi debita, prout melius fieri poterit, faciat, procurans ut, quantum se facultas extenderit, de Monasteriorum proventibus possessiones emantur, ut habeatur unde persone Monasteriorum valeant sustentari.

In aliquo Monasterio due crates fieri non debeant aliqua ratione.

Si Visitator aliquas Abbatissas (*d*) omnino viderit absolvendas nec aliquatenus tollerandas, si totus Conventus vel [42r] maior pars Conventus assentiat (*e*), absolvat easdem, et si non assentiat, eisdem sigillum restituat, et ipsam quasi in suspenso teneat, et causas (*f*) absolutionis que ipsum moverint quam citius domino Cardinali intimare procuret.

Si vero Conventus aliquas fortassis absolvendas expetiverit Abbatissas, et visitatori expedire id nullatenus videatur, non absolvat easdem; corrigat tamen ipsas de illis, propter que videntur Conventui absolvende. Quod si forsitan post tempora se emendare neglexerint, et Conventus pro earum absolutione institit, absolvi poterunt, et fortassis exinde poterit utilitas provenire (*g*).

Conversi Monasteriorum ad profitendam Regulam inducantur, et ut ad id facilius trahi (*h*) possint, cum eorum Abbatissis de laboribus qui certis fiunt temporibus (*i*), et etiam de aliis qui certa tempora non requirunt, collationem quam oportunam viderit habeat Visitator, et cum eisdem Conversis dispensent genera- [42v] liter circa ieiunium regulare, prout videbitur expedire, ita quod in aliquibus casibus et temporibus dispensationem singulis vicibus petere non oporteat Conversos eosdem.

Ubique Monasteriorum secundum dispositionem Regule, tam in scalis levatoriis, cratibus et rotis et aliis (*j*) ordinetur (1), et si non possint fieri, perpetua, fiant temporalia, saltem quousque perpetua commode fieri possint; et tam Sorores inclusas quam Servitiales, ad portandum secundum Regulam scapularia (2) Visitator compellat, si fuerit opportunum.

Cum in Regula exprimatur quod Abbatisse dispensare valeant circa ieiunium cum adolescentulis (*k*) et debilibus ac senili etate confectis, prout earum debilitati et imbecillitati viderint expedire (3), monet et excitat (*l*)

(*a*) B *extra Monasteria.* — (*b*) A *sed.* — (*c*) B *invenerit Monasterium.* — (*d*) B *Abbatissas aliquas.* — (*e*) B *maior pars assentiat.* — (*f*) B *teneat causas.* — (*g*) B *forsitan... evenire.* — (*h*) B *trahi facilius possint.* — (*i*) B *certi fuerint et.* — (*j*) B *rotis aliis.* — (*k*) B *adolescentibus.* — (*l*) B *excitata dominus Cardinalis.*

(1) Capp. XIII-XVII. (2) Cap. IV. (3) Cap. XI.

Abbatissas dominus Cardinalis, quatenus cum huiusmodi dispensatio secura conscientia omni tempore fieri possit. In mense tamen Septembris, quia tunc solent intenperatoria existere tempora, et egrotationes exinde facilius provenire, reddant se ad dispensandum cum suis Sororibus circa ieiunium Regule proniores (*a*); et ipsas [43 r] Sorores fidentiores et promtiores vult esse ad dispensationem huiusmodi postulandam.

Ad consolationem preterea illarum que a (*b*) consanguineis et propinquis per cratis ostiolum, iuxta Regulam, videri non possint, nisi singulis vicibus a Conventu consilium expetatur, (*c*) (1) concedit Abbatissis dominus Cardinalis, ut ex hac causa pannum (*d*) qui secundum Regulam crati ex parte interiori (*e*) apponitur (2), possint facere amoveri et in illis casibus in quibus illud ostiolum ferreum potest secundum Regulam petito Conventus consilio, aperiri, et idcirco illas crates que sic fabricate sunt, ut inde Sorores extrinsecos videre nequeant et videri ab extrinsecis, bono modo ad illam formam sive modum reduci, si voluerint, faciant (*f*) quod per eas Sorores congrue videre valeant et videri, proviso sollerter quod sint ex crebris et spissis contortis lineis ferreis, diligenti et forti opere fabricate, et clavis ferreis in longum protensis exterius fortiter et communite, prout in Regula continetur, ita quod contactus fieri non possit ibidem (*g*).

11. — De ulteriore processu iuridico controversiae, usque ad litteras Cardinalis Matthaei de Ursinis. — Nil de ulteriore evolutione controversiae post litteras Cardinalis Ioannis dicerem, nisi Nicolaus Papini confusionem non modicam generasset, alios quoque in errorem trahens.

Iuxta enim eum, nequaquam anno 1263, mediantibus Regula Urbani, litterisque S. Bonaventurae et Cardinalis Ioannis, quaestio iuridica inter Minores et Clarissas definita est, sed solummodo post secundum Capitulum Generalem Pisanum 1272, « ritornaron le cose tra loro come prima (3) ». Idipsum, dubitantes tamen, et expresse Papini pro testimonio adhibentes, P. Pamphilus et PP. Editores Analectorum Franciscanorum Operumque Omnium S. Bonaventurae (4) asseruere.

Papini hoc probare se credit appellando et publicando litteras « di regolamento », a S. Bonaventura die 16 Maii eiusdem anni, Clarissis Monasterii Pisani datas (5); verum si pro statu pristino, statum *iuridicum* omnino firmum ipse intelligat, ambo scilicet contrahentes *perpetuo* ex se obstringentem, hic neque anno 1272 obtentus est.

Revera anno 1274, Protector Ioannes novum Generalem Hieronymum Asculanum et Capitulum ipsum Lugdunense, ut videtur, « rogavit,...

(*a*) B *prontiores.* — (*b*) B *ad.* — (*c*) A *expectatur.* — (*d*) A *panum.* — (*e*) A *inferiori.* — (*f*) B *faciant si voluerint.* — (*g*) B *non possit fieri ibidem.*

(1) Cap. XVII. (2) Cap. XVI. (3) *Storia di S. Franc.* part. II, 170.

(4) *Stor. Comp.* etc., I, 88, 682; AF III, 330 not. 3; S. Bon. *Op. Omn.*, *X*, 56, 62. Editores autem *Analectorum* et *Op. Omn.* in dubium devenerunt ex nota chronologica falsa epistolae S. Bonaventurae ad Fratrem Lotorum, quam cum aliis documentis conciliare non poterant. Cfr. ib. et AFH III, 676-7.

(5) Eandem epistolam ante Papinium, esto quod ipse non dicat, publicaverant P. Ant. Felix Matthaejus in notis ad *Vitam Nicolai IV* Hieronymi Rubei, Pisis 1761, pag. 39; et ex eo Bonelli *Suppl.*, III, col. 1152-53.

ut Fratres non ex debito, sed sui amore obsequiis insisterent Sororum Sanctae Clarae. Quod multum dicto Generali et Ordini fuit grave (1) »; condescensum est tamen, dummodo Sorores more solito instrumentum libertatis exhiberent. Et post duos annos Capitulum Generale Patavinum decrevit: « Item placet Capitulo Generali, quod serviatur dominabus Sancti Damiani modo consueto, ex mandato domini Papae, usque ad sequens Capitulum Generale (2) ». Ex quibus clarissime intelligitur, relationes inter Fratres et Moniales neque anno 1276 in statum iuridicum omnino firmum devenisse. — Certe autem ante an. 1272 relationes inter FF. Minores et Clarissas firmitatem aliquam acceperant, uti inter alia, documenta prolata demonstrant.

Ceterum epistola S. Bonaventurae a Papini citata, quaestionem generalem non respicit, sed « facere volens gratiam specialem » Clarissis Pisanis, concedit Custodi seu Guardiano ipsius civitatis, ut in aliquibus festis determinatis et aliis circumstantiis, dent facultatem Fratribus numero determinatis « computato confessore ipsarum et socio (3) » opera sua praestandi Monasterio. Extra quaestionem igitur confessarius manebat, de quo ab anno 1263 provisum fuerat.

Dicendum est ergo, post Regulam Urbani et litteras S. Bonaventurae et Ioannis, conditionem *sine qua non* servitutis Fratrum ad Moniales fuisse earum publicatam declarationem de huiusmodi servitute, ex parte vero ipsorum Fratrum mere charitatem. Hi autem Monasteriis, quae talem declarationem praestiterant, obsequia sua non negabant.

Eadem autem ratio agendi inter Fratres et Clarissas ab hoc anno usque ad annum 1296 perduravit, in quo anno Bonifacius VIII res, sicut tempore Innocentii IV se habuerant, reduxit (4).

Post haec Cardinalis tunc Protector Matthaeus de Ursinis, novas instructiones Generali et Provincialibus dedit; quia tamen extra ambitum nostrae disputationis nostrorumque documentorum se extendunt, ideo eas non discutiemus. Paucis solummodo expendemus, quae de nostris litteris eiusdem Cardinalis Visitatori Monialium Thusciae datis, dicenda sunt.

---

(1) AF III, 359.

(2) A. G. Little, ap. *English hist. Review*, XIII, 707. Hieronymus Rubeus, *Vita Nicolai IV*, pag. 37-38 ait, post ipsum Capitulum Paduanum, ut pariter videtur, « ab Ioanne Cajetano Cardinale Ordinis patrono rogatus (Hieronymus Asculanus) ut sacris Divae Clarae Virginibus, fratres suos adesse et rerum Divinarum cultu obsequi vellet; neque vero id quasi debito munere, sed rem gratam ut Cardinali faceret; ipse primo maxime renuit, mox cum tanto Cardinali Ordinis amantissimo resisti, nec posse, nec debere intelligeret, quamquam fuit universis Patribus in primis grave, assentit, ita tamen ut sacrae Virgines omnes, earumque Praefecta tabulis publicis testatum facerent a Franciscanis Patribus, id nullo debito officii iure, sed una Dei causa fieri ».

(3) Cfr. ll. cc. et S. Bon. *Op*, *Omn.*, VIII, 471. Recte autem *Pisis*, non *Parisius* Ant. Matthaejus, Bonelli et Papini cum originali Pisis adservato habent, contra exemplar in *Opera Omn.*, secut. Esto quod S. Bonaventura saltem primis mensibus 1272 in Italia fuerit (*Op. Omn.*, X, 62) difficulter explicatur, quomodo Parisiis esse potuit die 16 Maii, dum Capitulum Generale 12 Iunii Pisis celebrandum erat. Contradictio vero est dicere post Capitulum datam dictam epistolam fuisse (ibid.), dum fere uno mense ipsum Capitulum praecessit.

(4) Bulla *Quasdam litteras* 4 Iunii; Wadd. V, 570-71; BF IV, 396; *Epit.*, n. 2077.

12. — De litteris Cardinalis Matthaei Rubei de Ursinis. — Earum auctor Matthaeus Rubeus, a suo avunculo Ioanne Caietano ad Pontificatum sub nomine Nicolai III evecto, Protector Minorum anno 1279 post Capitulum Generale Assisiense institutus est (1). Ex hoc, iuxta praefinitum in Regula Urbani, Matthaeus erat quoque Protector Clarissarum; Nicolaus IV tamen, anno 1288, expresse earum protectionem denuo ei commisit (2).

In litteris nostris Matthaeus quasdam facultates Visitatori Clarissarum Provinciae Thusciae ad earum disciplinam internam spectantia tribuit. Quaedam insuper statuit circa Monialium receptionem.

Quo anno vero datae sint non plene claret, sunt enim absque nota temporis; sed eas circa annum 1297 datas fuisse autumamus. Siquidem primo aspectu materia et verbis ipsis inspiciuntur convenire cum litteris eiusdem Cardinalis die 3 Maii anni supradicti, Generali, Provincialibus et Visitatoribus constitutis et constituendis missis (3); ideo litterae nostrae nihil aliud esse apparent, nisi earum nova redactio pro solis Visitatoribus.

Facultates nihilominus Visitatoribus hic concessas, Matthaeus die 11 Septembris 1288 a Nicolao IV iam acceperat (4); proindeque Visitatoribus ipsis, antequam Generali et Provincialibus scriberet, communicare potuit; ideoque hae ab illis dependere poterant. Rem autem quia magni momenti non putamus, indiremptam relinquimus.

XI. (1297?) — **Ordinat Cardinalis Matthaeus ut a se admittendi Sorores ad Monasterium licentia non petatur, nisi prius a Visitatore petita sit, quae libenter daretur, si omnia rite concurrerint. Hoc Visitator ad notitiam Monasteriorum suae iurisdictionis deducat, et Monialibus sub gravibus poenis inhibeat, ne aliquam receptionem simoniace faciant. Visitator has litteras in scripturam redigere faciat, et interim de Monialibus simoniace receptis dispenset.**

XI.

Mattheus miseratione divina Sancte Marie in Porticu dyaconus Cardinalis. Religioso viro in Christo dilecto fratri... Visitatori, infra limites administrationis Tusciae Monasteriorum Ordinis Sancte Clare, in salutis auctore salutem (*a*).

(*a*) B sic: *Mattheus etc. Visitatori Ordinis Sancte Clare in provincia Tuscie salutem in Domino;* et desunt prima verba usque ad *Monasteriis.* Adest tamen spatium.

(1) AF III, 710-11; 368-69; II, 92-93. — Salimb. *Chron.* ap. *Mon. Germ. Hist.* 169, 498; *Ed. Parm.* 54, 271. — BF IV 17-18; Eubel, *Epit.* n. 1617.

(2) BF IV, 18, 39-40; — Eub. *Epit.* nn. 1618, 1652; — Wadd., V, 519-20.

(3) *Firmamenta* etc. Parisiis 1512, Pars V, fol. 16. Notandum, quod hae litterae in quolibet originali Florentiae in publico Archivo adservato (Fondo S. Croce 3 Maggio 1297) sicut nostrarum prima incipiunt, id est *Fragilitate seu ignorantia sexus feminei;* non autem *Ignorantia* etc. ut in *Firmamenta.*

(4) Cfr. Bullas *Cum cura Monasterii* et *Cum cura tam Monasterii,* ll. cc. n. 2.

Fragilitate seu ignorantia sexus feminei, in Monasteriis Sancte Clare receptiones personarum in Sorores quandoque fiunt minus canonice, quod ex eo colligimus, quia non nunquam pro recipientibus et receptis per symoniacam pravitatem dispensatio postulatur.

Huic igitur morbo tam pestifero obviare volentes, et animarum providere saluti, ordinamus et volumus, ut quotiens in Monasteriis tue visitationi commissis, recipiendarum sororum licentia postulatur a nobis, prius a te, Visitator, huiusmodi licentia postuletur, non de incerta persona, sed de certa, cuius conditiones et circumstantie ad tuam prius notitiam (*a*) perferantur. Nec non et modus receptionis qui tractatur et intervenit super reci-[45 v] pienda persona, quibus persone videlicet conditionibus et circumstantiis ac ydoneitate et recipiendi modo, per te, Visitator, plene discussis, ex tunc tam per te quam per Abbatissas et Conventus Monasteriorum ipsorum, a nobis finalis licentia recipiendi petatur; ut cum omnia rite concurrerint, ipsam possimus liberaliter impertiri.

Et hunc modum in receptionibus sororum servandum, ad (*b*) abbatissarum et Conventuum notitiam commisse tibi visitationis decucas, ne modo non servato premisso super recipiendis licentiis inaniter nos molestent.

Abbatissas insuper et Sorores Monasteriorum tue visitationi commissorum moneas et inducas, sub amotionis Abbatissarum a regimine, et Sororum translationis ad alia (*c*) Monasteria penis, ut ab huiusmodi receptionibus symoniacis de cetero prorsus abstineant. Et ostendas eis quam sit grave peccatum symoniacis receptionibus prestare consensum; ipsisque districte precipias sub penis predictis, ut nullam in monacam recipiant, vel in Conversum seu Servitialem, sine nostra licentia speciali.

Et facias monitionem et (*d*) indutionem, et preceptum huiusmodi redigi in scriptura, quam in Monasteriis singulis relinquas, et scripturam similem tibi reser-[46 r] ves, ita quod in posterum non possint ignorantiam allegare.

Ceterum, quantum ad receptiones preteritas symoniace (*e*) factas, tam cum Abbatissis et Sororibus recipientibus, quam cum personis receptis per huiusmodi vitium, potestatem tibi concedimus dispensandi; ita quod Sorores et persone recepte, possint in ipsis Monasteriis remanere.

Prius tamen absolvas tam personas receptas quam recipientes que indigebunt, ab excommunicationis sententia, quam forsitan (*f*) incurrerunt, pro eo quod in casu non concesso vel per modum non licitum, persone extrinsece infra clausuram Monasteriorum huiusmodi sunt admisse, contra ordinationem forsan vel inibitionem, seu praeceptum, felicis recordationis Gregorii Pape noni (1).

Volumus insuper quod secundum qualitatem excessus, Abbatissis et Sororibus et personis Monasteriorum ipsorum, super hoc iniungas penitentias salutares; ita quod non impune se credant tantum facinus conmisisse. Absolvas etiam supradictas Abbatissas, Sorores et personas huiusmodi ab excommunicationis sententia, si quam forte incurrerunt vel quod absit, incurrerent pro iniectione manuum (*g*) in seipsas, nisi fuerit adeo enormis excessus, quod super eo simus merito consulendi (2).

(*a*) B *ad tuam notitiam*. — (*b*) A *ab*. — (*c*) A *Sororum ad alia*. — (*d*) B *monitionem indutionem*. — (*e*) A et B *symoniaces*. — (*f*) B *forsitant*. — (*g*) A *manum*.

(1) Per Bullam *Etsi omnium* diei 22 Nov. 1236. Cfr. Wadd. II, 643-4; BF I 206-7; *Epit*. n. 209.

(2) Quas potestates Cardinalis a Papa Nicolao IV obtinuerat die 11 Sept. 1288. Cfr. supra pag. 99 n. 2; BF IV, 40.

XII. (1297?) — Quia aliqua Monasteria familiares non habent qui tempore necessitatis personas, facultatem secundum Regulam habentes intrandi clausuram Monasterii, associare possint; ideo Cardinalis Mathaeus Visitatori concedit, ut ipsorum Monasteriorum Confessariis facultatem dare possit, cum suis sociis eo intrandi.

XII.

Mattheus miseratione divina Sancte Marie in Porticu dyaconus Cardinalis. Dilecto in Christo filio Visitatori Monasteriorum Ordinis Sancte Clare in provincia Tuscie, salutem in Domino (*a*).

Contigit sepe quod Monasteria Ordinis Sancte Clare tue visitationi commissa, familiares non habent, vel si habent interdum non inveniuntur parati, qui medicos, minutrices (*b*) et personas alias, associare debeant, quando in casibus concessis a Regula possunt clausuram Monasteriorum ipsorum intrinsecam introire: propter quod nobis fuit humiliter supplicatum ut necessitatis tempore, in huiusmodi remedium apponamus.

Nos vero circa statum Monasteriorum dicti Ordinis, ex cura nobis commissa (1), paterna sollicitudine vigilantes, tue discretioni tenore presentiūm duximus concedendum, ut si Monasteria predicta, vel ipsorum aliqua, familiares non habent, vel si habeant, et tunc haberi non possunt (*c*) auctoritate nostra quam tibi concedimus in hac parte, possis dare licentiam confessoribus Fratribus tui Ordinis Monasteriorum ipsorum, ut cum Fratribus suis sociis, determinatis sibi per Provincialem Ministrum, vel aliis, dictis sociis legiptime inpeditis, cum aliquibus aliis honestis fratribus eiusdem Ordinis assignatis eisdem per (*d*) providentiam Guardianorum illorum locorum, que magis Monasterii sunt vicina, associare valeant personas predictas, necessitatis tempore, intra dictam clausuram cum habuerint introire, sicut dictum est, in casibus qui a Regula conceduntur.

Proviso quod non vacent collucutionibus, nec, sicut dicit Regula dicte Sancte, (2) intra Monasteria ab invicem separentur. Sed expedito suo ministerio, vel imminenti necessitati satisfacto per ipsos, exeant sine mora, et alias boni exempli semper materia ex eorum ingressu singulis prebeatur, non obstantibus capitulis Regularum Ordinis predictarum.

Ad Claras Aquas.

P. Zephyrinus Lazzeri, O. F. M.

(*a*) B sic: *Mattheus dilecto in Christo Visitatori* etc. — (*b*) B *minutores aut minutrices*. — (*c*) B *non possint*. — (*d*) B *iuxta*.

(1) Cfr. supra pag. 99 n. 1. (2) Cap. XVIII.

DOCUMENTA VARIA AD HISTORIAM CONV. CAMPI S. PETRI

SPECTANTIA

Anno 1231 S. Antonius, Patavinus dictus, praedicationibus Paduae deditus, cum « e vicino tempus messis instaret (1) » a concionibus cessavit. Mortem suam praesentiens « ad quemdam locum civitati [Paduae] vicinum, in quo Fratres habebant locum suum, qui Campus S. Petri dicitur, se transtulit (2) ». Mox, desiderio Sancti annuens, « vir quidam nobilis Tiso nomine,... qui et loci Fratrum dominium possedit » (3), eidem et duobus sociis in nuce quadam grandi et patula cellas « propriis manibus » paravit. Dum vero magis magisque Sancti Antonii invalesceret aegritudo, « ne Fratres illius locelli pauperes gravarentur, reduci Paduam se rogavit (4) ». Cumque iam oppido Paduae appropinquarent, consilio Fr. Vinoti (5), diverterunt cum Sancto ad « Cellam Fratrum.... qui divina dominabus Pauperibus S. Clarae ministrabant » (6). Ibique mortuus est S. Antonius. « Locellum Fratrum Minorum, quod ergo iam ante S. Antonii adventum (1231, circa medietatem, mensis maii) in campo S. Petri « ad decimum milliare » a Patavio exstiterat, etiam post tenuerunt Fratres.

Neque eius fundatio S. Antonio adscribi potest, ut vult Gonzaga (7). Pertinebat ad Provinciam Marchiae Tervisinae, seu S. Antonii; Custodiae vero Patavinae. Paucissima vero de huius conventus, a Waddingo (8) semel tantum commemorati, historia hucusque nota erant. Anno 1426, non vero 1423 (9), cum conventus « omnimodam minaretur ruinam, liberalissimis cuiusdam Gregorii Ioannis sumptibus reparatus atque ferme reaedificatus exstitit. Insuper et ex Summi Pontificis Martini V mandato dicto anno a Conventualibus Franciscanis Patribus, quibus suberat, ad eiusdem Instituti Observantes Provinciae S. Antonii translatus. A quo etiam tempore ab eorundem duodecim commode satis inhabitatur » (10).

---

(1) *Legenda I S. Antonii,* c. 15 n. 1 ed. L. de Kerval, *S. Antonii de Padua Vitae duae,* Paris 1904, p. 50. Cf. etiam *Legendam S. Antonii auct. Fr. Ioh. Rigaldi,* c. 9, ed. P. Ferdinand M. d'Araules O. F. M. *La Vie de St. Antoine de Padoue par Jean Rigauld,* Bordeaux et Brive 1899, p. 108. Cf. P. Nic. Dal-Gal, O. F. M. *Sant'Antonio di Padova,* Quaracchi 1907, 338 sqq.

(2) *Leg. Ioh. Rigaldi,* 108. Hodie dicitur *Campo Sampiero.*

(3) *Leg. Prima,* l. c. p. 51.

(4) *Leg. Rigaldi,* 108-10.

(5) *Leg. Prima,* c. 17 n. 8, p. 55 (Seu Ignotus?).

(6) *Leg. Rigaldi,* 110. *Leg. Prima,* l. c. 55.

(7) *De origine seraphicae religionis,* Prov. S. Ant. conv. XV, Venetiis 1603, 355.

(8) *Annales O. Min.* ad an. 1424 n. 10 (X², 88, cf. 84), qui notitiam suam ex Gongaga hausit.

(9) Uti vult Gonzaga (et Wadd.) l. c. Gonzaga falso Bullam infra publicandam, cuius initium dat, quamque in illius « loci archivis integram omnino » haberi dicit, anno 1424 tribuerat. Cf. infra p. 99.

(10) Sic Gonzaga, l. c. Eadem compendiata repetit Waddingus l. c.

Haec pauca hucusque apud Ordinis historiographos (1) dabatur invenire de Conventu Campi S. Petri.

Ecclesia vero antiquissima (2), cuius fundamenta in reaedificatione templi a. 1907 nuperrime ad lucem prodiere, primitus S. Ioanni Evangelistae dedicata, in renovatione dicti Conventus ampliata, postea forsan ex nova consecratione ab anno 1573 sub nomine S. Ioannis Baptistae appellari coepit. Successive pluribus circumcirca ornata capellis, uti expressum apparet in graphico exemplari saec. XVIII, ita remanserat, tempore quo a PP. Min. Obs. officiata fuit. At per Decretum Reipubl. Venetiarum a. 1769, praetextu defectus reddituum necessariorum ad perfectam conventualitatem servandam, cum pluribus aliis etiam aliorum Ordinum hoc quoque conventu suppresso, bona et onera ipsius Ecclesiae Conventui S. Francisci Patavii eiusdem Provinciae (vulgo *S. Francesco Grande*) primo adiudicata fuerunt. Tunc auri sacri fame invalescente, ad exemplum aliarum nobilium familiarum (ut loquitur Decretum d. d. 16. Dec. 1769), vetus nobilis Familia Com. de Campo S. Petri, sub titulo Iurispatronatus haereditario, quatenus descendens ab antenato Gregorio Ioannis fundatore Conventus S. Ioannis, adversus dictum Conventum Patavinum S. Francisci, contestando quod FF. Min. Observantes ex sua Regula bona stabilia possidendi erant incapaces, litem insinuavit; unde per Decretum d. d. 9 Oct. 1770, nedum Ecclesiae et Conventus Campi S. Petri, sed et per aliud Decretum a. 1772, etiam aliorum omnium bonorum eorumdem restitutio ad dictam nobilem Familiam iisdem Patribus facienda imposita fuit. Sed Conventus S. Francisci de Patavio per dictam suppressionem praegravatus tum numero, nempe 66 Religiosorum, tum plurium Missarum oneribus, contra dicta Decreta reclamavit, eo vel magis, quod producens aliam arborem genealogicam, dictos litigantes contestabatur non descendere ab antenato Gregorio Ioannis, quatenus constabat ipsum ad aliam prorsus familiam pertinuisse. Litigio finem posuit compositio quaedam a. 1778, qua PP. Min. Observantibus annuus L. 430 redditus attributus fuit, et Familiae Com. Campi S. Petri bona alia cum oneribus adnexis assignata sunt. Sed ad haec onera implenda Successores eiusdem Familiae ad arctam conditionem quantocius redacti, impotentes effecti, brevi Ecclesia sic deperiit, ut ab Episcopo altaria interdicta et a Gubernio Reipubl. Gallicae per Decretum d. d. 13 Dec. 1797 ad evitanda pericula fere tota Ecclesia vel eius maxima pars demolienda decerneretur, quod et factum est a. 1799, et relicta tantum modica et rustica Ecclesia, cum onere unius Missae diebus festis et die S. Ioannis Bapt. celebrandae.

Hae notitiae necessario praemittendae erant, ut ad fontem sequentium Documentorum deveniremus. Nam cum Minores Conventuales post saeculi unius desolationem, a. 1895 in possessionem dicti Conventus cum Ecclesia et Oratoriis ingressi sunt, non invenerunt nisi nudos parietes murosque collabescentes. Certe antiqui Monasterii documenta ad Conventum S. Francisci de Patavio translata, per suppressionem postea Na-

---

(1) Petr. Rodulphius Tossinian. O. M. Conv., *Historiarum seraph. relig. libri tres,* Venetiis 1586, fol. 299r, hunc conventum nominat tantummodo.

(2) De qua cfr. in Opusc. *La Nuova Chiesa dei Minori Conventuali in Camposampiero, dedicata al Taumaturgo S. Antonio e a S. Giovanni Battista. Numero unico,* Padova, Tip. Messaggiero di S. Ant. 1907, articulum meum « *Chiesa ed Oratori Francescani a Camposampiero* » p. 25 sgg.

poleonicam utriusque Archivi monumenta dispersionem subiere. Ast apud quamdam familiam saecularem inventum est volumen singulare — mill. 308×208 — octo opusculis simul unitis constans, editum vero occasione supradictae litis, a. 1778-99. En eius summa per fasciculos:

Fasc. I. *Prove dell' Albore della Famiglia dei Signori Conti da Camposampiero di Padova che porta per Stemma gentilizio un Leone d'oro eretto in campo azzurro.* — Padova 1778, pp. 186. Stampa A.

» II. Stampa B. — *Documenta Familiae Callegari, dicti a Campo S. Petri ratione originis loci, non vero descendentiae a Familia Comitiali Campi S. Petri.* pp. 16.

» III, *Documenta ad probandum quod bona nequeunt pertinere ad Fratres Minores.* pp. 134, cum tribus tabulis arborum genealogicarum.

» IV. Manuscriptum = *Informazione, di pugno del C.te Tiso Camposampiero ai NN. HH. Mediatori.* pp. 126 cum tribus tabulis arbor. genealog., quo comprehenduntur omnes rationes quibus Familia C. S. P. defendit ius suum.

» V. Stampa I. *dei RR. PP. di S. Francesco Grande contro Camposampiero.* pp. 98.

» VI. Stampa II. Idem. pp. 220. cum duabus tabulis arbor. genealog.

» VII. *Stampa relativa ai fondi del soppresso Convento ed al loro possesso tra le diverse famiglie Camposampiero.* pp. 26 (seu potius Defensio contra Cives C. S. P. pro demolitione Ecclesiae).

» VIII. *Stampa relativa alla Cont.ssa Maria Melchiori Tutrice e Sig.ri Coo. Alvise e Ferdinando Camposampiero assuntori di Giudizio.* pp. 75, col *Decreto di Soppressione di Napoleone I d. d. 25 Aprile 1810, e relativo estratto del Decreto 8 Giugno 1805.*

Ex hoc ergo Volumine, mihi a D.no Iosepho Equite Callegari de Campo S. Petri benigne commodato, aliqua inedita documenta excerpere et infra vulgare operae pretium esse duxi, quibus dictus Conventus nova luce illustratur, et praesertim tum quoad novam fundationem seu commutationem (Doc. I, II, III), tum quoad bona, quae cum speciali Summi Pontificis licentia possidebant, quippe qui secus vitam inibi agere nequissent (Doc. VI). Dux quoque Venetiarum Fratres in bonorum possessione, eo libentius confirmavit (Doc. IV), quo terras palustres 'coluerant et domesticaverant' (Doc. cit.); alias quoque quaedam bona cum aliis permutari permisit (Doc. V). Bona autem possessa, ob infidelitatem administratorum, plures vexationes causarunt (Doc. XVII).

I.

Sequens Bulla pluries in volumine citata, vel ex parte et bis ex integro reproducta (Fasc. V, p. II et Fasc. VI, p. 2), si ex parte Conventus citetur, ponitur sub anno 1423; si vero ab aliis (uti ex Salomoni, *Inscriptiones agri Patav.*, Patavii 1696, p. 244, et ab adversariis) adscribitur a. 1424; sed reipsa apponenda a. 1425, uti relata est in *Bullar. Franc.*, VII, Romae 1904, p. 637 ad num 1671, quia sic respondet anno VIII Pontificatus Martini V, nisi corrigendus hic postremus num. esset, sed nulla rationabili causa. Quia vero in dicto *Bullar. Francisc.* nec integre reportatur, nec perfecte nostro exemplari respondet, eam sicut in nostro invenitur Volumine, a mendis tamen purgatam, reproducimus.

1425, 20 Sept. — *Martinus V, Capellam S. Ioannis prope castrum Campi S. Petri [Camposampiero], dioec. Tervisin., ubi S. Antonius de Padua ord. Min., dum ageret in humanis, dignam et Deo acceptam poenitentiam peregisse recensetur, visitantibus indulgentias largitur.*

Martinus Episcopus servus servorum Dei, universis Christi fidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Licet is (1), de cuius munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de abundantia suae pietatis, quae merita supplicum excedit et vota, bene servientibus sibi multo maiora tribuat quam valeant promereri; nihilominus tamen, desiderantes Domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei, quasi quibusdam allectationis (2) muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur Divinae gratiae (3) aptiores. Cum itaque, sicut accepimus, Ecclesia Sancti Ioannis prope Castrum Campi Sancti Petri, Tarvisinae Dioecesis, quae licet campestris, ex eo praesertim quod inibi gloriosus Confessor Sanctus Antonius de Padua dum ageret in humanis dignam et Deo acceptam de se ipso poenitentiam peregisse recensetur, sub ingenti devotione et reverentia a circumstantibus populis veneratur, prae nimia (4) vetustate in suis structuris et aedificiis adeo collapsa et ruinosa existit, quod nisi Christi suffragiis Fidelium (5) reparetur, quin eius facultates nec non etiam grata charitatis subsidia, quae dilectus filius nobilis vir Gregorius Ioannis de Campo Sancti Petri, Domicellus Paduanus, zelo devotionis accensus de bonis sibi a Deo collatis erogare proponit, ad id minime suppetunt, vehementer de illius perpetuae desolationis periculo formidatur; Nos (6) cupientes, ut Ecclesia ipsa debite reparetur et conservetur ac etiam congruis honoribus frequentetur, et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eamdem et ad ipsius reparationem et conservationem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono caelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus, et confessis, qui in die Dominica, Festum eiusdem Confessoris immediate sequenti, Ecclesiam praedictam devote visitaverint annuatim, et ad eius reparationem et conservationem eiusmodi manus porrexerint adiutrices unum annum, et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias dictam Ecclesiam visitantibus, vel ad eius fabricam sive huiusmodi reparationem et consummationem (7) manus adiutrices porrigentibus, aut alias inibi pias eleemosynas erogantibus, sive alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per Nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius existant roboris vel momenti. — Datum Romae apud Sanctos Apostolos XII Kal. Octobris Pontificatus nostri anno octavo. (1425, 20 Sept.).

(1) In *Bull. Fr.* desunt sequentia usque ad verbum «aptiores» in 10ª lin.
(2) In fasc. V est *axevionis:* in fasc. VI vero *allectionis.*
(3) In utroque desunt verba: *Divinae gratiae,* errore evidenti.
(4) In *Bull. Fr.* est *primaeva* loco prae nimia, uti est in utroque nostro.
(5) In *Bull. Fr.* est melius *Christifidelium suffragiis.*
(6) Sequentia verba usque ad verbum *confisi* desunt in *Bull. Fr.*
(7) In *Bull. Fr.* est *conservationem.*

II.

Sequens Bulla quae deest in citato volumine *Bull. Franc.* ex integro tribus repetitur vicibus (fasc. III, p. 14; fasc. V, p. 13 et fasc. VI, p. 4), et bis ex parte producta est (fasc. I, p. 69; fasc. III, p. 106) assignata semper ad a. 1424: bis tamen a Potestate iudiciaria citata (fasc. III, p. 73 et fasc. VIII, p. 15) ponitur ad a. 1426, et hoc recte ex eadem ratione allata pro praecedenti Bulla. Ad primam integram relationem sic praemittitur:

Copia tratta dal libro segnato B. delle Scritture del Vener. Monastero di S. Gio. Battista di Campo S. Piero de' Padri Minori Osservanti di S. Francesco esistente nell'Archivio di detto Monastero a. c. 1 e 2 di detto libro.

1426, 7 Febr. — *Martinus papa V mandat Episcopo Tarvisino, ut Conventum collapsum Campi S. Petri, a Gregorio Ioannis reaedificandum, Fratribus Observ. « Provinciae Lombardiae » concedat.*

Martinus Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Tarvisino salutem et apostolicam benedictionem. Piis supplicum votis, illis praesertim, quae religionis propagationem et divini cultus augmentum respiciunt, libenter annuimus, atque favoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Gregorii Ioannis de Campo Sancti Petri, Domicelli Paduani, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse ad Ordinem Fratrum Minorum eiusque professores singularem gerens devotionis affectum, ac per illos suos in coelestibus cupiens deportare thesauros, Ecclesiam Sancti Ioannis prope Castrum Campi S. Petri, Tarvisinae Dioecesis, quae sine cura et in loco campestri sita est et in qua, sicut asserit, Beatus Antonius, dicti Ordinis Professor, dum viveret, poenitentiam peregit, cum domibus et aedifitiis suis, quae collapsae existunt, aliisque officinis necessariis pro usu et habitatione unius Guardiani et aliquorum Fratrum de Observantia dicti Ordinis inibi unitim Domino conventualiter serviturorum, de bonis sibi desuper creditis reparare et conservare (1), sive reparari et construi facere desideret, si ipsa Ecclesia cum domibus et pertinentiis suis dilectis filiis Ministro Provinciae Lombardiae et Fratribus dicti Ordinis per Sedem Apostolicam concedatur. Quare pro parte dicti Gregorii Nobis fuit humiliter supplicatum, ut eius desiderio huiusmodi grato concurrentes assensu, Ministro et Fratribus praedictis Ecclesiam ipsam cum iuribus et pertinentiis supradictis concedere benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui religionem et cultum eiusdem nostris potissime temporibus vigere et adaugeri intensis desideriis affectamus, ac tam pium ipsius Gregorii intentionis propositum paternis non immerito prosequentes affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, de qua in his et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus eisdem Ministro et Fratribus Ecclesiam cum domibus et pertinentiis huiusmodi, si et postquam dictus Gregorius illas reparari et costrui fecerit, ut praefertur, aut pro reparatione Ecclesiae et constructione domorum praedictarum pro huiusmodi usu et habitatione sufficientes facultates assignaverit, Ministro et Fratribus praedictis auctoritate Nostra concedas.

(1) Alibi — *construere*.

Nos, si praesentem concessionem fieri contingat, eidem Ministro et Fratribus praedictis Ecclesiae domorum et habitationum iuriumque et pertinentiarum praedictorum possessionem apprehendi, et in illis perpetuo morandi, cuiuscumque alterius super hoc licentia minime requisita, auctoritate Apostolica elargimur, et nihilominus universis et singulis Fratribus dicti Ordinis, quos apud eamdem Ecclesiam pro tempore morari sive residere contigerit, ut privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus quibuslibet praefato Ordini illiusque domibus et personis, et facultatibus per Sedem Apostolicam, et alias quomodolibet generaliter concessis uti et gaudere libere et licite valeant, eadem auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus; non obstantibus piae memoriae Bonifacii PP. VIII, praedecessoris nostri, prohibitionibus, ne Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua civitate, castro, villa aut loco quocumque domos vel loca quaecumque de novo recipere, vel recepta mutare praesumant, absque Sedis Apostolicae licentia speciali, faciente plenam et expressam de huiusmodi mentionem, et aliis constitutionibus apostolicis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, iure tamen Parochialis Ecclesiae et alterius cuiuslibet in omnibus semper salvis. — Datum Romae apud SS. Apostolos VII Idus Februarii, Pontificatus nostri anno nono (7 Febr. 1426) (1).

III.

1426, 28 Decemb. — *Ioh. Benedictus, episcopus Tarvisinus, concedit Gregorio Ioannis, ut in ecclesia dicti conventus, suis sumptibus reparandi, per Fratres Min. Observ. Missas et alia officia celebrari possint* (2).

Ioannes Benedictus, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Tarvisinus, dilecto nobis in Christo prudenti viro Gregorio quondam Ioannis de Campo Sancti Petri salutem in Domino. — Exposita quidem Nobis pro parte tua petitio continebat, quod Ecclesia campestris Sancti Ioannis prope Campum Sancti Petri, nostrae Tarvisinae Dioecesis et Paduani Districtus, prae nimia vetustate in suis structuris et aedificiis adeo collapsa et ruinae redacta existit, quod nisi de reparatione aliqua provideatur circa illam, desolationi perpetuae parata est subiacere, et quod tu ex solo devotionis affectu proposuisti, inspirante Domino, ecclesiam ipsam et domos ac aedificia eiusdem iuxta possibilitatem tuam reaedificare et reparare, ut

---

(1) Constructiones, de quibus hic loquitur, effectum obtinuerunt circa a. 1431, ut argui potest ex Inscriptione iamdudum posita super templi ostio, ut refert Salomonius (l. c. p. 245):

HOC OPVS FIERI FECIT SER GREGORIVS DE CAMPO SANCTI PETRI ANNO D. MCCCCXXXI · DIE XIII IVLII

quam Inscriptionem et ego pluries legi, antequam in demolitione illius iam cadentis Ecclesiae a. 1907 removeretur. Sequitur inibi Salomonius: « Non longe ab Ecclesia exstat aedicula S. Antonii, quae An. MCDXXXII ab eodem Gregorio C. S. P. erecta fuit eo loco, quo sata erat illa nux, super qua D. Ant. a Padua finitimis populis verbum Dei enuntiabat ». Hoc Oratorium terna vice ampliatum et pulchre ornatum magnam populorum venerationem obtinet.

(2) Ex integro relata invenitur terna vice, scilicet fasc. III, p. 17; fasc. V, p. 16; fasc. VI, p. 6. Ioannes III hoc nomine in Serie Episc. Tervisin. de familia Benedetti, Venetus, Ord. Praedicatorum, Tervisinam Dioecesim ab a. 1418 ad a. 1437 (mortuus 10 April.) rexit.

Ecclesia ipsa, potiori pro tempore venustata magnificentia, a Christi fidelibus frequentetur, illorumque erga eam iugiter devotionis veniat incrementum, ac laudes Domino multipliciter offerantur, supplicans nobis humiliter, ut tibi in supradicta Ecclesia, in qua Beatus Antonius, confessor Ordinis Fratrum Minorum, poenitentiam suam peregit, per Fratres Minores de Observantia Missas et alia Divina Officia celebrari facere possis, de gratia speciali concedere dignaremur. Nos igitur Divini cultus augmentum intensis desideriis affectantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ut Ecclesiam ipsam Sancti Ioannis nec non Domos et alia aedificia eiusdem reparare et reaedificare, et cum reparata et reaedificata fuerint, inibi per Fratres Minores de Observantia Missas et alia Divina Officia celebrari facere possis et valeas, tenore praesentium misericorditer indulgemus. Te autem in testimonium et recognitionem praesentis concessionis libram unam incensi, quolibet Festo Natalitio Episcopatui nostro in Civitate Tarvisii volumus soluturum. In quorum fidem et testimonium praesentes fieri iussimus, et nostri Pontificalis Sigilli fecimus impressione muniri. — Datum et actum Tarvisii in Episcopali nostro Palatio die vigesimo octavo Mensis Decembris 1426, Indictione quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri, Domini Martini, Divina Providentia Papae V, anno nono; praesentibus egregiis Doctoribus, Dominis Ludovico a Tovaleis, Petro de Getto et Guidone de Zano, civibus Tarvisinis, testibus in praedictis vocatis et rogatis.

Ioannes Donatus de Corona, praefati Dom. Episcopi
Tarvisini Cancell., de cuius mandato rogatusque scripsi.

Ego Vanonus quondam Filippi de Plazonibus Not. Pub. Piergelii, ac Rever. D.D. Nicolai Franchi, Apostolici Legati de Latere, Episcopi Tarvisini negotiator, ad aeternam rei memoriam suprascriptam concessionem ex quadam Imbreviatura suprascripta Io: Donati fideliter extraxi et accopiavi, prout iacet, et ad confirmationem me subscripsi.

Praesens exemplum ex Libro Phaeudorum Episcopatus Tarvisini inscripto de Anno 1554, de Pagina 113, existente in Archivio Cancell. Episcopalis fideliter desumpsit, atque in fidem subscripsit hac die 22 Mensis Augusti 1769:

Io: BAPTISTA DE RUBEIS S. Th. D.
Cancell. Episcopalis.

Quoad stabilium possessionem bonorum, de quibus in sequentibus continua erit relatio, Ecclesia S. Ioannis iam ante adventum s. Antonii vineas perceperat possidendas, sicut ex Gherardini Com. Campi S. Petri Testamento desumitur relato a Verci (1); ipse hoc testamentum reponit ad a. 1190, sed ego (l. c.) iam insinuavi valde anterioris esse temporis.

Post discessum ab hoc Conventu FF. Min. Conventualium ex sola causa instantium continenter inter varios Castri Campi S. Petri usurpatores bellorum et devastationum (fasc. IV, p. 6), Ecclesia adhuc redditus percipiebat, de quibus una superest notitia, in divisione scilicet bonorum inter fratres Liberalem et Gregorium q. Ioannis de Campo

(1) *Storia degli Ecelini,* Bassano 1779, tom. III, p. 101, Doc. LIII.

S. Petri facta die 20 oct. 1414, his verbis ad § 6: « *Item duo Sedimina cum una domo de lignamine cooperta de paleis medii campi vel circa terrae simul se tenentia in dicto Burgo* (Campi s. Petri) *cum suis cohaerentiis, de quibus redduntur iure livelli Ecclesiae S. Ioannis Evangelistae de Campo S. Petri annuatim solidi quinquaginta duo parvorum* » (fasc. III, p. 8; fasc. V, p. 4; fasc. VI, p. 128).

De dotatione vero a Gregorio q. Ioannis de Campo S. Petri in favorem Ecclesiae et Conventus FF. Min. Observ. sic loquitur Portenari (1): « Lontano da Padova dieci miglia.... è Camposampiero castello munito di rocca, circondato di muraglie, argini e fossa, già sotto il dominio della nobilissima casa da Camposampiero, che fu anco signora di Treville, Campreto e Castelfonte. Appresso questo castello era la noce, sopra la quale S. Antonio Portughese detto da Padova predicava alli popoli di quei contorni, dove poi Gregorio Camposampiero nell'anno 1434 edificò una chiesa e un monastero dedicato a S. Giovanni, dotandolo di più di mille ducati di entrata, e donandolo alli Minori osservanti ». Eadem exprimuntur in variis arboribus genealogicis familiae Campi S. Petri ad litteram L sub nomine Gregorii q. Ioannis q. Gulielmi: « Edificò la Chiesa e Monastero di S. Gio. Battista di Camposampiero, lo consegnò alli PP. Min. Osservanti di S. Francesco, assieme con più di Ducati mille di annua rendita ».

IV.

Subiicimus quatuor Ducales Venetas, ordine temporum, quo emanatae fuerunt. Haec prima quae sequitur, ter per extensum reportata est, scilicet fasc. III, p. 108; fasc. V, p. 18; fasc. VI, p. 8.

1435, 13 Iunii. — *Franciscus Foscari, Venetiarum Dux, Fratribus dicti conventus permittit possessionem perpetuam aliquarum terrarum prativarum, quas, a Francisco Soro presbytero sibi datas, coluerunt et siccaverunt.*

Franciscus Foscari, Dux Venetiarum. Nobilibus et Sapientibus viris Georgio Michael de suo mandato Potestati Campi sancti Petri et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. — Placuit nobis, mediis per vos servatis in significando nobis, factum illius Monasterioli S. Ioannis Evangelistae apud quandam Ecclesiam, alias in Paludibus constitutam, de illorum fidelium devotorum elemosinis et contributionibus fabricari. Nam gratum habemus et placitum, quod honesti et iusti favores Ecclesiis et Monasteriis impendantur, et propterea, considerato quod, sicut scribitis, Venerabilis olim Praesbyter Franciscus Soro (2) sponte et ex mera devotione dedit quasdam Terras prativas, de quibus agitis mentionem in vestris Litteris, quas ipsi Fratres coluerunt et domesticaverunt, ac super ipsis foderunt taliter, quod aquae palustres discurrunt; placet nobis et volumus, quod tam pro bono statu et augmento Monasterii et Ecclesiae suprascriptis cum donatione Fratrum Observantiae B. Francisci, qui habitant ipsum locum, [quam pro] complacentia insuper illorum Fidelium nostrorum, deinde quid magnam

---

(1) *Della felicità di Padova*, Padova 1623, libr. II, Cap. X, p. 70-71.
(2) In alio exemplari est — Loro; sed pluries in Volum. est Soro.

de ipsis habent opinionem (1) et amplam fidem, debeatis assistere favoribus vestris, quod dictae Terrae remaneant ipsis Monasterio et Ecclesiae, non obstante quod nunc aut in futurum quaerantur per quempiam quovis titulo vindicari; nam intentio nostra est, quod omnino debeant eidem Monasterio, seu Ecclesiae remanere in subsidium Fratrum Observantiae praedictorum, consideratis omnibus suprascriptis. — Datum in nostro ducali palatio 17 (2) Iunii, indictione XIII, anno 1435.

V.

Sequens Ducalis semel integra (fasc. III, p. 110), et alia vice tantum citata (fasc. IV, p. 16) transcripta fuit a Vicario Conventus S. Francisci Patavini, uti referam ad IX Documentum.,

1435, 11 Octob. — *Franciscus Foscari, Venetiarum dux, concedit Fratr. Min. Campi S. Petri facultatem permutandi quasdam terras conventus cum aliis penes dictum conventum.*

Franciscus Foscari, Dei Gratia Dux Venetiarum etc. — Denotamus vobis, quod intellecta devota supplicatione Fratrum Monasterii Sancti Francisci Ordinis Minorum de Campo Sancti Petri, et audita provisione, consilio Nostro concessimus ipsis Fratribus, cum praeconsilio Rogatorum, quod facere possint cambium sive permutationem de aliquibus terris sive possesionibus dicti Monasterii, cum aliis possessionibus et terris positis penes ipsum suum Monasterium, per quas transire coguntur pro habendo aditum et reditum ad ipsum suum Monasterium, sicut humiliter implorarunt, servatis aliis solemniter, quae reperiuntur in hoc. Datum in Nostro Ducali Palatio die 11 Mensis Octobris 1435.

VI.

Praedicta Ducalis effectum sortita est in notarili permutationis contractu, stipulato inter Fr. Bernardum, forsan Guardianum Conventus, et Nob. familiam Quirini, die 6 Dec. 1435; quod instrumentum, interiectis aliquibus lacunis verbo — omissis — indicatis, relatum est duobus in locis videlicet fasc. V, p. 20 et VI, p. 9. Deest Notarii nomen. En eius exemplar:

Permuta con Cà Quirini — 1435, 6 Decemb.

....Ibique certum est per Monasterium et Ecclesiam Beati S. Ioannis Evangelistae de Campo S. Petri noviter constructum et aedificatum in pertinentiis Campi S. Petri part. districtus a dicta Terra Campi S. Petri versus septentrionem, non habens nec colligens fructus, redditus et proventus pro substentatione victus et vestitus Fratrum conventus dicti monasterii, nisi provideretur eidem conventui cives et Tigenas (3) dictae... de charitativo subsidio et eleemosynis, et nisi provideretur aliquo opportuno remedio circa fabricam, reparationem et constructionem dicti monasterii desolatum in totum remaneret, et ideo quod circa fabricam factum esset frustra aedificatum foret. Et propter hoc ne tale devotissimum monasterium destituatur in totum pro parte Fratrum et conven-

(1) Sic in omnibus; forsan corrigendum « quia magnam de ipsis habemus opinionem ». (2) In duobus est 17, in tertio exemplari vero est 18.
(3) Puto corrigendum = per cives et Terrigenas dictae Terrae.

tus dicti Monasterii vigente dicta causa vendendi vel alienandi seu permutandi de bonis mobilibus dicti monasterii, tantum dicti Conventus utilibus huius monasterii etc.....

Supplicatum fuit Nostro Ducali Dominio Venet. quod dicti fratres et conventus possit et valeat pro bono, comoditate et amplificatione dicti monasterii et fratrum in eo comorantium facere concambium et permutationem de aliquibus bonis dicti monasterii cum aliquibus aliis possessionibus et terris prope dictum monasterium positis et iacentibus, quibus fratres dicti Monasterii transire, ire et redire coguntur. Et propterea facta nostra Ser. Duc. Dominat. Venet. attenta (ad?) devotam supplicationem Fratrum praedictorum ex conventus dicti monasterii devotis eorum supplicationibus cognoscens, diligenti et nunc superinde habito et facto (examine?) ipsam permutationem dicto conventui necessario et utiliter expedire, cum per sui litteras liberaliter concesserit, ut ex litteris Ducalibus Bulla plumbea ad cordulam canapi pendente (patet?), conventibus (conventionibus?) et pactis in fine praesentis instrumenti descriptis et annotatis, et ad id exemplum pluries et pluries congregatum (capitulum?) tractaverit et finaliter deliberaverit permutationem et partim venditionem dierum infrascriptorum fieri, de quarum permutatione et partim venditione et partim addito pretio, possit reparationi, commoditati et utilitati providere. Itaque congregato more solito Capitulo dicti conventus et monasterii in dicto claustro sono campanae praecedente — omissis — Pro se ipsis et eis succedentibus vice et nomine dictae Ecclesiae, monasterii et conventus, de tenuta et possessione dictae Ecclesiae et monasterii pro parte dederunt, vendiderunt et tradiderunt, et pro parte permutaverunt Sp. et Nob. Viro D. Io.: Quirino habitatori et praes. incolae Campi S. Petri ibi praesenti pro parte ementi et pro parte in concambium recipienti et acceptanti pro se et suis haeredibus et successoribus stipulanti etc. (et pro parte?) spectabilissimi viri D. Michaeli(s) Quirino infrascriptas res et bona dicti monasterii. Et primo vid. unum sedimen plantatum vitibus et arboribus cum una domo cooperta a paleis, coperta (?) desolata et ruinata, cum cortivo et toto suo circuitu, cuius domus reparatio et reformatio pertinent ad Vendraminum de Campo S. Petri factorem praesentem et iacentem (?) in Burgo S. Petri iuxta domos habitationis supradicti D. Ioannis; cuius hi dicuntur confines: a duabus partibus iura praenominati D. Ioannis, ab alia parte apud viam, qua itur Paduam mediante alveo seu buco aquae labentis ad secam (1) et ab alia parte apud aquam Lusorii, et est exstensione trium quartorum terrae (2) vel circa, salvo pluri vel minori (mensura?); quae tamen domus praedicta est in libertate dicti Vendramini; item unam petiam terrae prativae extensione unius campi (2) vel circa, positam in territorio dicto C. S. P. in loco vocato... cuius hi dicuntur confines: ab una parte iura ante dicti D. Io., ab alia iura S. Liberalis de Campo S. Petri, ab alia parte est ager (agger) aquae, et ab alia parte est aqua Lusorii; item unam petiam exstensione camporum duorum vel circa, positam in dicto territorio in loco vocato... cuius hi dicuntur confines: ab una parte apud

(1) *Seca* est nomen viae vel vici.

(2) *Campus Paduanus* est mensura superficiei respondens metr. quadr. 3860 subdivisa in quatuor quartos vel quartarios, qui singuli pariter subdividuntur in 210 tabulas.

iura antelati D. Io. ab alia parte apud iura D. Antonii Borromaeo de Padua; ab alia parte apud iura Bartholomaei Casalini de Padua, et ab alia parte est ager (agger) praedictus; item unam aliam petiam terrae prativae extensione unius quarterii campi vel circa, positam in dicto territorio in loco vocato... cuius hi dicuntur confines: a duabus partibus apud aquam Mussoni, et ab aliis duabus partibus apud iura haeredum qu. D. Angeli Michael. de Venetiis, et forte apud alios: quod sedimen et quas petias terrae prativae cum omnibus iuribus et iurisdictionibus suis quibuscumque dictum monasterium et conventus visus fuit habere et tenere huc usque etc. quae quidem petiae terrae et sedimen pro evidenti cautela, mandato Illustr. D. Potestatis de voluntate dictarum partium diligenter, bona fide, et sine fraude existimatae fuerunt eorum debito sacramento per prudentes viros Sac. Zatta de Savreia Notarium Terrigenarum et civem Campi S. Petri et per Io.: Bello existimatores ad hoc deputatos et electos libras centum octoginta parvorum bonae et usualis monetae, ut ipsimet existimatores mihi Notario et Canc.... retulerunt existimasse. — Omissis — Et hoc ideo etc. quia praefatus D. Ioannes Quirinus per se et suos haeredes et successores iure directi dominii et proprietatis de die tradidit et permutavit praedicto conventui dict. fratrum, et ipsis fratribus pro se ipsis et eorum successoribus stipulantibus, acceptantibus et recipientibus et in concambium dedit eisdem infrascriptas alias(?) petias terrae etc.: primo videlicet unam petiam terrae partim paludivae extensione duorum camporum vel circa vel salvo pluri vel minori, positam et iacentem in territorio Campi S. Petri iuxta dictum monasterium S. Io.; cuius hi dicuntur confines: ab una parte apud viam publicam et ab aliis duabus apud iura dicti monasterii, et unam aliam petiam terrae partim prativae et partim paludivae extensione duorum camporum vel circa, salvo pluri vel minori, positam et iacentem in dicto territorio apud dictum monasterium, cuius hi dicuntur confines ab omnibus partibus apud iura dicti monasterii, et forte apud alios; quas duas petias terrae prativae et paludivae praefatus D. Io: visus fuit habere, tenere et possidere hucusque cum omnibus suis iuribus et iurisdictionibus quibuscumque; quae duae petiae terrae comuni concordia dictarum partium, mandato suprascripti D. Pot. existimatae fuerunt per suprascriptos existimatores eorumque sacramento, bona fide, et sine fraude diligentiis per meditationem et ex animo habentes inter eos scil. libras centum parvorum; qua de re praefatus D. Io.: dare restat Conventui praedicto Fratrum libras octoginta parvorum; quos denarios nomine additionis et meliorationis dictarum terrarum partim permutatarum et partim venditarum praefato Domino Ioanni. — Idem D. Ioannes Quirino — omissis — convenit et promisit dare, solvere et numerare praefato D. Fratri Bernardo stipulanti et recipienti vice et nomine dicti sui conventus et monasterii, vel successoribus suis distribuendos et dispensandos in fabrica et reparatione Ecclesiae dicti monasterii in duobus infrascriptis terminis, videlicet libras quadraginta parvorum usque ad primam diem mensis Septembris prox. futuri, et alias libras quadraginta parvorum usque ad aliam primam diem dicti debiti solemni stipulatione promissam, et hoc nomine meliorationis et additionis suprascriptae, taliter quod praedicti Fratres et conventus dicti monasterii et eorum successores de coetero in perpetuum semper habeant, teneant et quiete possideant. — omissis —

VII.

Sequens Ducalis duobus invenitur locis, scilicet fasc. V, p. 26 et VI, p. 13.

1471, 26 Iun. — *Christophorus Mauro, Venetiarum Dux, concedit Fratr. Min. Campi S. Petri facultatem secandi herbas per octoginta campos dicti territorii annis quinque et ex earum proventu reparare conventum.*

Christophorus Mauro, Dei gratia Dux Venetiarum, etc. Nob. et Sap. V. Thomae Viaro de suo mandato Potestati Campi S. Petri et Successoribus suis dilectis salutem et dilectionis affectum. — Audita supplicatione venerabilium Religiosorum Fratrum S. Ioannis Evangelistae Ordinis S. Francisci de Observantia ipsius nostri loci Campi S. Petri, petentium quod cum monasterium suum sit pauperrimum (et) indigeat maxime reparatione, nedum reparandi cum (non?) habeant modum propter pauperiem et modicas eleemosynas quas habet, sed nec victum quidem sibi ex diurnis eleemosynis perquirere possunt, et habeamus nemora quaedam et prata in territorio ipso, dignaremur concedere, quod possint secare prata et habere herbas, quarum proventum possint in reparationem sui monasterii convertere. Et visa responsione vestra, qua dicitis videre voluisse loca, quae ipsi venerabiles Fratres petunt, inter quae sunt campi octoginta qui eis concedi possunt; et sic suadetis per quinque aut quatuor annos; deliberavimus ipsis pauperibus Fratribus concedere quod possint in illis octoginta campis terrarum, quos nominatis in responsione vestra, singulis annis per quinque annos futuros secare facere herbas, et earum in proventum sui monasterii reparationem et cultum convertere, hac tamen conditione, quod aut plantent arbores post primam collectam herbarum, aut seminari faciant glandes, ut fiant nemora, sicut vos consiliastis et ipsi humiliter supplicaverunt. Quam nostram concessionem mandamus vobis ut observetis et observari faciatis (1).

Datum in nostro Ducali Palatio die 26 Iunii, Ind. 4, 1471.

A tergo: Nobilibus et Sap. V. Thomae Viaro Potestati Campi S. Petri et successoribus suis etc.

VIII.

Sequens Ducalis bis reportatur, fasc. III, p. 111, et VI, p. 14.

1541, 4 Dec. — *Petrus Lando, Venetiarum Dux, iubet congrue teneri separatim administrationem bonorum Conventus FF. MM. prout in fundatione ordinata sunt.*

Petrus Lando, Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobili et Sapienti Viro Andreae Mocenigo Doctori, de suo mandato Pot. Paduae fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. — Ad istanza de Vener. Padri

(1) Haec summa pauperies circa victum et habitationem quomodo conciliatur cum bonis relictis recentique a Gregorio Ioannis de C. S. P. constructo Monasterio? Forsan ex permagno qui tunc temporis erat Fratrum Min. Obs. numero, ad alendum et continendum insufficiens facta erat illa fundatio « pro usu et habitatione unius Guardiani et aliquorum Fratrum » ut exprimitur superius in Doc. II.

dell'Ordine di S. Francesco d'Osservanza; quali hanno un loro monastero nel luogo nostro di Camposampiero sotto il titolo di S. Giambattista, Vi scrivessimo sotto il dì ultimo del mese di Ottobre prossimamente passato, che sopra il legato fatto alla fabbrica del detto Monastero per uno qu. S. Gregorio di Zuanne, e circa la debita osservanza della volontà di quel Testatore dovesse administrare la debita giustizia; e perchè sono molti altri beni lasciati alla fabbrica predetta li quali in confuso insieme colli predetti si amministrano, nè si possono vedere le ragioni separatamente di cadauna sorte de beni; per la qual cosa l'ordine nostro predetto non può avere la sua debita esecuzione, siccome per essi Padri ne è stato affirmato e ne par verisimile. Però vi commettemo, che sopra tutti i beni quomodocumque, qualitercumque et quandocumque lassati e deputati alla fabbrica del Monastero predetto dobbiate amministrar servatis servandis la debita giustizia, provedendo che siino bene administrati, e che le pietose volontà di quelli, che li hanno lassati sieno mandate ad esecuzione com'è il dovere et desiderio nostro: nel che siamo certi, che per la bontà vostra non mancherete.

Dato in Nostro Ducali Palatio die 4 Decembris, Ind. XV, 1541.

IX.

Quoad authenticitatem praedictorum iuvat referre sequentem *responsionem*, fasc. III, p. 106-12.

1770, 5 Aprile. — In esecuzione di ven. lettera dell'Illustr. et Eccell. Aggionto consegnata a me infrascritto in assenza del P. Guardiano, ho usata tutta la diligenza in scorrere tutte le carte, che sono del Convento soppresso di S. Gio. Battista di Campo S. Piero per gli effetti come nella medesima. — Non si trovano carte autentiche, con cui si possano comprovare l'identità dei beni lasciati al suddetto convento in diversi tempi e da diversi benefattori. — In prova di ciò s'umilia la copia d'un Breve di Martino V. e delle Ducali emanate in diversi tempi, in cui scorgesi, che fino d'allora eransi confusi i beni per la fabbrica della Chiesa e Convento lasciati con quelli che erano stati lasciati con l'obbligo delle Messe, che non ne seppero fare la divisione.... [Sequuntur Documenta suprascripta ad N. II, IV, V, VIII].

Questo è quanto si è potuto rilevare dalle carte e libri, che si trovano presentemente, essendo smarriti o per la lunghezza del tempo o per trascuratezza i veri Originali, tanto più che li beni del Convento (1) e da dodici deputati del Paese, come rilevasi dall'annessa carta (2), essendo in detti tempi seguiti e intacchi e vendite.

Dal Convento di S. Francesco Grande di Padova, adi 5 Aprile 1770.

L. S. S. F. Io Fra GIUSEPPE DI PADOVA
Vicario in assenza del P. Guardiano.

Tratta da altra simile esistente nell'Officio dell'Ecc. Aggionto Sopra Monasteri.

OTTAVIO VINCENTI FOSCARINI, *Segr.*

---

(1) Hic evidenter desunt ex incuria Typographi plura necessaria verba.

(2) Sequitur tantum sequens Documentum Missarum, quod credo utile referre.

X.

Tabula Legatorum Conventus FF. Min. Campi S. Petri.
Messe dodeci annue per gli avvanzi de' Legati secondo la Riduzione fatta da Benedetto XIV. Nu. 12.
Onera perpetua Missarum celebrandarum Ecclesiae S. Io.: Baptistae C. S. P. iuxta Reductionem ultimo factam ab Illustr. et Excell. D. D. Nuntio Apostolico Venetiarum a SS. Dom. Nostro Papa Benedicto XIV, ad hoc specialiter delegato die 9 Iulii Anni 1748.

Messe.

Messe 36 da celebrarsi nei giorni di Sabbato all' Altare della Madona per li qu. qu. Pietro, Cattarina e Cassandra Zonco. Nu. *36.* — Antonio Palma Nu. *2.* — Antonio Priuli Nu. *199* a S. Antonio. — Baldassarre Marzemino N. *5.* — Bartolomea Dando Num. *58.* — Bernardino Zonco N. 7. Bonifacio Rizzi Nu. *6.* — Cecilia Milani Cecchini. Nu. *218.* X. — Cristoforo Calderati Nu. *18.* — Domenico di Paderno Nu. 7. — Francesco Cargno. Nu. *1.* — Francesco Priuli Nu. *120.* — Francesco Querini Nu. *21.* — Francesco Soro Nu. (?). — Gio: Antonio Gnovato Nu. *1.* — Giovanni Zambon Nu. 7. — Girolamo Michele Nu. *3.* — Giuseppe Zini Nu. *8.* — Gregorio C. S. P. Nu. *8.* — Gio: António Rosello Nu. *23.* — Mattio Rossi Nu *5.* — Marc' Antonio Gnovato Nu. *1.* — Marc' antonio Bernardo Nu. (?). — Minerva Zatta Nu. *1.* — Francesco Zonce Nu. *2.* — Orsola Celeghina Nu. *11.* — Pietro Caterina Cassandra Zonca Nu. *36.* nelli Sabbati. — Prosdocimo Rosello Nu. *24.* — Querina Querini Nu. *18.* — Sunto Seta Nu. 2. — Fioravante Roara Nu. (?). — Legato Anonimo Nu. (?). — Luca e Francesco Garbini Nu. *4.* — Antonio Zorzi Nu. 2. — Antonia Meritti-Mossa Nu. *61.* — Altre *14.* si celebrano a Piove di Sacco.

Anniversarii.

Per il dì di S. Antonio Abb. S. Cristoforo e S. Cattarina Nu. *3.* — N. N. Nu. *1.* — N. N. Nu. *1.* — Adì 7 di Febraro Nu. *1.* — Altri *due* Anonimi. N. N. Nu. *1.* — N. N. Nu. *1.* — N. N. Nu. *4.* tra l' Ottava de' Morti. — N. N. Il giorno di S. Francesco o nell' Ottava N. *1.* — Notturni da Morto Nu. *4.*

Sebastianus Antonius Ridesi I. U. D. qu. Natalis Mariae filius Pub. Ven. Au(c)t. Paduae Not. Suprascriptam tabelam ex alia consimili existente in Sacristia S. Jo: Baptistae C. S. Petri fideliter extraxit ac signavit ac subscripsit die 29 Iulii 1769, ad L. D. O. M.

Quam ampla haec Missarum reductio fuerit, facile desumi licet si ex. gr. tria inspiciantur legata, quorum in volumine nostro instrumenta inveniuntur; et ex quibus, omittens quae ad rem nostram non faciunt brevitatis causa, praecipua referam.

XI.

Ex *testamento Joannis de Zamboni* de die 10 Martii a. 1529 (fasc. V. p. 29 et fasc. VI, p. 15) haec excerpo:

..... lasso campo uno di terra alla Caresa sotto Ronchi di Loregia al Massaro, che si farà d'anno in anno della Scuola di S. Antonio che quel sito sia dà [dato] al P. Guardiano della Chiesa di S. Zuanne, ch'el

sia obbligato a dire ogni anno le messe di S. Gregorio [30] per l'anima mia... Item lasso... che abbia a pagare ogni anno e per tutto il mese di gennaio L. 6: 4 (1 Ducato) al Massaro di S. Zuanne per comperar l'olio del cesendello del Corpo di Cristo e Madonna S. Maria all' altare grande di S. Zuanne... e far dire le Messe gregoriane ecc... Item lasso... che paga L. 3 alli frati di S. Zuanne che abbia a dire tante Messe... Item lasso... che abbia a pagare ogni anno L. 16: 4, e dare al P. Guardiano che faccia dire ogni anno le Messe di S. Gregorio.

At in tabella suprarelata inveniuntur Missae huius legati tantum Nu. 7.

XII.

Bartolomaea Dando Vid. Gebelati in *Instrumento donationis* inter vivos diei 2 Iun. a. 1542 (fas. V. p. 31, et fasc. VI. p. 16) dedit duobus gubernatoribus Fabbricae Ecclesiae S. Joannis per Ministrum Provincialem electos, 15 campos terrae partim arativae et partim prativae cum vitibus et arboribus plantatis in Villa Comitis [Villa del Conte] et alios sex campos in Villa Lauregiae [Loreggia] ut administrent et dent fratribus pro tempore existentibus in Ecclesia S. Ioannis ut celebrent omni die totius anni Missam pro ea, retentis sibi pro administrationis mercede duobus ducatis.

In ea Tabella vero reductae videntur Missae ad Nu. 58.

XIII.

Nob. Familia Com. Campi S. Petri *qualia legata et privilegia* in Ecclesia S. Ioannis possideret, patet ex sequenti Documento (fasc. III, p. 117 et alibi recordato).

Adì 10 Zugno 1707. In Campo San Piero.

Attestiamo noi sottoscritti figli del Serafico P. S. Francesco dimoranti di famiglia in Campo S. Pietro, esser pura verità, come nella nostra Chiesa intitolata di San Gio. Battista si attrova un arma anticamente posta sopra la pila dell' Acqua santa, qual è un Leone rampante... del qu. nobil Sig. Gregorio qu. Giovanni Campo S. Pietro Benefattore di detta, come dalla Bolla di Martin Quinto 1423. et Atto 1695. 16 Giugno (1), con obbligo della Messa quotidiana Conventuale pro se, et descendentibus Benefactoribus; et un annuo Anniversario, e Messe quaranta per l' anima di ognuno che muore delli soli, veri e reali Discendenti del suddetto Nobil quond. Gregorio.

Io Fra Domenico di Padova Guardiano affermo quanto di sopra.
Io F. Ignatio di Venezia M. O. aff. q. di sopra.
Io F. Gio. Battista di Bigolino M. O. aff. ut supra.
Io F. Gio. Giacomo da Tombolo affermo.
Io F. Gio. Battista di Campo S. P. Minor Osserv. affermo ut supra.
Io F. Francesco di Campo S. P. aff. ut supra.
Io F. Francesco di Padova aff. quanto di sopra.
Io F. Filippo da Galliera affermo ut supra.

(1) Documentum istud non reperitur.

XIV.

Quadragenae missae pro quolibet de familia Nob. Campi S. Petri defuncto incunctanter celebrabantur, uti patet ex sequentibus attestationibus (fasc. III, p. 116-128):

Addì 7. Febbraro 1701. Messe 40. Attesto io infrasc. aver fatto celebrare... da miei Religiosi per l'anima della Nob. D. C. S. Piero fu moglie dell'Illust. Carlo Bimbiolo ecc.

L. S. Fra *Leonoro di Padova.* Guard.

Adì 27. Maggio 1710. Campo S. Piero. — Faccio fede io sottoscritto, come nella nostra Chiesa di S. Gio. Battista si sono sotisfatti tutti gli obblighi nella celebrazione de Sacrifizi ed Orazioni in suffragio dell'anima della Rever. D. Cattarina Campo S. Piero fu Abbadessa di S. Stefano di Padova. In fede ecc.

L. S. Io F. *Gio: Battista Savioli* Guardiano de Min. Osservanti.

Adì 24 Gennaro 1719, Confesso io sottoscr. Guardiano del Ven. Monast. de' PP. di S. Gio: Batt. in C. S. P. d' aver fatto celebrare Messe Nu. 40, per l'anima del fu Illustr. Sig. Obizzo Campo S Piero, dico Nu. 40.

L. S. Fr. *Antonio di Simonzo* Guard.

Adì 26. Novembre 1719. Confesso Io Guard. del Ven: Monist. de PP. di S. Gio: Batt. in C. S. Piero d'aver fatto celebrare Messe Nu. 40 per l'anima del fu Illustr. Sig. Nicolò C. S. P. con un Anniversario al funerale, giusta l'intenzione del fu Illustr. Sig. Gregorio C. S. P. qual ecc.

L. S. Fra *Antonio di Simonzo* Guard.

Altra del medesimo Guard. attestante d'aver adempito il dovere delle 40 Messe e di un Anniversario o Messa Cantata per l'anima del fu Illustr. Sig. Niccolò C. S. P. e già 3. anni un simile dal suo antecessore. — C. S. P. li 10 Dec. 1719.

Adì 5. Agosto 1721. Faccio fede giurata ecc. aver da miei Religiosi fatto celebrare 40 Messe con le solite esequie etc. per l'anima del qu. Illustr. S. D. Francesco C. S. P. fu Canonico di Padova ecc.

L. S. Fra *Domenico di Padova* Guardiano.

Adì 12. Aprile 1728. Attesto ecc. aver fatto da miei Religiosi celebrar 40 Messe per l'anima della qu. D. Bianca Beatrice C. S. P. Monaca nel Mon. di S. Stefano di Padova, ed altri divini Officii ecc.

L. S. Io Fr. *Antonio Maria di Crespano* Guard. del Conv. di C. S. P.

1730, 18. Decembre. Faccio fede ecc. furono celebrate 40 Messe per l'anima del fu Illustr. S. Daniele C. S. P. ecc. In fede ecc.

L. S. Io Fra *Lorenzo Maria di Tombolo* Guardiano del C. di C. S. P.

1731, 20. Novembre. Attesto ecc. d'aver fatto celebrare 40 Messe nella Chiesa ecc. giusta l'obbligo del Convento per l'anima del fu Illustr. e Rev. Sig. D. Lodovico C. S. P. Canonico di Padova.

L. S. Io Fra *Fortunato Ant. di Padova* Sacrestano.
Io Fra *Gio: Battista di Montagnana* Guard. affermo ut supra.

Adì 25. Luglio 1734. Attestiamo ecc. che furono celebrate da questi Religiosi Messe 40. per l'anima della qu. Nob. Rever. D. M. Regina C. S. P. Abbadessa del Ven. Mon. di S. Benedetto di Padova ecc. ed altre Messe 40. in suffr. dell'anima del qu. Rev. D. Lodovico C. S. P. Monaco Cassinense ecc.

L. S. Io F. *Giov: Battista...* Guard. ecc.
Fr. *Fortunato Ant. di Padova* Sacrestano.

Adì 20. Marzo 1748. Faccio fede ecc. d'aver fatto celebrare 40 Messe pel def. Ill. Conte Francesco C. S. P.

L. S. Fra *Pietro da Tressino* Guard. ecc.

Attesto io sottoscr. come sotto il Guardianato del P. Paolo di Venezia nell'anno 1749, il dì 11 Dec. furono celebrate Messe 40 inclus. e la Cantata con l'esequie per l'anima della qu. Illustr. Sig. Angela Maria C. S. P. discendente dal qu. Magnif. S. Gregorio C. S. P. etc. 30 Agosto 1750.

L. S. F. *Francesco Antonio di Galliera* Deff. e Presid. M. O.

Adì 4. Settembre 1757. Attesto ecc. d'aver fatto celebrare Messe 40. per l'anima del N. S. C. Gasparo C. S. P. ed altri divini Uffizi ecc.

L. S. Io Fra *Pietro di Cittadella* Guardian affermo.

Et tamen in supradicta Tabella reductio facta est ad exiguum Nu. 8. Miss. pro Gregorio C. S. P.

XV.

Nescio quomodo evenerit, annos tantum post XXV Num. Missarum adhuc diminutum, ut patet ex sequenti documento (fasc. V. p. 93-94):

Faccio giurata fede io sottoscritto: I. che sopra li beni di ragione del Convento di S. Giambattista di Campo S. Piero ora soppresso vi è l'obbligazione di Messe Nu. 124, per l'anime di quelli che li lasciarono. Più Anniversari Nu. 10 con Officio et Esequie, oltre il debito a Religiosi di pregar per l'anime de'benefattori (1): II. che la famiglia presente del Convento di S. Francesco grande di Padova è composta di Nu. 66 individui, Sacerdoti 44, tra quali 4 impotenti e per infermità e per vecchiaia; laici e terziarii 22 e tra questi ve ne sono pure d'inetti et impotenti. In questo numero d'individui vi sono tutti quelli trasferiti dal Convento soppresso di Campo S. Piero, alcuni de quali si comprendono ancora nella parte degl'impotenti et infermi. In fede etc.

Dal Convento di S. Francesco grande di Padova questo dì 22 Maggio 1773.

L. S. Fra *Lorenzantonio da Campo S. Piero* Min. Oss. Guard. m. p.

Relate al Numerum Missarum plura etiam Conventui donata fuerunt bona. Antiquius omnium, omissis rebus minoris momenti, hic refero (fasc. III, p. 20)

---

(1) In reductione supra relata (Doc. X.) facta a. 1748, numerantur Missae lectae ad minus 981 et Anniversaria 15.

XVI.

Inventarium Bonorum Ecclesiae S. Joannis Evangelistae perticatorum per Mag. Antonium Marzarium simul cum Andrea Zatha.

1462. In Christi nomine. Amen.

1	Pezza de terra arativa (1) e parte prativa (2) con piante 8 in la Contrà delle Collette Campi 2 1/2:	Campi	2	Quartieri	2
1	P.d.t. (3) pr. in affitto in Zavo del Palù	—	—	»	2
1	» ar. con piante 4 a monte del Linore	»	1	»	1
1	» ar. a contrà del Mazzo e Tambelliere	»	4	»	1
1	» pr. a contrà delle Botte	»	1	»	—
1	» ar. e pr. a contrà della Sega	»	4	»	3
1	» ar. e pr. de vide e de arbori a contrà delle Galmarelle	»	1	»	2
1	» ar. a contrà della Sega	»	2	»	1 1/2
1	» ar. a contrà delle Tambelliere	»	4	»	— 1/2
1	» pr. a contrà delle Tambelliere	»	4	»	— 1/2
1	» ar. a contrà della Campagnola	»	2	»	2 1/2
1	» pr. e boschiva a contrà della Campagnola	»	5	»	—
1	» ar. e pr. a contrà della Campagnola	»	4	»	2
1	» ar. a contrà della Campagnola	»	9	»	—
1	» pr. a contrà della Campagnola	»	2	»	2
1	» ar. e pr. a contrà della Campagnola	»	5	»	—
1	» pr. a contrà della Campagnola	»	—	»	3
1	» pr. a contrà della Campagnola	»	2	»	1 1/2
1	» pr. a contrà della Campagnola	»	2	»	1
1	» a contrà del Pigaro	»	3	»	3
1	» pr. e boschiva a contrà del Bastion	»	19	»	—
1	» ar., pr. e boschiva a contra del Malcanton	»	7	»	—
1	» boschiva e paludiva a contrà del Pissa-Intorno	»	10	»	—
1	» pr. e vignada a contrà del Castello di C. S. P.	»	2	»	—
1	» pr. vicino al fiume Muson	»	—	»	3
1	» in la contrà delle Botte	»	—	»	1
1	sedime a livello in Borgo de C. S. P.	»	—	»	2
		Campi	103	Quartieri	2 1/2

[Qui Campi 103, Q. 2 1/2 aequivalent metr. quadr. 399992,50 seu aris 3999,925]. Livelli, affitti, regalie. — Lire 111: 18 (Summa totalis).

Tratta da un libro segnato al tergo B. esistente appresso il M. R. P. Guardiano del Convento di S. Francesco grande di Padova questo di 27 Gennaro 1770.

Pasqualin Pietro Berti Nod. Pub.

Anno 1567, 26 Iun. iussu *P. Fr. Seraphini de Marostega* Guard. C. S. P. alia vice mensurati Campi, diversimode omnino inveniuntur singulae terrae; sed totaliter tamen faciebant: Camp. 94, Q. 1. Tab. 25. In fasc. III. p. 27, ita invenitur; ast sub eodem die bis adhuc reportatur (fas. V, p. 43 et VI, p. 21) idem inventarium, sed minime mensurae

(1) Abbreviatur a nobis deinceps in: ar.
(2) Item in: pr.
(3) Id est: *pezza de terra.*

conveniunt nec cum primo, et inter semet discrepant. Anno 1646 denuo mensuratis terris extra castrum C. S. P. existentibus et ad Conventum pertinentibus, inventi sunt campi 93. (fasc. V, p. 58 et VI, p. 27). Inde a. 1684. *P. F. Philippus de Galliera* Guardianus bonorum omnium recensionem misit ad Officium censuum fisci Veneti, singulos denuntians proventus tam in pecuniis, quam in natura, scilicet cerae, frumenti, vini, carnis suillae, ovorum et altilium; quae recensio duobus invenitur locis, videlicet fasc. III, p. 48, et V, p. 60; sed in computationibus valde discordant. Huic denuntiationi a. 1695, die 16 Iun. *P. Iustus Antonius Fillarolo* paucis iam antea mensibus Guardianus et tunc Conventus C. S. P. Vicarius loco *P. Andreae de Montagnana* Guardiani electi, se opposuit et adsistentia et instantia fretus Nob. Danielis Com. C. S. P., supplices obtulit preces de non sortiendo effectu illius P. Philippi denunciationis, quatenus ille ignoranter fecisset, petiitque ut quomodo anteactis semper temporibus, tunc nulla conventui vectigalia imponerentur, quia aliter fratribus impossibile esset tot exsequi legata; quod et a. 1696, concessum fuit (fasc. V, p. 75 et VI, p. 37). Anno autem 1712, sub Guardianatu *P. Angeli de Padua* inventarium Dominii Venetiarum iussu exsecutum campos 105, Q. 2, tab. 165, describit (fasc. III, p. 57). Denique post Conventus suppressionem inventi sunt campi 125. Q. — Tab. 202 (fasc. V, p. 1 et VI, p. 1).

XVII.

Hic pro Conventus historia ex inventario a. 1684 (fasc. III, p. 48) iuvat referre quod circa annuas expensas denunciatum fuerat.

29. Maggio 1684. Al Nu. 4830. — omissis. — Resta aggravato il sudetto Monistero di 14 Religiosi ordinari, oltre tanti di passaggio, che sono obbligati, oltre li suddetti legati (di cere, lampade, preci ecc.) celebrare per li di sopra descritti ogni anno Messe Nu. 700 in circa (summa est 725) e sei Offizi (1).

Per mantenir li medesimi di vitto all'anno	Ducati	300: —
Per vestiari circa	»	60: —
In vino ogni anno	»	60: —
Per mantenir il P. Predicatore la Quaresima	»	25: —
Feste della Religione per Capitolo e Congregazione ogni anno circa	»	10: —
Si salaria, e spesa un fameglio	»	14: —
Si paga ogni anno a Venezia di gravezze, Cazude e Lusan	»	6: —
Mantenir le fabbriche del Monistero e Chiesa ogni anno	»	6: —
Si paga staretti sette di frumento alla Chiesa di S. Pietro di C. S. P. Nu. 6.	»	— —
Si paga al Nob. H. S. Bernardo Navagier ogni anno		L. 9
Si paga ogni anno al Vescovado di Treviso		» 1: 4

omissis. Io Fra *Filippo da Galliera* Guardiano ecc.

(1) In hoc inventario bonorum et missarum in illis fundatarum non invenitur nisi decima fere pars legatorum in tab. X[1] Documenti adnotatorum; unde si haec proportio extendatur ad cetera legata ibi et non hic memorata, dicendum est ante reductionem numerum missarum superare debuisse 7000.

Si gravamina ergo cum proventibus conferantur, piorum etiam eleemosynis et elargitionibus sine dubio numquam deficientibus, videntur satis aequiparari; ast notandum quod, cum onera semper Religiosis remanerent imposita, proventus tamen nequaquam per ipsos administrarentur, sed per viros saeculares, qui etiam non ad unam sed ad duplicem corporationem pertinebant; alii enim ad fabricae Ecclesiae administrationem eligebantur, alii vero ad alteram sic dictae Scholae S. Antonii, quae ut in sequenti Documento videbimus, multo tempore, usque ad a. 1520 omnium etiam Conventus bonorum administrationem tenebat; et postquam divisi fuerunt administratores, Schola illa bona propria habuit, uti constat ex testamento a. 1529 Ioannis de Zamboni supra relato ad Nu. XI, in quo Massarius Scholae S. Antonii distinctus invenitur a Massario S. Iohannis; insuper, cum terra assignata dictae scholae ad ipsam transire non poterat nisi post mortem eorum qui de eius gaudebant usufructu, hinc post 70 annos, scilicet die 3 Martii et iterum 23 Augusti a. 1599. per sententiam iudicis iam prius datam 6. sept. 1596, ab haeredibus dicti q. Io. Zamboni adhuc litigantibus adiudicata fuit Scholae S. Antonii, scilicet DD. Leonello Toniello et Io. Angelo Foresto agentibus ex parte dictae scholae, et non Procuratori Monasterii, quamvis ibi praesenti (fasc. V, p. 56-7). Usus etiam invaluerat in testamentis et donationibus exprimendi bona assignata esse non directe Conventui aut Guardiano, sed vel duobus Gubernatoribus fabricae Ecclesiae S. Ioannis, ut supra in Instrumento ad Nu. XII a. 1542, in quo et mercedem ipsi obtinent; vel Massario dictae fabricae, ut in testamento exarato die 15 Ian. 1522 Dnae Dorotheae de Morandi, quae « iure legati legavit praedictae fabricae sive eius Massario campum unum in Villa Ronchiarum Laureiae »; at cum ipsum campum quidam Presb. Io. Petrus de Fabris, officiator Ecclesiae Laureiae, teneret, per sententiam iudicis d. 14 Iun. 1542, et per eius executionem d. 25 Iun. « immissus fuit Io. Zatta Massarius fabricae Ecclesiae S. Io. Evang. in plenam possessionem calcando pedibus ipsum campum, spargendo terram et ramos huc et illuc, praesentibus duobus testibus « (fasc. V, p. 34-35; VI, p. 18). Sic etiam Maria (« figlia di Zuliam de Zorzi, pizzocchera ») Tertii Ord. S. Franc. reliquit in testam. d. 25 Maii 1556, tres campos in Valle item fabricae Eccl. S. Io. (fasc. V, pag. 39). Ita etiam in Instrum. liquidationis Lib. 380 de non solutis conductis, Procurator fabricae S. Io. Ecclesiae vendit, permutat, declaratur creditor etc. (fasc. V, 40-42). Sic potest explicari omissio illa, quam deploravi superius ad Documentum allatum sub Nu. IX, quod scilicet plura Instrumenta antiqua retenta sunt apud Procuratores saeculares, et quod ibi deplorat Guardianus magnam in documentis confusionem factam fuisse.

De fidelitate vero vel potius infidelitate istorum massariorum, procuratorum et administratorum loculenter patet ex sequenti documento semel in Vol. allato (fasc. III, p. 30). *(Continuabitur).*

Paduae. P. HIER. GRANIĆ, O. F. M. Conv.

EPISTOLAE QUAEDAM INEDITAE

S. IOANNIS DE CAPISTRANO

Quae nunc primum in lucem exeunt epistolae, nuper inveni in codice quem Aloysius Tacoli Marchio paucis abhinc annis Atestinorum Bibliothecae Mutinensi donavit.

Codex est chart. saec. XV, mm. 210×150, ff. 310, ex quibus ff. 2, 256, 264, 292, 293, 309, 310 sunt vacua. Ante numerationem, quae saeculo XVI ineunte est apposita, nonnulla folia passim ablata erant in posteriore libri parte. In margine superiore primi folii membranei ad custodiam legitur: *Iste liber est ad usum fr. Nicolai de Fara Theatini;* et in eiusdem verso mutilum instrumentum est inscriptum, datum d. 24 Novembris 1444. Folium primum continet rerum indicem, sed imperfectum; in margine inferiore ff. 3 et 19 gothica scriptura chorali legitur: *De Loco S. Andree;* in verso denique ultimi folii: *In N° car. 310.*

Ligneis tabulis antea defensus, ex quibus una tantum exstabat, et dorso carens, nuperrime *dimidia,* uti aiunt, *pelle* rubea iterum ligatus est, aurea inscriptione superposita: VARIA | SS. | BERNARDI | HIERONYMI | ET IOANNIS | DE CAPISTRANO, et Bibliothecae numero signatus: α. K. 6. 43.

In codice continentur:

1° (ff. 3-17) S. Bernardi *Liber de contemplatione,* litera gothica germanica exaratus anno 1453, ut eruitur ex his verbis in fine: *Explicit summa Bernardi quam fecit Deus cuilibet anime 1453.*

2° (ff. 17v-18) Epistola S. IOANNIS DE CAPISTRANO (quae est publicandarum prima), scriptura humanistarum, quam vocant, currenti.

3° (ff. 19-42v) S. Hieronymi tres epistolae, litera gothica ut supra.

Codex, haec tantum continens, in usum cessit Fr. NICOLAI DE FARA, qui proprio nomine apposito, ut supra notavi, nunc humanistarum, nunc cursiva litera, adiunxit quae sequuntur:

4° (ff. 43-308v) S. Hieronymi epistolas, inter quas tamen inseruit:

5° (ff. 282v-284v) Alias S. IOANNIS DE CAPISTRANO epistolas tres (ordine, quo edemus), scriptura cursiva minutissima.

Omnibus constat Nicolaum de Fara (1) unum ex duodecim sociis fuisse, quos S. Ioannes de Capistrano sibi aggregavit, cum profe-

(1) De eo cf. Wadding, an. 1451, n. 7, 15; 1455, n. 71; 1477, n. 23. Wadding, *Script.* 264; 180 [2]; 1793 [3]. Sbaralea, *Suppl.* 554.

cturus esset in Austriam et Germaniam, ut ibi Evangelium disseminaret et copias Christianorum adversus Turcas duceret. Qui etiam de ipso S. Ioanne varia scripsit, inter quae consuli possunt *Epistola ad Fratres Provinciae Tusciae* (1) et *Vita Clarissimi viri Fratris Ioannis de Capistrano* (2). Nil mirum ergo quod has epistolas, ipsum Nicolaum quodammodo, ut mox videbimus, spectantes, filius et socius devotissimus, tamquam pretiosissimum Patris sui memoriale, sibi transcripserit.

Mortuo Nicolao, hic codex Bibliothecae S. Andreae in urbe Teate adsignatus est, conventui id est Farae proximiori, ut Statuta Ordinis praescribebant (3). — Sed ad ipsas epistolas tandem veniamus.

Non me fugit eas non esse autographas, et indicatione temporis, immo etiam, si primam excipias, titulo carere; at notis codicis, quas supra dedimus, nec non epistolarum indole et materie inspectis, nullum exstat dubium, quin copia sit fidelis et authentica.

Prima haec epistola ad ultimos annos S. Ioannis de Capistrano certo pertinet. Nam ipse fatetur se scribere in sua senectute, et epistolam mittit ad Novitios conventuum Vindobonae et Neuburgi, quorum alter per Capistranensem erectus est anno 1451 (4), alter a. 1452 (5).

1. — [Ad Novitios Vindobonae et Neuburgi. Gratulatur eis, quod Dei servitio sedulo incumbant, eosque hortatur ad perseverantiam].

Iesus.

[17v] Dilectissimis filiolis suis fratri Illuminato ceterisque noviciis Wienne et Neuburge in Christi servicio degentibus, frater Iohannes de Capistrano salutem in Domino dicit plurimam. Nichil est vel esse potest quod meam senectutem dulcius iocundiusque consoletur, quam quod audiam filios meos in veritate ambulare; quod etsi, Christo propitio, semper de vobis omnibus meo cordi fuerit, magis tamen ac magis ex vestris litteris preter quas unas mille alie (6), ut scribitis, reddite sunt, inpresentiarum non sine tocius mentis iubilo id in vobis esse perspexi, non tam grate quam iocunde vestras suscipiens excusationes. Eya igitur, commilitones Christi, pergite in hec sancta studia, ut cepistis; et perseverancia[m], quam colitis, quam michi in vestris litteris spopondistis, quam denique multis dulcissimis eloquiis offertis. omni studio et conamine, queso, amplectimini, cum absque ea « nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Ipsa namque nu-

(1) Wadding, an. 1451, n. 15. Cfr. etiam Lud. Frati, *Il viaggio in Germania di S. Giovanni da Capistrano descritto da Fra Niccolò da Fara*, in *Misc. Franc.*, III, 7-13. (2) *Acta SS.* Oct., X, 439-483.

(3) Cf. Constitut. Farinerii, c. II, ap. *Chronologia hist.-leg.*, I, Neapoli 1650, 67 a. Eubel, *Bull. Franc.*, VII, Romae 1904, 641 a.

(4) Cfr. Wadding, an. 1451, n. 14.

(5) Ib. n. 60. Cfr. etiam Greiderer, *Germania Franciscana*, t. I, p. 820. Refert enim litteras die 22 Decembris 1451 datas, quibus Decanus Passaviensis Ecclesiae, sede vacante, ratam habuit donationem areae conventui aedificando. Quae litterae annum a nostro Annalista exhibitum, ut nobis videtur, non infirmant sed confirmant. (6) *Aliqua deesse videntur.*

trix est ad meritum et premium, soror paciencie, costancie filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, sanctitatis propugnalulum. Quid plura? Tolle, inquit Augustinus (1), perseveranciam: nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est cui eternitas redditur, vel pocius que eternitati hominem reddit; dicente Domino: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (2) ». Gaudeo enim gaudio inenarrabili ut ceteras observetis virtutes, quibus hec ipsa, de qua loquimur, vehitur. Ipsa profecto unica filia est summi regis, finis virtutum, earumque consumacio, tociusque boni repositorium; virtus, sine qua nemo videbit Deum. In ea itaque, ad quam totos intentos vos intueor, obsecro, vestram ancoram figite fortiter, ut victores tandem effecti, coronas immortalitatis accipiatis de manu Domini. Sed non potest coronari quisquam nisi vicerit, nec potest vincere nisi certaverit, nec potest certare nisi inimicum et temptaciones habuerit. Cribrabit enim aliquando vos sathan (3), credite mihi. Sed benedictus Deus qui, non permittet vos temptari nisi quantum vobis prodest, ut exerceamini, ut probemini, ut qui, ut dicit Augustinus, te nesciebas, a te ipso inveniaris. Vigilate ergo, fratres et filioli mei, et accincti armatura fidei, consolatione Scripturarum (4) sanctarum et sedulo orationis studio, adversarium vestrum contendite; abolere studeatis vetera vicia et peccata per penitencie dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium. *Iugum enim meum suave est et onus meum leve* (5), dicit dominus Iesus, redemptor animarum nostrarum. « Fugite, inquit (6), de medio Babillonis et salvate animas vestras, convolate ad urbes refugii, [18r] ubi possitis et de preteritis agere penitentiam, et in presenti obtinere gratiam, et futuram gloriam fiducialiter prestolari. Non vos retardet conscientia, quia ubi peccata habundaverunt, superhabundare consuevit et gratia. Nec penitencie austeritas ipsa deterreat. *Non* enim *condigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis* (7). « Veniet, veniet, inquit Hieronymus (8), postea dies ille, quo victor revertaris in patriam, quo per Hierosolimam celestem vir fortis coronatus incedas. Tunc et parentibus tuis eiusdem civitatis ius petes. Tunc municipatum cum Paolo capies; tunc et pro me rogabis: dicam ego, qui in civitate Lipizensi, « ut vinceres, incitavi », Valete in Domino filioli mei, gaudium, corona et consolatio anime mee; pro me orantes, qui nunquam obliviscor vestri, quique semper vos Domino commendo.

Secundam, quam cum duabus sequentibus transcripsit Nicolaus de Fara, S. Ioannes ad quendam Ministrum suae iurisdictionis a Summi Pontificis obedientia aberrantem misit, tempore, ut ibi innuitur, Eugenii IV (1431-1447), paulo ante quoddam Generale Capitulum, cum ipse esset Inquisitor idemque Vicarius Generalis.

Omni spe remota de nomine istius Ministri inveniendo, facilius videtur restitui posse annus, quo haec epistola scripta sit. Nam in

(1) Non Augustini, sed Bernardi est hic locus totus, paucis demptis et additis. Epist. 129, n. 2 (Migne, *Patr. lat.* vol. 182, p. 279).

(2) Matth. XXIV, 13. (3) Cfr. Luc. XXII, 31. (4) Cfr. Ephes. VI, 11 et Tom. XV, 4. (5) Matth. XI, 30. (6) S. Bernardus, *De conversione ad Clericos*, c. 21 (ibid. p. 855). (7) Ad Tom. VIII, 18.

(8) Epist. 14 *ad Heliodorum*, n. 3 (P. lat. v. 22, p. 348).

brevi temporis spatio investigatio nostra perstringitur, scilicet ab anno 1443, quo vir sanctus Vicarius Generalis Citramontanae Familiae creatus est, ad annum 1447, quo Summus Pontifex Eugenius IV e vita decessit. Cum nullum aliud intra hoc temporis spatium sit convocatum, est ergo Capitulum Generale, ad quod hunc Ministrum denuo invitat, illud Romae in conventu Aracoelitano habitum anno 1446, ab ipso S. Ioanne pro solis Observantibus revera indictum, ex concessione Bullae, quam Eugenius IV tertio idus Ianuarii 1445 dederat (1). Hinc epistolam in fine anni 1445 vel potius in principio 1446 esse datam dicendum est.

Hinc etiam patet cuius esset generis inobedientia vel anceps animus istius anonymi Ministri in Summum Pontificem. Adhuc tunc temporis permanebat schisma illud in sinu Ecclesiae per Concilium Basileense apertum anno 1439, cum Felicem V antipapam contra Eugenium IV creasset. Antipapae igitur adhaerebat Minister ille, si voces ad S. Ioannem Cap. vera ferebant, vel saltem in exercitu Minorum, pro Pontifice canonice electo firmiter pugnantium, dubie ac remissius se habebat.

Ad quem scribit S. Ioannes, insinuans se pater in animam filii dulcissimis verbis christianae charitatis, occurrensque accusationibus, quae de eo circumferuntur, non velut iudex ut damnet, sed frater ad fratrem, quo hic melius sibi consulat. Obedientiam Summo Pontifici illi persuadet multiplici argumento.

2. — [Ad quemdam Ministrum de schismate suspectum].

[282v] Quamvis nullam tui notitiam habeam, venerande minister, quantum attinet ad presentiam corporis, nullaque inter nos diuturne conversationis amicitia olim contracta sit, facit tamen humanitas, facit communis nostra religio, facit denique christianum nomen atque ipsa in primis caritas Christi, ut non propterea te minus diligam. Nam si solos eos diligeremus aut quos vidimus aut cum quibus diu versati sumus, angustum profecto esset etiam erga nos ipsos, ut alios taceam, latissimum mandatum dominice caritatis et christiane dilectionis amplissimus campus (2) fieret, que res valde ridicula ac vehementius detestanda, ut nec nos ipsos diligeremus neque sanctos et claros plerosque viros toto orbe dispersos, cum neque nos ipsos conspiciamus, neque illis ulla consuetudo nos amicos effecerit. Sed ita se magis veritas habet, ut maiora sint vincula illa, que dixi, publici muneris quam privati. Cum igitur pariter in hec preclara conveniamus, quod homines sumus, quod una res complectitur et tuetur celestis ordo communis religio, quod eodem nomine christiano censemur, in quo, iuxta apostolum Petrum (3), Deum glorificare debemus, quid est in quo verear confidentius ad te scribere, presertim cum alterutri nobis bona, que semper mansura sunt, sine dubitatione optemus, in quorum communicatione bonorum vera illa christiani nominis amicitia et sine corruptione gignitur et sine metu ammissionis servatur? Accedit postremo quod cum locum speculatoris, quamvis nullo merito,

(1) Cf. Wadd. an. 1446, n. 11 ss.
(2) *Ita codex, sed omissum aliquid videtur, forsan:* artissimus.
(3) I Petr. IV, 16.

teneam, et te, si digneris pro tua virtute atque humilitate religionis, et reliquos omnes nostri ordinis fratres debeam pro debito offitii mei et pro sollicitudine ministerii commonere. Ecce iam, quantum arbitror, vides, mi venerande minister, per ea que dixi iacta esse solida fundamenta non solum firmioris inter nos amicitie, verum etiam libere confidentie, ea ad te scribendi, que et honori [283r] tuo et saluti conducant. Que si admictas, cognosces meam erga te amicitie sinceritatem, qui diligenter ac vigilanter occurro, pro caritate, rumoribus malis ac pestiferis, qui de te in his nostris provinciis late feruntur. Qui et ipsi si falsi sunt, quod Deus unus optimus et maximus fecerit, maiorem tibi innocentie gloriam allatura est per te facta purgatio, quam attulerat falsa criminatio fedam infamiam; si autem vera sunt que dicuntur, sapientia animi penitentis efficiet, ut religio nostra letitia reperti filii efferatur, et tu apud patremfamilias gloria maiore emineas.

Sed ad causam veniamus. Sunt qui de te dicunt quod ab obedientia pontificis maximi Eugenii, Dei providentia unici soli ac veri in ecclesia catholica ortodoxa apostolicaque pastoris, sacrilega temeritate desciveris. Sunt item qui hec de te negent, sed te asserant, ut eorum verbo utar, sis (*sic*) hoc negotio neutralem. Quorum utrumque quid sceleris habeat, pro tua eruditione ac prudentia debes agnoscere, cum et alterutrum apostasiam apertissimi scismatis sapiat, alterutrum inimicitias Deo indicens, manifeste dissentionis bellum profiteatur, dicente Domino Salvatore: *Qui non est mecum, adversum me est* (1). Prospicias igitur tibi ipsi, mi venerande minister, nec tibi famam tuam negligendam existimes, neu dicaris presertim in causa fidei vel altero vel utroque pede claudicare. Memineris potius evangelice nostre professionis et celestis illius oraculi, quo subiectionem illam humillimam in auribus fratrum omnium et beatus p. n. Franciscus et nostra regula personat, dicens: *Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam domino pape Honorio ac successoribus eius canonice intrantibus* etc. (2). Animadverte, oro te, quid sibi velit hoc verbum, quamque vim habeat *canonice intrantibus;* [283v] ut intelligas non congruere nostre professioni quempiam fratrem, qui recte et sapere et agere velit, aut pro canonicis pontificis (*sic*) hesitare, si res postulat, etiam mori, aut ab usurpatoribus sancte Sedis, cum opus fuerit, iuxta patrum sanctiones, occidi.

Cum isto tempore Bulle Eugeniane essent suspense et Ca[l]listine a Patribus Conventualibus non essent acceptate, Patres Familie recursum habuerunt ad dominum Papam Pium II, noviter electum. Qui quicquid Eugenius circa familiam Observantiae, [re]stauravit et multa bona in favorem salubris status Familie statuit. Sicque suo pontificatu cum Conventualibus in pace quievit, omnibus fratribus de Observantia, quocumque appellarentur nomine precipiens, quod sub obedientia Vicariorum de cetero viverent, sub pena excommunicationis late sententie (6).

Anno **1459** in Provincia Apulie et loco de Antella, migravit ad Dominum frater Antonius de Bitonto, sacre Theologie magister, qui etiam nonnulla opera scripsit: hic vir utique beatus ac famosissimus predicator extitit (*a*) (7).

Florentie in loco Sancti Salvatoris, eodem anno frater Hieronymus de Florentia, per totam Italiam predicator famosus, ex hac misera valle subtractus, ad verum Salvatorem Christum Iesum clara luce contemplando perrexit (8).

Isto namque tempore hac vita functus migravit ad celestia regna frater Philippus de Esculo, coquinarius, in vita et post, miraculis corruscans (9).

Anno **1460**, Ordinis vero 252, apud Aquilam ex hoc mundo ad celum transivit frater Massius seu Thommas, laycus, patrator miraculorum (10).

(*a*) Cod. *estitit.*

---

(1) Ll. cc. Glassb. 375, qui hoc cap. negat et eum Fontiniaci electum dicit.

(2) Glassb. 376s. Aquil. 85. Wadd. l. c. n. 37. Rodulph. 192.

(3) Aquil. 83s. Glassb. 377. Vocatur *Jacobus;* Wadd. l. c. 58ss. Rodulph. 192v.s. Wadd. 1458, n. 5. Gubern. I, 189s., III, 114.

(4) Ll. cc. (5) Aquil. 90. Wadd. 1458, n. 9.

(6) Aquil. 91ss. Glassb. 378. Komorowo, *Cron.* 55. Calixtus III obiit 1458, 6 aug., Pius II electus est 19 aug. — Bulla: *Pro nostra,* 11 oct. 1458; Wadd. an. c. n. 20; Gubern. II, 87s.

(7) *Script.* 30, 21^2, 24^3; Sbaral. 71s.; I^2, 75s. Aquil. 39.

(8) Wadd. 1465 (Suppl), n. 5. (9) L. c. 1459, n. 30.

(10) L. c. 1504, n. 35, ex: Aquil. 117, 18.

Apud Vastum Aymonis, Provincie Sancti Angeli, anno quo supra, celestia gaudia penetravit frater Dominicus Castilionus de Florentia, infirmarius, ab Angelis in celum delatus, ut pueri aliqui viderant (1). In qua quidem Provincia plurimi alii fratres sanctitate fulgebant, videlicet:

Blasius de Cento, vir optimus et sanctus, qui, ut ipse populo predixerat, in pulpito predicans migravit ad Dominum, sepultus in Plebe Castellucci, miraculis corruscans (2).

Angelus delle Pesche laycus, [h]ortulanus, vir contemplativus et prodigiosus, in Luceria Sarracenorum sepultus (3).

(**61r**:) Ruphinus de Fonezano, laycus, super cuius caput in ecclesia orans magnus ignis visus est (4); Franciscus de Sancto Severino, Robertus de Rodio, Gorgonius et Bernardus, omnes layci et viri sancti, in dicta Provincia clari facti sunt memoria digni (5).

Septimum Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est apud Ausmum, anno **1461** et Ordinis 252, in quo Capitulo frater Ludovicus de Vicentia in Generalem Vicarium electus est (6).

[Sextum] Capitulum Ultramontanorum celebratum est hoc ipso anno in conventu Salmantino, Provincie Sancti Iacobi, in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Zegerius de Dixmunda (7).

[Octogesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est in conventu Assisii, anno quo supra (8).

Anno Domini **1462** orta est questio de sanguine Christi inter beatum Iacobum de Marchia et fratrem Baptistam et fratrem Iacobum de Brixia Ordinis Predicatorum (9).

Anno Domini **1463**, die 9 martii, in civitate Bononie ad celestia regna migravit ancilla Christi beata Catherina, ordinis Sancte Clare, que miraculis fulget (10).

Eodem anno, 12 novembris, in Provincia Castelle, in conventu Complutensi, obiit in Domino frater Didacus, laycus, de Sancto Niccolao, vir eximie sanctitatis, in vita et post mortem innumeris clarens miraculis (11).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(1) Wadd. 1460, n. 25. (2) Conto. L. c. 26. (3) L. c. n. 27.

(4) L. c. n. 28. (5) Tres, l. c. (Gregorius).

(6) Wadd. 1461, n. 11. Gubern. III, 115. Rodulph. 244r. ChHLeg I, 125ss. Komorowo, *Mem.* 189. Glassb. 389.

(7) Wadd. l. c. n. 16; Gubern. l. c.; Glassb. 388s.

(8) Divione. Ll. cc. Wadd. an. c. n. 10.

(9) Wadd. 1462, n. 1ss. Glassb. 393ss. Pastor, *Geschichte der Päpste,* II[2], Freiburg 1894, 190s. Pii II, *Commentarii rer. memor.*, Francofurti 1614, 279ss.

(10) Sancta. L. c. 1463, n. 116ss. *Acta SS.* mart. II, 31ss. Chevalier, *Rép.* I[2], 808s. *Script.* 88, 59[2]s., 61[2]s.; Sbaralea, 188s.; I[2], 200s.

(11) Sanctus. Wadd. 1463, n. 22-115. Chevalier, I[2], 1192.

CODICOGRAPHIA

INDEX DOCUMENTORUM

VETERIS ARCHIVI

PROVINCIAE FF. MINORUM OBSERV.

POLONIAE MAIORIS

Provincia Poloniae an. 1628 in duas divisa est, scil. in Prov. Poloniae Minoris et Maioris. Haec complectebatur regni Poloniae partem occidentalem, i. e. hodiernas Provincias Posnaniae, Borussiae Occidentalis et Orientalis regni Borussiae, et Gubernia Varsaviense, Kalissiense, Plocense et Lomzense imperii Russiae (1). Quoniam alia occasione plura de his proponemus, haec notitia perbrevis modo lectori sufficiat.

In vol. V operis (2) P. Ioa. Kamienski et P. Mansueti Grabowski, chronologorum Provinciae S. Mariae Angelorum Maioris Poloniae, habetur index omnium MSS., actorum et librorum qui anno 1744 in Archivo dictae Provinciae in Wschowa (Vschoviae) adservabantur. Erant haec:

1. *Annalium Polono-Seraphicorum tomus I, II, III, IV:* auctore P. Joa. Kamienski; tomus V: auct. P. Mans. Grabowski.

2. *Archivium* (3) *Conventus Vschovensis* (4), auct. P. Joa. Kamienski.

3. *Chronologia Provinciarum. Liber I, II, III, IV, V, VI, Archivii signatus litera A B C D E F.*

4. *Topographica et Chronologica Conventuum Maioris Poloniae descriptio. Liber VII, VIII, IX, X, XI, XII, XIII, XIV, XV, signatus litera G H J K L M N O P. Liber XVI et XVII signatus litera A. et R.*

5. *Archivium Conventus Svetcensis* (5).

6. *Descriptio Erectionis et Fundationis Conventus Grodicensis* (6).

---

(1) Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, IV, Romae 1685, 395. Norb. Golichowski. O. F. M., *Przed nowa epoka, Materyaly do Historyi OO. Bernardynów w Polsce*. Kraków 1899, 3 seqq.

(2) Citandi statim sub num. 1: vol. V, fol. 186 v.

(3) Hanc vocis formam semper adhibent illa MSS.

(4) Wschowa, germanice Fraustadt in Prov. Posnaniensi Borussiae.

(5) Swiecie, Schwetz, supra Vistulam in Borussia occid.

(6) Grodrisko, germ. Grätz. in Prov. Boruss. Posnan.

7. *Topographica seu Chronologica Conventuum Maioris Poloniae descriptio opera A. Reverendi Patris* AUGUSTINI CIEPLINSKI.

8. *Archivium Conventus Novensis* (1). — 9. *Archivium Conventus Szprinbornensis* (2). — 10. *Archivium Conventus Cobilinensis* (3). — 11. *Archivium Conventus Casimirensis* (4).

12. *Archivium Conventus Calissiensis* (5). — 13. *Archivium Conventus Lwowiciensis* (6). — 14. *Archivium Conventus Ostrolecensis* (7). — 15. *Archivium Conventus Sirakoviensis* (8).

16. *Archivium Conventus Skempensis* (9). — 17. *Archivium Conventus Vartemburgensis* (10). — 18. *Archivium Conventus Gorcensis* (11). — 19. *Archivium Conventus Cierniacoviensis* (12). — 20. *Archivium Conventus Bidgostiensis* (13).

21. *Archivium Conventus Petricoviensis* (14). — 22. *Archivium Conventus Prasnensis* (15). — 23. *Archivium Conventus Zlaczeviensis* (16). — 24. *Archivium Conventus Ratoviensis* (17). — 25. *Archivium Conventus Vidaviensis* (18).

26. *Archivium Conventus Lubaviensis* (19). — 27. *Archivium Conventus Ostrzeszoviensis* (20). — 28. *Archivium Conventus Golanecensis* (21). — 29. *Archivium Conventus Cadinensis* (22).

30. *Orbis Seraphici opera*, 5 tomi (23). — 31. *Protocolla susceptarum et inceptarum causarum.* — 32. *Series ac vitae ratio Ministrorum Provinciae* auct. P. JOAN KAMIENSKI. — 33. *Archivium Conventus Varsaviensis,* duo opera; unum non ligatum. — 34. *Liber Variorum Decretorum ac Bullarum.* — 35. *Acta variorum Capitulorum*, numero 8.

36. *Bullae Decreta ac Indulta Summorum Pontificum.* — 37. *Liber Constitutionum Variarum Provincialium.* — 38. *Tres libri Statutorum Provincialium.* — 39. *Libri Statutorum impressorum novorum 99.* — 40. *Processus B. Ladislai de Gielniow.*

41. *Speculum Minorum* P. KAZIMIERI BIERNACKI (24). — 42. *Vita BB. Raphaelis et Ladislai.*

---

(1) Nowe, germ. Neuenburg supra Vistulam in Boruss. occ.
(2) Springborn, polon. Szprinborn in Warmia (Ermland).
(3) Kobylin in prov. Posnan. Boruss.
(4) Kazimierz in Polonia Russiae, in gubernio Kalisz. [Kalisch].
(5) Kalisz, caput dicti gubernii.
(6) Lwówek germ. Neustadt bei Pinne in Prov. Boruss. Posnan.
(7) Ostrolenka in gubern. Lomza [Lomsha] Polon. Russ.
(8) Sierakowo, germ. Zircke, in Prov. Boruss. Posnan.
(9) Skempe in gub. Plock.
(10) Wartenburg (in Warmia, Ermland) in Boruss. or.
(11) Gorka [Gurka] prope Lobzenica (Lobsens) in prov. Posnan.
(12) Czerniakow prope Varsaviam.
(13) Bidgostia, Bydgoszcz, germ. Bromberg in prov. Posnan.
(14) Petricovia, caput gubern. Piotrkow (Pol. russ.).
(15) Prasnych. in gubern. Lomza.
(16) Zlaczew, vel Zloczew in gub. Kalisz.
(17) Ratów in gub. Plocensi.
(18) Widaszy in gub. Kalizs.
(19) Lubawa germ. Loebau in Borussia occ.
(20) Ostrzeszów germ. Schildberg in parte merid.-orient. prov. Posnan.
(21) Golancz, germ. Golantsch, in prov. Posnan.
(22) Kadynng germ. Kadinen in Warmia Boruss. orient.
(23) Ed. Romae 1682, II, Lugduni 1685; III: Rom. 1684; IV: 1685; V: 1689.
(24) Ed. Cracoviae 1650 etc. de historia FF. Min. Conv. in Pol.

Aderant ergo Manuscripta et Libri num. 42, quae volumina 67 efformabant. Praeterea adfuit *Charta Geographica Provinciae,* quam R. P. Felix Nagraykowski, an. 1744, aeri inciderat.

Quantum temporis isti libri insimul collecti remanserint, ignoramus, cum pro aliquibus in Catalogo *postea* subnotatum fuit: «*deest*», i. e. eos iam deperditos esse, v. gr. tomus IV: *Orbis Seraphici* et num. 38.

Hodiedum maxima pars documentorum Patrum Observantium, sive Bernardinorum Maioris Poloniae adservantur in *Bibliotheca Capituli in Wloclaweck,* (in gubern. Varsaviensi) Poloniae russ. Post enim Poloniae divisionem, cum Russi conventus plures abolerent, Archiva in Wartam (Pol. russ.) translata fuerunt. Quia vero Bernardini anno 1863 tumultuum contra Russos participes fuerunt, hi Conventus fere omnes deleverunt. Ultimus Guardianus Wartensis, R. P. Beno Skurczynski totum Archivum, in illorum temporum angustiis, concredidit Ill. D. Chodinski Canonico in Wloclawek, qui illud Bibliothecae sui Capituli est largitus.

Documenta ista sunt sequentia:

1 a. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus I: Continens descriptionem Introductionem et Progressus antiquae Provinciae Poloniae Observantis ab Anno 1453 usque ad Annum 1628, ad quem indivisa permansit,* quem composuit R. P. Ioa. Kamienski O. F. M. Obs., an. 1721. — 1 vol. 397 ff., quorum 7-352 paginas prae se ferunt 1-692. Ultima folia 45 indices continent.

1 b. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus II: Continens Descriptionem Reformationis ac Tertii Ordinis S. P. N. Francisci in Polonia,* quem an. 1722 scripsit R. P. Ioa. Kamienski, — 1 vol. 304 ff. quorum 10-263 paginas numeratas praeseferunt 1-508. Ultima ff. 41 vacua remanent.

1 c. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus III: Continens Provinciae Maioris Poloniae Observantium ab alijs divisionem et primam eiusdem Erectionem, Initia, Progressus et incrementa ab Anno 1628 usque ad Annum 1727;* scripsit R. P. Ioa. Kamienski an. 1627-1729. — Foliorum 619, quorum 5-582 v uti paginae 1-1156 numerata fuerunt.

1 d. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus IIII: Continens trium Conuentuum videlicet Posnaniensis Thoruniensis ac Vschovensis Fundationem, Progressus ac res maemorabiles* (sic), quem scripsit R. P. Ioa. Kamienski.

Chronica Conv. Posnaniensis ff. 228 habet, quorum 5-223 paginas numerant. Pertingit ad annum usque 1753. — Chronica Conv. Torunensis (1) ff. 130 habet, a 3° ad 130 numerantur pp. 257. Ad an. 1739 perducitur. — Chronica Conv. Wschowa (ad an. 1741), ff. 98, a 3° ad 98 numerans pp. 191.

Cum an. 1729 R. P. Ioa. Kamienski obiisset, alius, forsan P. Mansuetus Grabowski alios annos adiunxit.

1. e. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus V: Continens Progressus Almae Provinciae Maioris Poloniae Observantis ab Anno 1728... Opera P. Fr.* Mansveti Grabowski. *Anno Domini 1750.* — Pervenit usque in an. 1752; ff. 345, quorum 15 in fine vacua sunt: paginae 672 numerantur.

2. deest. = 3. *Liber II Archivij.... in quo aliud reperitur* (sic) *literae instantiales ad Sanctissimum pro Beatificatione V. S. D.* Ioannis de Dukla *a toto Senatu Regni et Responsoriales ad hasce. Item controversia circa*

(1) Thorunium Torun, germ. Thorn, ad Vistulam in Boruss. occid., de quo conv. cf. K. Kantak, *Z. Kroniki Bernardynow Torunskich, Zapiski Tow. Nauk w Toruniu,* tom. I, N. 9, Torun 1910.

Introductionem Reformationis ab Anno 1608 usque ad Annum 1660. — 313 ff. non num.

3. D. (*Constitutiones Papales Capitulares* etc. 1586-1608). — 178 ff. non num.

(3. E deest).

3. F. *Chronologica Provinciae Poloniae O. F. Minorum Regularis Observantiae vulgo Bernardinorum Relatio, in qua strictim quidem et non graphice, attamen nullo infidelitatis naevo refertur Provinciae Fundatio, Coenobiorum erectio, accessio, progressus et incrementum opera Fr.* Ludovici Zbassynii... *ex Scripturarum Archivii Antiquis Cartophylaciis.* — 360 ff. quorum 3-339 num. 1-673. Alia vacua sunt. Protrahitur usque in an. 1627. — Adest in eodem volumine:

Topographica ac Chronologica Conventuum Provinciae Maioris Poloniae descriptio, in qua referuntur fundationes dictorum Conventuum recensitis Fundatoribus Patronis et Benefactoribus Fratrum et Sororum dictae Provinciae Praefecto subiectarum. Praeterea describuntur omnia Privilegia, Apostolica Regalia et municipalia uniuscuiusque Conventus. — ff. 309, quorum 1-305 numerantur 1-609. Ultima 4 non num. indicem continent. Pervenit ad an. 1650.

3 G. *Chronologicae Provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Angelorum O. F. Minorum Regularis Observantiae vulgo Bernardinorum delineationis seu relationis continuatio seu pars posterior, in qua strictim referuntur memorabilia nostri temporis, quorum quaedam diligenti studio et ex relationibus non suspectis investigavimus pluribus vero praesentes interfuimus.* — 80 ff. quorum 3-78 numerantur (1-151). Decurrit ab an. 1628-1641.

3. H. (*Acta provincialia et capitularia* ab an. 1640-1655). — 167 ff. quorum 6-147v. num. 1-284 pp.

3. I. *Hierarchia Concentrica Agendorum in Provincia S. Mariae Angelorum Poloniae Maioris ab anno 1655.* — 198 ff., quorum 4-165 numer. uti folia. Pertingit ad an. 1665. 3. = K. deest.

3. L. *Acta Almae Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. ab anno 1655 usque ad annum 1668.* — 67 ff. quorum 5-126 pp. num. = In eodem volumine continetur etiam:

3. M. *Acta Almae Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. ab anno 1668 usque ad an. 1671.* — 42 ff. quorum 35: 1-70 pp. numerantur; ultima vacua sunt.

3. N. *Acta Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. ab an. 1671 usque ad an. 1674.* — 85 ff. quorum 4-85 num. 1-164 pp. = In eodem vol. habentur quoque:

Acta Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. ab an. 1674 usque ad an. 1676. — 87 ff. quorum prima num. 1-157 pp.; ultima 7 vacant.

3. O. *Acta Almae Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. ab an. 1683 usque ad an. 1686.* — 99 ff. quorum 6-99 1-188 pp. num. = In eodem vol.:

(*Acta provincialia ab anno 1686 ad annum 1700*). — 469 ff. quorum 5-457 num. 1-945 pp.

3. P. *Acta provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Angelorum ab an. 1710 usque ad an. 1741.* — 693 ff. quorum 5-688, num. f. 1-1367 pp.

3. Q. *Acta capitularia Provinciae Maioris Poloniae S. M. Ang. Ordinis Minorum Observantium ab an. 1741 ad annum 1766.* — 614 ff. non num.

3. R. *Iura, Privilegia, Decreta et Praetensiones ad Conventum Gedanensem* (1) *et Ecclesiam Ss. Trinitatis Fratrum Minorum Regularis*

(1) Gedanum, Gdansk, germ. Danzig.

Observantiae Maioris Poloniae. — 72 ff. numerata, continetque documenta an. 1421-1690.

4. *Topographica et Chronologica Conventuum Maioris Poloniae Descriptio.* Haec habetur in vol. 3 Fol. v. p.

5. *Archivium Conventus Suetcensis* (1). = 6. deest.

Topographica seu Chronologica Conventuum Maioris Poloniae descriptio. In qua referuntur Fundationes dictorum Conventuum, recensitis Fundatoribus ac Benefactoribus ac Patronis Fratrum ac Sororum gubernio dictae Provinciae Praefecti Subiectarum. Praeterea describuntur omnia Privilegia Apostolica, Regalia, Municipalia uniuscuiusque Conventus; et primo delineatur Conventus Posnaniensis.... opera R. P. Fr. AUGUSTINI CIEPLINSKI. Paginae num. 188 usque ad fol. 94v. = *Loci Costensis* (2) *Receptio, Fundatio, Progressus,* auctore P. AUG. CIEPLINSKI; ff. 95-104 vacua sunt; textus a f. 104v-110v currit, i. e. p. 208-220. = *Locus Wschoviensis,* auct. eodem Patre, f. 117v-123r (i. e. p. 234-45). = *Locus Cobylinensis* (3), eodem auct. f. 128v-134v (p. 256-68). = *Locus Calissiensis,* sine auctoris nomine, f. 140v-146v (p. 280-92). = *Locus Rotopolitanus seu Colensis* (4), sine auct. nomine, f. 152v-162 (p. 304-323). = *Locus Varthensis* (5), sine auct. nom., f. 118v-133r (p. 336-365).

Locus Bydgostiensis auct. P. LUDOVICO DE ZBASZYN, f. 139v-148 (p. 378-95). = *Locus Casimiriensis* (6) auct. P. CIEPLINSKI, f. 200-210 (p. 400-19). = *Locus Novi Castri* (7), sine nom. auctoris, f. 224v-231 (p. 428-461). = *Locus Sieracoviensis,* sine nom. auct., f. 235v-238r (p. 470-75). = *Locus Svecensis,* sine nom. auct. f. 242v-246 (p. 484-91). = *Locus Cosminensis* (8), sine nom. auct. f. 247v-50 (p. 494-99). = *Locus Gorcensis prope oppidum Lobzenica,* sine nom. auct. f. 253v-57 (p. 506-513). = *Locus Ostrzeszoviensis,* sine nom. auct. f. 259-263 (p. 518-25). = *Locus Grodicensis,* sine nom. auct. f. 265v-307 (p. 530-613). = *Locus Lobzynicensis,* anonym. f. 313v-317 (p. 626-24).

Parthenon Sanctimonialium Posnaniensium auct. P. CIEPLINSKI, f. 321v-326 (p. 642). = *Locus Varsaviensis,* auct. P. LUD. DE ZBASZYN, f. 332v-366 (p. 664-732). = *Locus Loviciensis* (9), auct. P. LUD. DE ZBASZYN, f. 368v-377 (p. 736-753). = *Locus Skapensis* (10), anonym. f. 384v-417 (p. 768-816). = *Locus Lubaviensis,* auct. P. LUD. DE ZBASZYN, f. 412-424, (p. 824-848). = *Chronologica Conventus Prasnensis Descriptio,* anonyma f. 427v-439, (p. 854-877). = *Locus Vatemburgensis* (sic), anonym. f. 440v-451v (p. 880-902). = *Locus Zlaczeviensis* (sic), anonym. f. 445v-459v (910-918). = *Erectio ac Fundatio Conventus Petricouiensis,* anonym. f. 463v-466 (p. 926-931). = *De Loco Lanciciensi* (11) f. 471v-489v (p. 942-958).

Fundatio Conventus Vidaviensis, anonym. f. 484v-486, (p. 968-971). — *Locus Ostrolecensis,* anonym. f. 489v-506. (p. 978-1011). — *Locus Cadinensis,* anonym. f. 510-519), (p. 1020-1037). — *Locus Ratouiensis,* anonym. f. 521v-527v (p. 1042-1054). — *Conventus Varsauiensis ad Aedes s. Michaelis Archangeli Sanctimonialium,* anonym. f. 530v-538 (p. 1060-1075). — *De Loco et Monasterio Wielunensi* (12) *Sanctimonialium,* anonym. f. 542v-545v (1084-1090). — Tria ultima ff. vacant. Opus explicit anno 1689.

---

(1) Hoc MS. describere nequeo, cum pro nunc sit ap. R. D. Par. Kujot. in Grizyno (Boruss. occid.). (2) Costen, Koscian, germ. Kosten in prov. Posnan. (3) Kobylin in prov. Posnan. (4) Kolo in gub. Calis. (5) Warta in gub. Petricov. (6) Kazimiercz, Kasimirsh in gub. Calis. (7) Neuenburg. cf. p. 123. n. 1. (8) Kozmin, germ. Koschmin, in prov. Posnan. (9) Lowicz in gub. Varsav. (10) Skempe vel Skompe in gub. Plocensi. (11) Leczyca in gub. Calis. (12) Wielun in gub. cit.

8. *Archivium Conventus Norensis*(1). = 9. *Archivium Conventus Sprimbornensis.* 41 ff.; pergit ad an. 1792 inclusive. = 10. *Archivium Conventus Cobelinensis* (sic) 56 ff.; usque in an. 1792. = 11 et 12. desunt. = 13. *Archivium Conventus Lovicienstis* 78 ff.; usque in an. 1806. = 14. *Archivium Conventus Ostrolecensis.* 58 ff.; usque ad an. 1792.

15. *Archivium Conventus Sierakoviensis.* 96 ff.; usque ad an. 1819. = 16. *Archivium Conventus Skempensis.* 17 ff. complectitur an. 1724-1792. = 17. *Archivium Conventus Varthenburgensis.* 63 ff.; usque in an. 1792. = 18. *Archivium Conventus Gorcensis.* 33 ff.; usque in an. 1792. = 19. *Archivium Conventus Czerniakoviensis.* 75 ff.; usque an. 1795.

20. *Archivium Conventus Bidgostiensis.* 215 ff.; usque ad an. 1798(2). = 21. *Archivium Conventus Petricoviensis.* 101 ff.; usque an. 1792. = 22. *Archivium Conventus Prasnensis.* 87 ff.; usque ad an. 1794. = 23. *Archivium Conventus Zlaczeviensis.* 111 ff.; scriptum an. 1791, nec ultra pergit. = 24. deest.

25. *Archivium Conventus Vidaviensis.* 35 ff.; usque in an. 1793. = 25. *Archivium Conventus Lubaviensis*(3). = 27. *Archivium Conventus Ostrzeszoviensis.* 45 ff.; usque ad an. 1795. = 28. *Archivium Conventus Golanecensis.* 49 ff. usque ad an. 1794. = 29. *Archivium Conventus Cadinensis.* 120 ff. usque ad an. 1790.

30. a, b, c, e, 31, 32 desunt. — 33. *Archivium Conventus Varsaviensis.* 259 ff.; explicit an. 1793.

Omnia haec volumina typum uniformem prae se ferunt, insimulque 300 ff. numerant. Primum fol. semper vacat; in secundo incipit textus, qui per folia apud singulos supra notata decurrit. Ultima folia vacant. Singula volumina an. 1767 conscripta sunt, excepto num. 23. Cum enim Capitulum Provinciale an. 1762 magnam circa Chronica Conventuum negligentiam vituperasset, Chronistis (qui erant Praedicatores ordinarii Conventuum) imperavit, ut omnia Chronica ad Archivum Provinciae transmitterent(4). Hinc ista exemplaria anno 1767 confecta sunt. Postea notae ulteriores adiectae fuerunt. Cum autem an. 1793-95 bella, divisionem Poloniae sequentia regionem devastarent, Chronicae maximam partem neglectae sunt.

36. *Bullae Decreta ac Indulta Summorum Pontificum cum annexis litteris ac privilegijs regum A. D. 1716.* 99 ff., i. e. 197 pp. finit an. 1775.

37. 38. 39. 40. 41. 42. *desunt.*

Ergo hodiedum 45 volumina huius Archivi antiqui PP. Bernardinorum adsunt, in 26 num. divisa. Volumina quae *Archivia* inscribuntur iam ante an. 1744 exsistebant, materialiter, supra descripta autem, formaliter non sunt nisi copiae antiquiorum(5) an. 1767 confectae. — Aliqua MSS. supra deficientes, forsan in collectione sequenti continentur, v. gr. num. 4 et 5.

Suntque ibidem et sequentia volumina:

1. *Cathalogus Fratrum mortuorum Ordinis Minorum de observantia beati Francisci in Provincia Polona conscriptus in primis a fundatione*

(1) Modo hoc volumen apud R. D. Par. Kujot est.

(2) Huius MS. descriptio accurata habetur ap. Ks. K. Kantak, *Kronika Bernardynów Bydgoskich*, Poznan 1907, p. 32 seqq.

(3) Hoc volumen pro nunc ap. D. Presb. Kujot est.

(4) *Acta Capitularia Prov. Mai. Poloniae...* ab an- 1741-66, fol. 503.

(5) Cf. Kantak, l. c. 5 seqq.

omnium locorum per Reverendum Patrem INNOCENTIUM A COSTEN, *dictum* CHALIBISILLUS[?](1) *socioque eius, Reuerendo Patre* IOSEPHO A PONIEC(2), *zelatores animarum, qui fecerunt omnes fratres omnium locorum colligi quotquot poterant inveniri, et in hanc formam per modum regestri redigi et conscribi quousque ad annum domini 1531; deinde ab anno praedicto conscriptus fuit per Reverendum Patrem* FRANCISCUM A LEOPOLI *dictum* CORNUS *usque ad annum 1587, Rev. Patrem* SERAPHINUM DE CHRZANOW (3) *est annotatus; postremo ab anno supranominato ad annum 1600 et ultra per Fratrem* VALENTINUM (4), *sacerdotem indignum, est collectus et in istum librum scriptus, summaque cum diligentia quantum fieri potuit, annotatus anno Domini 1604; quorum animabus deus optimus dignetur misereri, dareque requiem sempiternam. Amen.* — 1 vol. in-4°, cetera sunt in-fol.; habet 313 ff. ex ordine paginatas.

2. *Chronologica Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiae vulgo Bernardinorum in Regnis Poloniarum relatio cum Topographica Conventuum Provinciae Sanctae Mariae Angelorum seu Maioris Poloniae delineatione, in qua strictim quidem et non graphice attamen nullo infidelitatis naevo refertur Provinciae Fundatio, Caenobiorum Erectio, Progressus et Incrementum,* auct. P. LUDOV. DE ZBASZYN. — Fol. 219, quorum 2-218 num. pagg. 433. — Explicit anno 1664.

3. *Annalium Polono-Seraphicorum Tomus V: continens Statuta Provincialia et Synopsim Provinciae Maioris Poloniae.* — Fol. 127, quorum 3-120 num. 240 pp. — Auctor videtur fuisse P. MANSUETUS GRABOWSKI, circa an. 1729 53. Erronee signatur vol. V, cum revera sit vol. VI.

4. *Chronographia et brevis delineatio Provinciae Maioris Poloniae.* — Fol. 92 sine num. paginarum, nec ligatus est.

5. *Liber Ordinationum provincialium.*

6. *(Acta provincialia ab anno 1701-1786).* — Fol. 732, absque titulo et pagg. numeratione.

7. *(Acta provincialia ab anno 1714-1741).* — Fol. 685, absque titulo et pagg. num.

8. *(Acta et ordinationes ab anno 1725-1744).* — Fol. 477, sine titulo et pagg. num.

9. *Constitutiones per Admodum Reverendos Patres Provinciales ex Venerabili Diffinitorio ad Observandum in Conventibus omnino compilatae ab anno Domini 1743 per Admodum Reverendum Patrem* BALTHASARUM OBERMAJER, *lectorem iubilatum, Diffinitorem Habitualem, Provinciae Patrem, Chronologum Provinciae.* — Foll. 50, sicque numerata. — In ipso continetur quoque:

Chronologia Provinciae ab anno 1751. Continens Adnotationes Ministrorum Provincialium, Capitulorum, Intermediarum Congregationum, Constitutiones selectas, variorum Definitoriorum Decretorum, Religiosorum, Patrum et Fratrum ab hoc tempore mortuorum. Tandem Acta Annalistica provinciae nostrae et Regni nostri. Per me Fratrem FELICEM DOBROWICZ, *Lectorem iubilatum, Diffinitorem Actualem, Notarium Apostolicum et Chronologum Provinciae conscripta.* — Fol. 103 sic num.

10. *(Acta provincialia ab anno 1754-1759).* — Fol. 83 sine tit. et pagg. num.

---

(1) Innoc. de Koscian (Costen), obiit 1541. Cf. Golichowski, *Przed nową epoką*, Kraków 1899, p. 157.

(2) P. Iosephus de Poniec, mortuus an. 1567. Golichowski, l. c.

(3) Qui obiit an. 1621 (?); op. cit. 290.

(4) Val. Kortowski (?), mortuus initio saec. XVII.

11. *(Acta capitularia ab anno 1746-1797).* — Fol. 304, sic num.

12. *Constitutiones Provinciae Polonae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Bernardinorum.* — Fol. 248, quae num. pagg. 1-496. Explicit anno 1789.

13. *(Kalendarium provinciale).* — Fol. 78. Sine titulo et pagg. num.

14. *Memoria Patrum ac Fratrum mortuorum Ordinis Minorum sancti Francisci regularis Observantiae Provinciae Maioris Poloniae sanctae Mariae Angelorum sub regimine Admodum Reverendi Patris* IOANNIS NEPOMUCENI MODLIBOWSKI, Varsaviae, reimpressa, 1793. — Pagg. 320; unicum vol. typis expressum.

15. *(Acta provincialia ab anno 1796-1864).* — Fol. 400, sine tit. et pagg. num.

16. *Calendarium Polono-Seraphicum Patrum ac Fratrum in Domino defunctorum,* auct. R. P. TIMOTHEO KAFFKA. — Fol. 93; in-4°.

17. *Liber mortuorum subscriptus anno 1790 die 24 Aprilis.* — Fol. 72; in-8°.

18. *Directorium Magistri Novitiorum Ad Normam Provinciae Polonae Patrum Bernardinorum compactum per fratrem* DANIEL. — Fol. 76, i. e. pagg. 1-151.

19. *Archivium Torunense,* 2 voll. 20. = *Archivium Zamartense* (1). = 21. *Archivium Conventus Posnaniensis.* — Fol. 82, i. e. pp. 1-164; pertingit ad annum 1793. — Aliud exemplar huius Chronicae (1722), habetur Posnaniae in Bibliotheca amicorum Philomathorum Polonorum *(Towarzystwo Przyjaciół Nauk)* (2).

22. *Chronologia Conventus Kolensis.* Inceptum a R. P. CIEPLINSKI, perducitur ad an. 1790. — Fol. 35, i. e. pp. 1-70. = 23. *Archivium Conventus Colensis.* Inceptum a R. P. Francisco Jankowski; complectitur an. 1792-1870. Fol. 170. = 24. *Archivium Conventus Zlaczeviensis.* Inceptum 1762; pervenit ad an. 1794. — Fol. 95 i. e. pp. 190.

25. *Liber epistolarum pastoralium tam Ministrorum Generalium quam eorundem Commissariorum et Provincialium huius Almae Provinciae Maioris Poloniae Sanctae Mariae Angelorum Conventus Zlaczeviensis.* Continet annos 1699-1756. Fol. 138.

26. *(Acta Conventus Zlaczeviensis ab an. 1767-1827).* Fol. 121. = 27. *Archivium Conventus Przyroviensis* (3). Pertingit ad an. 1792. Fol. 42. = 28. *Archivium Conventus Varthensis reassumptum anno 1726.* Pertingit ad an. 1864. Fol. 82, i. e. 143 pp. = 29. *Archivium Conventus Varthensis.* Finitur an. 1870. Fol. 29, i. e. 58 pp. = 30. *Archivium Conventus Grodicensis.* Explicit an. 1792. Fol. 150 i. e. pp. 300.

31. *Archivium Conventus Cosminensis.* Perductum est ad an. 1791. Fol. 27 i. e. pp. 54. = 32. *Chronotopographia Conventus Skempeniss.* Fol. 52, i. e. pp. 104. = 33. *Archivium Conventus Costensis.* Pervenit ad an. 1791. Fol. 47, i. e. 94 pp. = 34. *Archivium Conventus Lanciciensis.* Absolvitur an. 1788. Fol. 61, i. e. pp. 122. = 35. *(Acta Conventus Lanciciensis).* Fol. 112. = 36. *Archivium Conventus Strzegocinensis.* Explicit an. 1787. Fol. 54 i. e. 108 pp.

37. *Liber Selectarum Sanctionum Admodum Reverendorum Patrum Provincialium Huius Almae Provinciae Maioris Poloniae Superiorum Dignissimorum Conventus Loviciensis anno Domini 1743.* Fol. 103. —

(1) Zamerte, germ. Jakobsdorf in Boruss. occid.
(2) Hoc MS. mox edam in annuario dictae Societatis.
(3) Przyrów (Prshyrow), in gub. Petricov.

38. *Liber pastoralium Conventus Casimirensis*, composuit R. P. MAXIMUS LANGE. Complectitur an. 1773-1790. Fol. 28.

39. *Liber pastoralium Conventus Prasnensis.* Fol. 33.

40. *Regestra Eleemosynae expensae Conventus Petricoviensis anno 1801.* Fol. 46.

41. *Admissio ad Notariatum Patris Ioannis Kamienski.* Fol. 13, in-8°.

42. *(Acta Bernardinorum Lezayscenscium Provinciae Minoris Poloniae).* Continet an. 1633-1644. Fol. 123 sine titulo et pagg. num.

Dicta MSS. omnia in-fol. sunt, nisi ubi alia eorum forma expresse notatur.

Praeter supra recensitos et descriptos MSS. Codices alia quoque documenta et acta in Bibliotheca supradicta adservantur, v. gr.: Acta Beatificationis B. Ladislai a Gielniow et (B.) Raphaelis de Proszowice alteriusque, epistolae, etc. etc. aliaque.

Hodiedum Bibliotheca Capituli Wloclawecensis e documentis Patrum Observantium (Bernardinorum) Maioris Poloniae continet 87 voluminibus: opera 68 et unum librum typis editum.

Fateor vero descriptionem meam non esse omni numero absolutam, cum mihi in Bibliotheca illa commoranti parum suppetiisset temporis, ut omnia illa recensita accurate inviserem, praesertim cum MSS. ista nullo modo ex ordine disposita essent. Nihilominus specimen meum utilitatis fore non parvae confido. Demum adnotes velim, in dicta Bibliotheca adservari quoque plurima documenta aliorum religiosorum, praesertim vero Fratrum Minorum Polonorum Reformatorum sive Strictioris Observantiae dictorum. De his quoque alia occasione rationem reddam atque descriptionem eorum proponam.

Posnaniae. K. J. KANTAK
Dr. Theol.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Kingsford C. L., Little A. G., Tocco F.** — *Fratris Iohannis Pecham, quondam Archiepiscopi Cantuariensis, Tractatus tres de Paupertate cum Bibliographia.* — Aberdoniae, Typis academicis, 1910, pp. VII-198; in-8°. — (British Society of Franciscan Studies, vol. II).
2. **Tocco Felice.** — *La Quistione della povertà nel secolo XIV secondo nuovi documenti.* — Napoli, Francesco Perrella Editore, 1910, pp. XI-311; in-12°. (Pretium L. 5). — (Nuova Biblioteca di Letteratura, Storia ed Arte diretta da Francesco Torraca, vol. IV).

1. Volumen alterum recentis Societatis Britannicae pro studiis franciscanis quibusdam Iohannis Pecham Ord. Min., Archiepiscopi Cantuariensis († 1292), dedicatum est opusculis, quae relationem intimam habent ad magnam controversiam de paupertate saec. XIII, tum inter clerum regularem et saecularem, tum inter ipsos Regulares agitatam. Docti editores textuum huius voluminis, rerum tractandarum certe gnari erant. Quod autem pro Iohannis Pecham opusculis edendis univerunt vires plane laudandum, nam dubitari non potest, quin magnus ille Doctor Parisiensis, Sacri Palatii Magister et demum Primas Angliae, pro momento suo nondum satis existimetur, praeterquam forsan in patria sua Anglia. Pauca de hoc volumine adnotemus.

Imprimis editores scribunt *Pecham,* non uti communiter fiebat *Peckham,* quia haec ultima orthographia in errorem ducere posset quoad patriam Archiepiscopi, quae est hodiernum Patcham (Sussex), non vero Peckham (Kent and Surrey). Obiter noto iam P. Pamphilum a Magliano, *Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani,* II, Romae 1876, 125 ss. eodem modo scripsisse hoc nomen. Tractatus utilissimus aperit librum (1-12), bibliographia scil. operum Fr. Iohannis cum editionum et codicum indicatione, quae quidem bibliographia quoad codices maxima ex parte fundatur in enumeratione quam PP. Collegii Ad Claras Aquas: *De Humanae cognitionis ratione anecdota quaedam,* Ad Cl. Aquas 1883, XV-XVIII dederunt, quin tamen editores hunc fontem potissimum ut talem indicaverint. In recensendis Commentariis in lib. sent. indicari potuit, quod in Catalogo Bibliothecae Frat. Min. Senis a. 1481 contexto invenitur opus, quod ad Pecham referri debere videtur: *Opus Ioannis de Checcano super quatuor libros sententiarum in pergam. bona littera.* Cfr. Papini, *L' Etruria Francescana,* Siena 1797, 137. Nec cl. Hurter, nec Chevalier, aliive Iohannem de Checcano sententiarium cognoscunt, nec Waddingus nec Sbaralea talem recensent. Puto igitur ibi legendum esse *de Peccano* et ad nostrum Iohannem referendum, eumque proinde in *omnes* quattuor libros sent. scripsisse.

Ibidem p. 120 *in 1 sent.* et p. 198, Postilla *Super Cantica Canticorum Ioannis de Picciano* commemorantur. — Inter versiones Philomelae (p. 8) post Editores Opp. om. S. Bonav. communiter nostro Pecham attributae, nulla versio itala enumeratur, et tamen uno anno 1874 tres saltem prodierunt: Giuseppe Rè [O. F. M.], *La Filomena del Dottor Serafico S. Bonaventura,* Roma 1874; Pr. Antonio Campanella, *Filomena, Ritmo di San Bonaventura,* Genova 1874; P. Francesco Maria da Salerno, M. O., *Della poesia nel serafico Dottore S. Bonaventura,* Genova 1874, pp. 128-171. Adiungitur in duabus ultimis versionibus textus latinus, qui etiam invenitur in nova versione germanica auct. Lebrecht Dreves, *Des hl. Bonav. Nachtigallenlied,* Einsiedeln 1865. Alias versiones cf. ap. Sbaralea, *Suppl. ad SS.,* 158 sq., I², 163 sq. — *Formula Confessionum* (5) habetur v. gr. etiam in Bibl. Reg. Monachii Cod. lat. 14625: ubi, sicut in illo Parisiensi, Joh. Rigauld ascribitur aliisque.

Unum opusculum Ioh. Pecham in elencho supra allegato et in hoc novo desideratur: In Cod. 560 (olim F. 3. 12) Bibl. Angelicae, Romae, chart. saec. XV binis columnis una manu conscripto f. 114ra-115vb habetur, uti in fine tractatuli dicitur f. 115vb: *Summa de esse et essentia secundum fratrem Iohannem de pexano alias de piziano.* Sunt 8 columnae in folio. Incipit: *Sensus mei penuria, temporis angustia et fratris instantia cogit, ut de sublimibus humilia, de grandibus exilia, de difficilibus questionibus brevia inseram....* Expl. f. 115vb: *Et hoc mixime* [?] *ego asserendo presumo, set facultati infantie tue interim comitto quod diligenti studio iuvenili ingenio scolastico exercicio dedisti in gingnasio magistrali, deg.* [?]. *Deo gratias.* Cfr. etiam Narducci, *Catalogus codicum manuscriptorum... in Bibliotheca Angelica...* I, Romae 1892, p. 243-44. — Quod opusculum quidam Confrater meus alibi mox est editurus.

Tractatus pauperis, seu *de perfectione evangelica* cura cl. Prof. A. G. Little prodiit: 13-21-90, vel potius fragmenta eius. Capp. I-VI, XIII plane omittuntur; integre eduntur Prologus, Cap. X (expositio Regulae, et ut talis bis iam edita ap. *Firmament.* 1512, p. IV, f. CXII v. sqq., 1513, p. III, f. 71 sqq.), et XVI (ultimum); ex reliquis capitibus extracta dantur, eo criterio, ait editor p. 19, ut cognoscatur positio Iohannis ac eius adversariorum, includantur rarae allusiones autobiographicae et historicae, necnon ea quae ad S. Franciscum eiusque ordinem referuntur. Hunc tractatum, caeteroquin iam a Petr. Ioh. Olivi. AFH I, 622, et Ubertino de Casali, ALKG II, 399, 401 et passim. laudatum, Editor scriptum timide conicit (17) contra Nicolaum Lexoviensem (Lisieux), qui certe, ut puto, respondit huic tractatui Ioannis. Quoad tempus compositionis merito consideratur membrum illius litis inter Universitatem Parisiensem et clerum saecularem ex una parte, ac Ordines Mendicantes ex alia, et inde iam habemus limites quosdam. Terminus *ante quem* certissimus est annus 1279, si aliis, tum praesertim ea ex ratione, quia nunquam auctor de decretali Nicolai III *Exiit* (15 aug. 1279) loquitur, e contra saepius appellat ad bullam Gregorii IX *Quo elongati* (28 sept. 1230), quae tamen decretali *Exiit* practice eliminata est. Cfr. *Seraph. Legislat. textus orig.,* Ad Cl. Aq. 1897, 222-23.

Merito editor (19) sinceritatem auctoris laudat, qui non omnia quae apud Mendicantes inveniebantur, probabat, ex. gr. quod (p. 37) magna aedificia « monstra professionis » vocat; cf. etiam p. 85. Aliqua etiam habentur de Benedictinis saec. XIII (26), de labore manuali (25). de intentione S. Francisci circa eremos (29), de relatione regulae

secundae cum Gregorio IX (32), de tunica Christi «in Argentulio iuxta Parisius» (Argenteuil), quam auctor vidit (59). — Saepius apud Pechamum sermo est de prophetiis S. Hildegardis circa Mendicantes (18, 64, 76-77) et in tractatu contra Kilwardby (137), quas prophetias partim ex operibus Sanctae initio saec. XIII collectas, partim directe contra Mendicantes medio saec. XIII confictas, (cfr. Migne, P. L. 197, 74-84) iam Matthaeus Parisiensis ad a. 1240, ed. Luard. IV, London, 1877, 82-83, et ad a. 1243, l. c, 280 contra Mendicantes adhibuit, dum Bzovius, *Annales eccl. post Baronium*, vol. XV, Coloniae Agrip. 1622, p. 465, illam confictam ad a. 1415 n. 39 refert.

Citationes cl. editor ordinarie verificavit, qui certe labor iucundus non fuit, nec semper successu felici est coronatus. Inter omissa notavimus p. 35 agi de Papia dicto Vocabulista, qui circa a. 1053 *Lexicon catholicum* composuit, quod initiis artis typographicae pluries prodiit. Locus citatus quoad sensum in editione Venetiis 1496 invenitur sub v. *possidet*. Insuper editor ad verba Pechami, 40: " Et ideo dicit Gaufridus *de maioritate et obedientia* " (cf. 137; *La Quistione*, 154, ubi Pecham citat *exempla de maio*. etc.) in nota posuit: " *Fr. Gaufridus Custos Paris.?* " Sed clarum est hic non agi de Gaufrido illo Custode Parisiensi, qui in Prologo *Quattuor Magg.* commemoratur, nec de ullo alio Fr. Minore. Illud enim *de maioritate et obedientia* non est titulus operis cuiusdam, sed est rubrica *tituli 33 lib. I Decret. Gregorii IX.* Ideo recte Cod. Vat. lat. 1013 addit: *titulo*. Gaufridus vero ille est Goffredus de Trano, cappellanus Greg. IX et auditor contradictarum, ab Innocentio IV Cardinalis creatus a. 1245, quo etiam mortuus est. Scripsit vero hic inter alia *Summam super rubricis decretalium*, quae certe hic a Pechamo allegatur, et saepius edita est. Cf. v. Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Litteratur des Canonischen Rechtes*, II, Stuttgart 1877, 88 ss. — Pag. 81 falso legitur *lupi* pro *lippi*. Est enim allusio ad notissimum illud Horatii Satir., lib. I, 7, v. 3: *omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.* Mendae typographicae corrigendae sunt, p. 4 ecclesiastic*um* offici*um*, p. 7 *Cherancé* pro Chersné, p. 54 *peccata* etc. — Patet § de Vita S. Antonii (7) penitus erroneam esse. — De Tractatu Ioh. Pecham contra Kilwardby, edidit Tocco 91-147 cfr. infra sub 2.

Kingsford edidit critice compositionem quamdam poeticam: *Defensio Fratrum Mendicantium* de lite inter Regulares et Saeculares. Pluries iam typis edita erat, olim inter opera S. Bernardini Senensis (!), et ut opus *Fr. Guidi de Marchia*, Galli, O. Min. († c. 1315) illud ed. B. Hauréau, *Bibl. de l'École des Chartes*, XLV, 1884, 1-30. Kingsford utrique compositionem originalem abiudicat, et fateor, quoad S. Bernardinum, omni cum iure; nec vellem ei attribuere — doctus editor (151) possibile hoc credit — ultimam redactionem longiorem. Cum ingenio miti et pacifico Sancti Senensis vix tale opus commune quid habet.

Difficilior est quaestio quoad Guidum de Marchia. Et sane si attendimus codices, huic non minus favent, immo plus quam Pechamo. Duo enim codices (149), quorum unus nunc desideratur, Guido expresse attribuunt opus, dum unus Pechamo; *moderna* enim attributio in altero codice (148) plane negligi potest. Accedit, quod nullus codex notus *indubie* saeculi XIII est. Editor, quod codicum fides non dat, ex argumentis aliis, scil. internis, supplere studet, uti ex tempore primitivae compositionis inter a. 1255-70 (153), quibus annis Pecham Parisiis docebat (151), qui certe partem litterariam habuit in notissima illa controversia; imo poema nostrum plures locos parallelos habet cum locis aliorum operum Pechami (154). — Haec omnia mihi non videntur sufficere ad determinandum huius operis auctorem. Ipse editor dubium

non penitus deposuisse videtur, cum (149) scribat attributionem Pechamo esse *acceptabilem*. Quidquid est de auctoris nomine, opus attribuendum est docto cuidam Fratri Minori, et pulchrum est exemplar huiuscemodi litterature satiricae, ad quam auctores ex utraque parte saec. XIII in Gallia, saec. XIV in Anglia confugerunt, quorum plura in duobus voluminibus collecta sunt a Wright, R. B. SS. *Political Poems and songs,* Londini 1859-61. Iuxta theoriam plurium redactionum, editor illum textum, quem originalem seu primitivum non credidit, in notas relegavit et indubie in multis casibus obvium est ibi agi de alteratione poematis originalis. Generatim editio accurata haec et notis doctis, quae solae in finem relatae sunt 192-8, illustrata est. Quoad tempus compositionis hoc addidisse velim. Ut ultimum terminum *post quem,* ex ipsa compositione collectum, editor (152) indicat mortem Petri Martyris 1252. Sed alius terminus posterior clare habetur, nempe epistola concordiae inter FF. O. Praed. et O. Min. Iohannis a Parma et Humberti de Romanis, data Mediolani die 2 feb. a. 1255; cf. AFH III, 612, not. 3.

Huius enim epistolae verba repetuntur versibus 258 ss. « Hii [S. Dominicus et S. Franciscus] sunt due tube argentee veri Moysi, Christi Dei nostri, quorum ministerio multitudinem innumerabilium populorum iam ad suum servicium convocavit »; cf. vers. 261-64. — « Hii sunt duo cherubini pleni sciencia mutuo se respicientes, dum idem senciunt, et alas suas expandentes ad populum »; cf. v. 258-60; (cf. II Cel. II, 109). — « Hi sunt duo testes Christi, qui saccis amicti iam praedicant et testamentum [sic Reichert, 26; Rodulphius et Waddingus recte *testimonium*] perhibent veritati »; cf. v. 269-71. Versi 277-80 praecise indicant scopum litterarum encyclicarum duorum Generalium. — Demum p. 175, v. 125 ss. *Mundus* inscribendi sunt, non *Religio.*

2. Cl. Prof. Fel. Tocco, mox post editum volumen: *Studii Francescani,* cf. AFH II, 326 sqq., alterum edidit librum, qui ex parte nova praebet, ex parte iam edita continet. Pars prima (1-173) generali titulo: *La Quistione della Povertà* insignita, exhibet extracta ex codice *Zanetti, lat. 142* Bibl. S. Marci Venetiis, qui codex saec. XV iussu, uti videtur, Card. Bessarionis ex archetypo *Cod. lat. Vaticano 3740* est transcriptus. Iam a. 1886-87, hoc opusculum cl. Professoris prodierat in *Ateneo Veneto* sub titulo: *Un codice della Marciana di Venezia sulla quistione della povertà;* unde et separatim prodiit, Venezia 1887, in-8°, [IV], 116 pp. Sunt sententiae cardinalium, episcoporum, magistrorum theologiae et aliorum in Curia praesentium, datae inter 1321 et 1323 de notissima illa quaestione: utrum Christus et apostoli quid in communi vel in particulari proprium habuerint. Hae sententiae in codice Vaticano, nitida illa scriptura gothica, uti in Curia Avenionensi in usu erat, conscripto, quique Collectionem officialem continere mihi videtur, volumen *in-folio* parvo efficiunt. Ex tanta materia F. Tocco selegit sententias aliquorum virorum magis conspicuorum, praesertim ad Ordinem Minorum pertinentium, vel etiam ad Ordinem specialem relationem habentium, v. gr. Cardinalis Petri Columnae aliorumque, aliquando exhibens totum textum, aliquando vero formam compendii in ipsa Curia redacti. Tota haec et alia opuscula de eodem argumento hinc inde sparsa colligenda et edenda essent; quod si fieret, etiam pro hac spinosa quaestione haberemus *libellos de lite,* sicut pro illa de investituris, collectos ab Editoribus Mon. Germ. Hist., quo in casu cod. Vaticanus ut fundamentum editionis sumendus esset. Argumentum utique saepe aridum est, sed hoc virum studiosum a re penetranda arcere non potest. Interea grati simus illustri Professori Florentino, quod par-

tem saltem horum opusculorum nobis patefecerit. — Obiter notare vellem quod si in hac controversia omnes, aiente Tocco (33), simul in Fratres Minores insurrexerunt, hoc verum esse poterat pro tempore exortae controversiae, sed ipsi Fratres Praedicatores et Carmelitae de sua etiam re agi mox perpexerunt. Cf. K. Müller, *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, VI, 1883, 104 et 108.

Sequitur 174-257 Tractatus Iohannis Pecham contra Kilwardby: *Uno scritto polemico di Fra Giovanni Peckham contro Fratre Roberto Kilwardby.* (Introductio 174-219, textus 219-275). Haec voluminis pars transiit, introductione in linguam anglicam a cl. D. A. G. Little versa, in supradictum volumen Societatis britannicae, quae editio anglica (A) quodammodo editio altera vocari potest. Quae enim in editione itala (I) minus correcte dicta erant in A emendantur, ex. gr. in introductione I 200-01 ex auctoritate codicis Florentini Expositio Regulae, quam scripsit S. Bonaventura: *Op. omn.*, VIII, 391 ss., Iohanni Pecham attribuitur, negatur proinde caput X *de perfectione evangelica* Ioh. Pechami revera esse huius expositionem Regulae, qui duplex error in A 109 corrigitur. In A 99-108 deinde elenchus plenior Quaestionum a Pecham Parisiis disputatarum invenitur quam in I 188-98. Demum in I 157, cf. 210, dicitur hunc textum contra Rob. Kilwardby, praescindendo a II Cel. II, 109, esse antiquissimum documentum controversiae inter Praedicatores et Minores, quod interpres (Little) in A corrigit, adducendo disputationem circa idem tempus scil. 1269 Oxoniae habitam, editam a seipso, *The Grey Friars in Oxford,* ib. 1892, 320 ss. Imo iam Matthaeus Paris († 1259) ad a. 1243 speciale capitulum eadem de re habet: *De controversia mota inter fratres Praedicatores et Minores; Chron. maj.*, ed. Luard, IV, 279). Litterae demum encyclicae duorum Generalium a. 1255 pariter supponunt facta concreta, quorum de caetero etiam pro hoc tempore Salimbene exempla exhibet non pauca. Ed. Holder-Egger, 19 ss., 233 ss., 252 ss., 288 ss.

Hic tractatus Iohannis Pecham scriptus est contra Robertum Kilwardby O. Praed. praedecessorem ipsius Pechami in Sede Cantuariensi, et exinde (1278) Cardinalem episcopum Portuensem († 1279). Hic enim litteras scripserat ad sui Ordinis novitios, in quibus plurimum exaltavit Ordinem proprium et quidem non sine malignis allusionibus ad Ordinem aemulum FF. Minorum. Terminando autem monuit novitios ne alios contemnerent, vel alicui statui obtrectarent (!). Haec epistola tractatum Iohannis Pecham provocavit, qui adducit verba Roberti, illustrat, refutat haud raro cum indignationis vel ironiae nota. Tractatus hic antea ineditus conservatur tribus codicibus notis, quorum duos Florentinos Bibl. Laurentianae, Cod. S. Crucis Plut. XXXVI dext. cod. 12; et XV dext. cod. 12, Tocco ad editionem adhibuit, negligens tertium, cod. 3417 saec. XV in Bibl. Palatina Vindobonae exsistentem. Modus edendi vix commendari potest; desunt enim, uti dicitur, omnes verificationes textuum SS. Patrum aliorumque a Pecham saepe adductorum; qui *editionem* curat, talia omnia negligere non potest. Tractatus ultra particulare momentum controversiae inter duos Ordines, alia quoque continet notabilia vel etiam curiosa, uti dictum adversariorum I 261, A 140: « Fratres Minores non vivere secundum *regulam beati Francisci,* sed secundum regulam *beati Gregorii* » scl. Gregorii IX, contra quod commentum Pecham fortiter insurgit. Commemorat etiam Pecham collaborationem Gregorii IX in redigenda regula a. 1223, imo hanc I 234, A 128, vocat « mandatum Honorii pape dictatum a Gregorio ».

In tertia parte huius voluminis (276-306: *I responsi di Ubertino da Casale di re Roberto di Napoli*) cl. auctor dissertationem specialem praebet de sententiis in controversia de paupertate emissis ab Ubertino a Casali 276-82, (AFH III, 274-75) et Roberto, Rege Neapolitano 284-306. De tempore compositionis tractatus Regis Roberti alia occasione disserere intendimus. Quod autem Robertus talibus quaestionibus se immiscuit debetur educationi eius theologicae, quam recepit a magistris theologiae Ord. FF. Minorum. Hoc certo magis attendendum, quam eam attribuere, uti F. Tocco (295) cum Badley, *Robert the Wise and his heirs*, London 1897, 153 fecit, Arnaldo a Villanova, mystico illi apocalyptico.

Quamvis igitur non in omnibus cum cl. editoribus conveniamus, libenter tamen agnoscimus ipsos de litteratura franciscana bene meruisse et exoptamus ut alios etiam fontes antiquos franciscanos subsequentibus voluminibus reserant.

Romae. **P. Livarius Oliger**, O. F. M.

1. **Moir Bryce, Will.** — *The Scottish Grey Friars.* — Vol. I: *History*, gr. in-8°, XII, 492 pp., vol. II: *Documents;* 538 pp. — Edinburgh and London, Will. Green and Sons, 1909. — (42 shill. legat.).
2. **Edwards, John.** — *The Grey Friars and their first houses in Scotland. Transactions of the Scottish Ecclesiological Society for 1906-7.* — Aberdeen, W. Jolly and Sons, Albany Press, 1907, in-4°, 29 pp.

Quodsi hucusque difficillimum fuit investiganti tibi de conventibus Fratrum Minorum in Scotia plura insimul collecta, eaque secura et sincera, invenire, opere splendido, quod summa assiduitate parique amore congessit R. D. Guill. Moir Bryce, hoc nunc repente et facillimum et iucundissimum evasit. Neglecta iacuerat parumque cognita historia conventuum in Scotiae regno, quod antiquis Ordinis nostri rerum scriptoribus quasi « ultima Thule » fuisse videtur. Saeculorum anteactorum defectibus et incuriis, quantum fieri potuit, nunc supplens R. D. M. B. quaecumque documenta etc. antiquorum illorum Conventuum conquisivit, non solum maxima eruditione illustravit, sed etiam artis typographicae modernae subsidiis large usus, duorum voluminum opus perfecit magnificum, cui iconibus monumentis, chartis arte photomechanica expressis undecumque ornato, et Conventuum O. M. regni totius historiam eorumque documenta adunata complectenti, nullum aliud cuiuscumque regionis comparari modo opus potest. Chronicarum et documentorum defectus plures easque largas relinquunt lacunas in serie historiae huius, quae ideo nec a R. D. M. B. doctissimo viro, nec a quocumque alio compleri unquam poterunt. Auctor, ecclesiae presbyterianae pastor, aequitate integerrima Fratrum Minorum opera etc. expandit, eaque praesertim contra aliquorum scriptorum saec. XVI impugnationes et atras calumnias strenue defendit.

En paucis libri tenor locuples. Voluminis I caput I (1-37) exponit Ordinis Minorum initia in Scotia, et historiam Provinciae seu Vicariae Conventualium, cuius fuerunt et remanserunt omnes VII antiqui conventus. Cap. II (38-53) de Observantiae originibus in genere agit. et de eius introductione in hoc regnum opera Provinciae Coloniensis; cap. III ulterius huius novae Provinciae progressus adumbrat (54-70), dum cap. IV (81-85) historiam utriusque ab anno 1445

usque 1550 perducit. Cap. V (86-109) et VI (110-40) tempus sic dictae Reformationis tractat; illud de FF. Minoribus et eorum defensoribus, hoc de eorum detractoribus, accurate perpendendo, discutit; quibus subnectitur cap. VII (141-60) de fato (sive exitu) FF. Minorum Scotorum. — Deinde cap. VIII (161-261) singularum domorum FF. Min. Conventualium, et cap. IX (262-379) item novem Conventuum FF. Min. Observantium, historiam texit. — Postea, modo magis generali, cap. X (380-98) de Tertio Ordine S. Francisci agit, pauca referens de hospitali Sororum Regularium III Ord. S. Fr. « *Grey Sisters* » 1486 fundato in Aberdour (Fife), et de alio monasterio earumdem a. 1502 in Dundee fundato (391-7), de quibus praeter eleemosynas, praesertim a regibus Scotiae eis datas (397-8), nil scitur omnino. Quatuor in capp. ultimis, auctor, qui et in historia versatissimus et iuris peritissimus probatur, eodem modo potius generali disserit cap. XI (399-432) de FF. Minorum praedicationis, confessionis et sepeliendi iure atque actu; cap. XII (433-52) de Theoria Franciscana circa paupertatem: c. XIII (453-70) de FF. Minorum procuratoribus et syndicis; c. XIV (471-77) de eorum labore manuali, et demum c. XV (478-88) de ipsis Conventibus. Sequitur *index* utilis *Bullarum* istis praesertim in capitibus adhibitarum, (489-92).

Volumen *secundum* documenta, acta excerpta etc. solummodo continet, ordinata primum iuxta singulos conventus: 1° FF. Min. Conventualium 1-172, 2° FF. Min. Observantium 195-262; quorum *Chronicam* auctore P. *Ioh. Hayo*, ex *Annalibus Ord. Min.*, XIX, 126-33 denuo edit 173-83, adiecta versione eius anglica, 183-94, — Sequuntur 263-266 *epistolae* 4 *Confraternitatis* precum benefactoribus insignibus Ordinis in Scotia datae; I: Tolosae in Cap. Gli Obs. Pentecoste 1487 a Fr. *Ioh. Grohin* [Croin] Vic. Gli. Obs. Ultram., 263-4; II: Ibidem 27 mai, 1496 in Cap. Gli Obs. a celebri Fr. *Oliverio Maillardi,* item Vic. Gli. Obs. Ultr., 264-5; III: « In conventu [sic lege pro convocatu] S. Andreae 20 april. 1504 a Fr. *Antonio Vitali,* Commissario Vic. Glis. Ultr., 265-6; IV: Edinburgi 1542 a Fr. *Ludovico Willelmi,* Prov. Ministro Prov. Observ. Scotiae, 266. (Cf. infra p. 159, l. 34 ss.). — Statim subiunguntur duo instrumenta fundationis duorum monasteriorum Sororum III Ord. S. Fr. 263-74; Bulla Alexandri IV, 1260, qua Scotiae Ministrum instituit, ex Ann. de Latera, *Supplem. ad Bull. Franc.*, Romae 1780, 140s. (et quae nunc quoque habetur ap. Eubel, *Epit. Bull. Fr.*, Ad Cl. Aq. 1908, 268); Bulla Pii II, 9 iun. 1463, concedens Vicario Gli Observ. facultatem aedificandi 3 vel 4 conventus in Scotia ac recipiendi 2 vel 3 conv. Conventualium ibidem; ex *Monum. Francisc.* II, Lond. 1882, 264; (deest ap. Wadding). — Ibi quoque habes *epistolam* Iacobi IV Scotiae regis ad Iulium P. II, 1 febr. 1506 (07), pro Observantibus contra Conventuales (276-8), item eiusdem de eisdem ad Card. Protectorem 278-9, itemque Iacobi V, 6 mart. 1531 (32) pro eisdem (279-80).

Tunc cl. M. B. denuo edit *Necrologium O. M. Observ. Aberdoniae,* 281-336; et quidem praeter textum, exemplo singularissimo tibi munificentissime offert *phototypice egregie expressas* singulas dicti Necrologii paginas, in quibus obitus Fratrum notati sunt. MS. servatur in Bibl. Univ. Aberdoniae. — Noto hoc Necrologium, unicum Scoticum O. M. quod superest, iam bis esse editum (non vero ter) 1° ap. *Miscellany of the Spalding Club,* I, Aberdeen 1841, n° 3; 2° ap. *Monum. Franc.*, II, Lond. 1882, 123-40; accedit et versio anglica auct. Prof. Cooper; (B II, 284, quin dicat ubi). Deinde A. praebet excerpta ex Registris

Collectorum regiorum etc. Scotiae 1561-1599, circa pensiones annuas concessas apostatis FF. Min., FF. Praedic. et Cisterc. 337-79.

Ultima pars *bullas papales* etc. praebet, pro commodo lectorum, uti videtur, Scotorum, quibus scripta etc. Ordinis praesto esse nequeunt, et quos sic A. capaces facit intelligendi melius, quae de Ordinis constitutione etc. in genere in vol. I disseruit. Inveniuntur ergo ibi 1° Bulla Honorii III *Solet annuere*, 29 nov. 1223, (380-5; cum versione angl. 385-90), Testamentum S. Francisci (390-3; cum vers. angl. 393-5) etiam ex *Seraph. Legislat. text. orig.*, Ad Cl. Aq. 1897, unde quoque haustae sunt: Nicolai III *Exiit* 401-20, et Clementis V *Exivi*, 420-33. Habes etiam ibi 397-400: Gregorii IX *Quo elongati* BF I, 68; 433-5: Martini V *Exultantes*, Wadding, X², 301; 435-40: Leonis X bullam Concordiae, 440-1: Innocentii IV *Cum a nobis*, BF I, 537 n. 316; 441-7: Alexandri IV *Virtute conspicuos*, BF I, 298; 446-51: Bonifacii VIII *Super cathedram*; 451-8: Regulam (I^m^) III^ii^ Ordinis S. Fr. ex: Sabatier, *Opuscules de crit. hist.*, I, 17 ss; cum vers. angl. 458-64; extremo demum in loco 464-71: Nicolai IV *Supra Montem*, BF IV, 94. — Index copiosior 473-538, utrumque respiciens volumen, utriusque utilitatem pro lectore etiam maxime assiduo atque grato plane auget.

Primus *Conventus* O. M. Scotiae Vicariatus fundatus est in *Roxburgh* a. 1232-34 (B(rice) I, 6, 161 ss). Postquam an. 1235 Scotia ab Angliae O. M. Provincia divisa est (Eccleston, AF I, 235; ed. Little 50 ss.) denuo anno 1239 (AFH I, 7) Angliae coniuncta fuit (l. c.; B I, 9); sed instante Alexandro III rege, 1260 denuo autonoma facta est, bulla Alexandri P. IV [cf. 153 l. 35]; at a. 1288 iterum a Nicolao IV in Custodiam Prov. Angliae est reducta (AFH I, 15 s.; B I, 9 inaccurate Nicolai IV bullam una cum Cap. Gli 1239 citat). Ergo Bulla Alexandri IV in effectum deducta esse videtur 1260-1288 (contra AFH I, 7 et B I, 10) sicque recte Bulla 1279, BF III, 381 (et B I, 10) directa est « *Provinciali Ministro O. F. M. in Scotia* », itemque mandatum Gregorii X ad eumdem de praedicanda cruce (B l. c.; Theiner, *Monum. Vet. Hib. et Scot.*, 105 [deest ap. BF et Eubel, *Epit.*]. Sed, ut scribit auctor Chronici de Lanercost, Frater Minor coaevus Conventus in Carlisle « *Eodem anno* (scil. 1329) *obtinuerunt fratres Scotti vicarium quemdam Generalis Ministri et a fratribus Angliae totaliter sunt divisi* ». *Chr. de Lan.*, Edinburgi 1839, 265 [pertingit tantum ad an. 1346]. Hoc, uti Bryce II, 11, recte advertit, plane concordat cum temporum adiunctis, quia Robertus I Bruce, rex Scotiae (1306-1329, 7 iun.), et FF. Minorum maximus fautor, regnum suum a dominio Anglorum liberaverat (B I, 11). Attamen an 1359 in Cap. Gli Ianuae « *Vicaria Scotiae unita fuit, certis ex rationibus, Provinciae Anglicanae* »: *Chron. 24 Gen.*, AF III, 557 s.; et Glassberger, AF II, 193. Rationes illae politicae denuo erant: Anglorum victoriae, et quia Ed. Balliol iura sua resignavit Eduardo III Angliae. Quodsi Wadding an. 1400, n. 12 (IX², 219; cf. XI², 88) notat Scotiam Angliae fuisse unitam, praesertim iuxta Barth. Pisanum (1385-90: AF IV, 546), recte M. B. animadvertit *Pisanum* nonnisi *Provinciale* (c. 1340) exscribere, delendo Vicariam Scotiae cuius conventus bis in *Provinciali* (p. 12, 40) occurrunt: tanquam Vicariatus Scotiae et tanquam Prov. Angliae, et omittendo falso conventus duos in Lanark et Inverkeithing iam tunc certe exstistentes. Insuper et Catalogus *Petri Tragurini: Opuscules cr. h.*, I, 296, eiusdem temporis, Vicariam Scotiae enumerat: ei 3 (?) Custodias et 9 [tunc revera erant 6] Conventus falso tribuens, itemque 2 monasteria Clarissarum et 3 Congregationes [Conventus] Tertii

Ordinis; de quibus 5 monasteriis II et III Ord. eruditissimus A. ne vestigium quidem invenire potuit; I, 14. De facto Vicaria recognoscitur a Clemente VII 1375, (B I, 15, 29; BF VI, n. 1149); itemque in instrumento scotico 1389; B II, 9 s. Sicque permansit Vicaria usquedum anno 1517 in *Provincias* duas erectae fuerunt et Vicaria Scotiae FF. *Conventualium* et novi Conventus *Observantium* interim fundati. Quae res antiquarum statisticarum valorem relativum denuo pandunt; Vicaria solummodo numeratur AFH 1, 21.

Ubi *Chronicon de Mailros*, ed. J. Stevenson, Edinburgh 1835, 142 dicit, de *Berwick* loquens: « *Hic* [1231] *primo ingrediuntur Fratres Minores Scotiam* » (B I, 5), notandum, Berwick an. 1333 ab Anglis capto. Fratres Minores Scotos inde esse expulsos, et conventum deinceps semper fuisse Provinciae Angliae (I, 33). — An. 1235 *nova* Provincia Scotiae non habebat nisi hunc conventum et alium in Roxburgh (cf. p. 155 l. 20 ss.), unde explicatur, cur Ioh. de Kethene, IIus Min. Provincial. 1235 « omnia loca ultra Eboracum capi fecit » (*Eccleston,* AF I, 235; Little, 51). — Recte adnotat cl. A (I, 6) omnes conventus Scoticos a fundatoribus Scotis esse constructos, non ab Anglis.

Provinciae FF. MIN. CONVENTUALIUM isti erant Conventus I: *Roxburgh,* fund. 1232-34; B I, 161-7; II, (Documenta huius Conv.) 1-7. Anno 1336-37 Fratres 4 in eo numerantur [quin asseverari queat hunc et seqq. numeros totam indicare communitatem; immo hoc nequaquam videtur] I, 164. An. 1545 destructus est ab Anglis invasoribus, sed forsan tunc ante 1560 restauratus. = II: *Haddington,* fund. ante 1242; I, 168-198; II, 8-100. Anno 1478 9 Fratres ibi numerabantur; II, 69; an. 1539 7 Fratres; II, 37; cf. 39. = III: *Dumfries,* fundatus c. 1262; I, 199-217; II, 101-124. An. 1557 4 Fratres num., II, 107, an. 1547 Fratres 7; I, 209; suppressus ab Anglis victoribus 1547; omnes tunc 7 apostatasse videntur (I, 209); Guardianus qui in Carlisle obses pro urbe Dumfries servabatur, ab Anglis praelio devictis et expulsis suspendio necatus est (I, 209). An. 1548 denuo restauratus fuit Conventus. = IV: *Dundee:* Conventus principalis et ceteris ditior, fund. 1284 (?), studium ibi erat; I, 218-39; II, 125-48. An. 1482 Fratres 13 ibi numerantur II; 132; devastatus 1543, post 1549 partim refectus. = V: *Lanark* fund. 11 nov. 1328—15 mai. 1329, licet erectionis Bulla data fuerit 29 nov. 1346; BF VI, n. 192; B I, 240-7; II, 149-60. = VI: *Inverkeithing,* erectus bulla cit. 1346; antea habitaculum sive residentia; I, 248-50; II, 161-7. = VII: *Kirkcudbright,* fund. 1455-6 a rege Iacobo II; I, 251-7; II, 168-72. — Subnectitur *tabula chronologica omnium FF. Min. Conventualium Scotorum,* 258-61. = Ubi annus suppressionis conventuum dictorum non expresse notatur, intelligas eos an. 1560, 24 aug., lege Missam abolente, de iure (et de facto mox) fuisse suppressos, I, 143. — Iam ab an. 1556 FF. Min. Conventuales ceperant magistratibus urbium bona sua stabilia « infeodare », ne ea misere perderent; I, 650 ss., plurimaque documenta et acta a cl. M. B. edita fata ulteriora horum bonorum respiciunt usque c. an. 1630.

Conventus FF. MIN. OBSERVANTIUM hi erant: I: *Edinburgh,* fund. 1447, sed de facto occupatus 1458; I, 262-86; II, 195-201; ibi erat studium Phil. et Theol.; destructus a plebe seditiose concitata a Ioh. Knox 18 iun. 1559; I, 147, 282 s. = *St. Andrews* (*S. Andreae*) fund. 1458 ab episcopo dictae urbis Iac. Kennedy; I, 287-98; II, 202-5; domus novitiatus; item destructus 15 iun. 1559. = III: *Perth* fund. 1460; I, 298-306; II, 206-10; item deletus 11 mai 1559. = IV: *Aberdeen,* fund. 1461, mox auctus solo et aedificiis; I, 307-42; II, 211-44. De huius Conventus Necro-

logio cf. 153, l. 45 ss. — B. II, 237-44 edit *catalogum MS.* qui ex hoc Conventu in Universitatem Aberdonensem devenerunt, iuxta Prof. Stuart ap. *Archaeologia Scotica,* II, Edinburgh 1822, 466. Unicum MS. (C² 4. 80). (25×15 centim.) 205 foll. saec. XIV [?] reapse franciscanum est: « *El quarto libro de frate Ubertino de la passione, resurrectione et ascensione del nostro signore Gesù Cristo* ». Quod (addo) esset versio libri IV (?) *Arboris Vitae.* — Dec. 29 1559 Fratres conventum cui milites minitabantur magistratui cesserunt. = V: *Glasgow,* fund. 1472; I, 343-351; II, 245-50; destr. autumno 1559 = VI: *Ayr,* fund. 1481-2: I, 352-60; II, 250-5. = VII: *Elgin* fund. 1479, I, 361-5; II, 256. Iam saec. XIII ibi fuerat quoddam habitaculum FF. Minorum. Iuxta Ioh. Hayum ibi fuissent 24 Sacerdotes, quem numerum, uti et alios P. Hayi, Bryce dubitans adnotat; I, 362. — An. 1560, uti et in Jedburgh, FF. conventum cedunt magistratui. = VIII: *Stirling* fund. 1488 a rege Iacobo IV 1488, cuius confessor erat Fr. Patr. Ranny, I s guard. et ter Vicarius Prov. Scotiae. Iacobus IV saepius in eo habitabat, praesertim per hebdomadam sanctam in omnibus communi Fratrum vitae se conformans; I, 367-77; II, 257-61. Ibi Fr. *Ioh. Hay* chronista (cf. p. 153, l. 23 ss.) habitum suscepit, 5 april. 1552, licet non (uti ipse vult) praesente Regina Maria Stuart, quae tunc in Francia degebat; I, 375. Destruitur in tumultu 27 iun. 1559. = IX: *Jedburgh,* fundatus 1522 I, 378-9; II, 263; destructus ab Anglis 1523; sed mox restauratus. Ibi Fr. *Adam Abel* 1533 scripsit chronicon: *The Wheel of Time* parvi valoris historici; cf. *Proceedings of the Society of Antiquaries of Scotland,* XII, 72.

Quod A. eruditus opinatur I, 378, Fr. Adam Abel praeter Fr. Ioh. Hayum, qui Chronicon suum non quidem sine mendis, Coloniae composuit 1585 pro P. Franc. Gonzagae libro componendo: *De Origine Seraphicae Religionis,* Romae 1587, 848-50; ed. II, Venetiis 1603 983-7, (ubi tamen nonnisi eius compendium habetur), solos fuisse Scriptores certos inter FF. Minores Scotos, hoc non quadrat. Nam Fr. *Thomas Rossy* qui 1373 Parisiis docuit (I, 29 s), scripsit quoque ineditas Quaestiones suas Parisienses: *De Conceptione B. Virginis,* quae MSS. adservantur in cod. Bessar. 495 (nunc 415) Venetiis, in Bibliotheca S. Marci, cf. Sbaralea, *Supplementum ad Script. O. M.,* Romae 1806, 680. Hic Thomas a Clemente VII nominatus est episcopus Candidae Casae 1379-1406 (Whithorn-Galloway), I, 31; BF VII, n. 385, 625; Eubel, *Hierarchia,* I, 168; solus, ait A., e Scotis FF. Min. ad talem dignitatem promotus, (l. c.). — Recte (I, 201 n. 1), nonnisi obiter A. notat: quosdam dixisse, sine probatione aliqua celebrem *Ioh. Duns Scotum,* Dr. Subtilem, in Dumfries habitum O. M. sumpsisse; nec aliud quidquam de eo habet. — In celebri poeta *William Dunbar,* qui, saltem novitius apud FF. Min. Observantes fuerat, uti videtur in S. Andrews, I, 66, nihil A. immoratur, eiusque tantummodo poemata (quandoque in FF. Minores infensa) saepius allegat, I, 66 ss. 94, 125, 133, 370, 373, quibus « Protestantes Reformatores » contra FF. Min. utebantur, v. gr. Gg. Buchanan. — De Fr. *Thoma Gray,* Obs., Sbaralea, l. c. 675, eadem ac M. B. I, 324, ex Dempstero, saepius infido, *Hist. eccl. Scot.,* l. VII, c. 606 exscribit. Ille vero l. c. pro annis aetatis eius « CXXXVII » legendum suspicatur « LXXXVII ». Sbaralea, l. c., 426 s. commemorat etiam FF. duos Haddingtonenses: *Joh. Grayum* seniorem (c. 1500), et iuniorem qui 1579 a Geuziis necatus est in Belgio. E scriptoribus O. M. e contra merito expungit l. c., 438, Ioh. Maiorem.

Alia vero ex parte (cap. V; I, 85-109) poemata quaedam Guill. Dunbar *apologiam* O. Min. (Observ.) constituunt, I, 133, uti et Epistolae

regum Scotiae ad Papam (p. 153, l. 42 ss.), atque poemata Davidis Lindsay (B I, 94-8). Eodem in cap. de FF. Min. Obs. *S. Andreae* tanquam *Inquisitoribus* haereticorum agit, I, 98-109, tempore saltem Reformationis (1528 sqq.), quo etiam in tres FF. M. Obs. processerunt, qui novis dogmatibus adhaerebant, quin sciatur, utrum resipuerint, atque in Fr. *Hieron. Russell,* O. M. Conv., qui 1539, solus ex Ord. S. Fr., ob hanc causam suspendio necatus est, I, 108.

Anno 1559, omnes conventus Observantium per plebem concitatam a proceribus impetiti et destructi, saltem partim, fuerunt, cap. VII, 141-3; excipias vero duos eorum conventus minores in Elgin et Jedburgh. Conventuales vero incolebant urbes, quas proceres Protestantes illi non excitaverant, nisi *forte* excipiendum sit oppidum Dundee, I, 149. Hoc ideo factum arguit A. I, 145, quia Joh. Knoxius aliique intendebant impetum fortissimum ferre ecclesiae arci gravissimae, scil. Observantibus. Mendicantibus religiosis nova dogmata accipientibus pensio annua data fuit 16 librarum (sterl.), an. 1560 pro vitae tempore. Quoniam hae ad Coronam, cuius registra expensarum etc. adservantur adhuc, devolutae sunt, ab hoc tempore numerus apostatarum variorum Ordinum stabiliri potest. Numerantur saltem 35 Dominicani; I, 157 n. 2; e *Conventualibus* qui in Scotia, iuxta A., nunquam numerum 50 praetergressi fuerunt[?], et an. 1550-60 nonnisi circiter 30 erant, *apostatae* tunc facti sunt 16 vel 17; I, 158 n. 1; ex *Observantibus* tantum *tres;* l. c. not. 4, 154 n. 3, cf. II, 183; I, 324. Hi, 80 sacerdotes, cum ad finem anni 1559 omnes conventus amisissent, statim 1559 et 1560 in Germaniam Inferiorem, in Provincias Galliae et Coloniae e qua primi eorum fundatores venerant, redierunt, iuxta Joh. Hayi relationem; I, 159; II, 182; Wadding, XIX, 133. Num fideles Conventuales eandem viam secuti sint, ignoratur; I, 158.

Fratres Min. Conv. et Obs. *defendit* recte et iuste I, 86-140 ab accusationibus a dicto G. Buchanan, (1582) in suis ll. satiricis: *Franciscanus, Somnium, Palinodia,* etc., Ioh. Knoxio « Reformatore » Scotiae etc., D. Thoma Craig (*Ius feudale,* ed. 1722) contra eos illatis, scil. hypocriseos, immoralitatis, malefidae administrationis quorumdam bonorum (Conv.), et nimiarum divitiarum. Hos (Obs.) ab illis (Conv.) clare distinguit, utrosque iuxta suas leges et constitutiones atque temporis locorumque adiuncta iudicandos recte monet, 87 ss. etc. Probat A. *Observantes Scotos* strictae paupertatis et optimae vitae fuisse, nulla penitus bona stabilia nec redditus annuos possedisse, et etiam eleemosynas regias plerumque eis fuisse datas *in natura,* Conventualibus etc. *in pecunia numerata,* I, 130 ss. Conventuales vero et bona stabilia et redditus possidebant, de iure, sed multo minores quam alii mendicantes, sive F. Praedicatores, sive alii; I, 134 ss. Cf. I, 140 tabulam comparativam redditum FF. Min. Conventualium et Praedicatorum atque eleemosynarum et donorum Coronae regiae etc. FF. Min. Observantium. — Cum FF. Min. Observantes nonnisi ad praedicandum verbum Dei vel ad confessiones moribundorum audiendas in publicum prodirent, quando diebus non festivis conspicebantur in plateis, populus attonitus clamitabat: " *Fratres exeunt, aliquis moritur* "; II, 178; Wadd. XIX, 128. — Oblationes vero FF. Minoribus Observ. occasione obituum datae (I, 277 ss., II, 196 ss.) pro ipsis erant, non aliis destribuendae.

In genere *reges Scotiae* FF. Minores magno amore ac favore prosecuti sunt. Eis annuatim elargitiones administrabant, a primis quasi annis, quo saeculo XIII in Scotia domos fundaverant. Saepius in con-

ventibus residebant, I, 20ss. Sic agebant etiam reges Angliae, v. gr. Eduardus I, cum partem meridionalem Scotiae armis occupassent, I, 21 ss. An. 1317 Eduardus II, rex Angliae, Fr. *Thomam de Rivers,* O. M., Anglum, episcopum S. Andreae nominari voluit, sed frustra; I, 24. — Cum guardianus Berwicensis, Anglus, Fr. *Adam Newton,* 1318 Roberto Bruce, regi Scotiae, bullas pacem suadentes attulisset, eum recipere noluit, et a castris Roberti revertentem Scoti quidam interceperunt, omnibusque, habitu non excepto, spoliaverunt; I, 24 s. Fratres Minores Scoti a partibus Roberti I Bruce, qui Conventum in *Lanark* fundavit, intrepidi steterunt. Hic in ecclesia Conventus FF. Min. in *Dumfries* 1396 utrumque *Comyn* necavit, I, 22 ss, 204; et Concilium Nationale in ecclesia Conventus O. M. in *Dundee* congregatum Roberto I Bruce tanquam regi adhaesit. Bulla ipsa erectionis Conventus in *Lanark,* etiam a Roberto I Bruce fundati (I, 23, 26, 240), testatur FF. Minores plus caeteris religiosis passos esse in bellis illis contra Anglos; I, 26; II, 148; BF VI, n. 192.

« Fr. Iohanni, carpentario *Ordinis Fratrum Minorum, pro artificio suo et laboribus tam infra predictum castrum nostrum* [de Dumbertane, in praedictis bellis facto] *quam extra* », rex David II Bruce an. 1340 impendi fecit « viginti libras stirlingorum annuae pensionis pro toto tempore vitae »; I, 35; II, 166. Quod documentum demonstrat vocem « Carpentarius » non esse accipiendam sensu suo vulgari, scilicet « faber lignarius », sed potius *architectum* designare. Hoc sensu illam usurpat etiam Necrologium Obs. Aberdonensium, ubi II, 326, 16 sept. notatur: « *Obitus Fr.* Valteri Leydes, carpentatoris (sic) *qui fideliter pro isto conventu construxit campanile et cellas Fratrum et multa alia bona fecit, anno Domini 1469* ». — Item l. c. II, 327, 20 sept.: « *Obitus Fr.* Iohannis Leyde[s] *laici et carpentoris, qui fideliter laboravit in sua arte tam pro isto loco quam pro aliis locis, qui erat frater devotus et zelosus, 1459* ». Eodem die 1473 adnotatur: « *Obitus* Fr. Iohannis Lothon, *devoti valde et exemplaris, qui multa scripsit pro communitate hic et etiam in S. Andrea* ». — Sub 4 dec. [anni?] invenitur: « *Obitus devoti fratris ac zelosi* Fratris (!) Iohannis Thomson *laici, artis carpentarie, qui circa ea quae sunt artis suae et latomorum, fidelissime laboravit ultra seculares illarum artium, nec quicquam cibi aut potus occasione laborum aliquando* [sic legas pro: *aliqua*] *extra communitatem accepit, sed in communitate cibus eius pro maiori parte erant aliorum reliquie fratrum: nec aliquis eo parcior in communi refectione; vigilque valde erat in omni opere bono parvique somni* ». — Animadvertas velim hoc Necrologium pretiosum solos Fratres Aberdonenses referre; nec alibi nobis quidquam de vita interiore Conventuum esse proditum. Die 14 aug. II, 319 legitur « *Obitus pie mem. venerab.* P. F. David Crannoth, *qui obiit in Anglia, Vicarius provincialis huius provincie, necnon et commissarius rev. P. Vicarii Glis Cismontani. Hic primo fuit medicus corporum, precipue Iacobi, regis Scotorum II, et Margarite* [Marie] *regine. In eorum oculis gratiosus erat, deinde factus conventualis* [Obs.] *et medicus animarum. A. D. 1472* ». — Die 1 mart. II, 293 ibi legis: « *Obitus* Fr. Iohannis Strang, *sacerdotis et vitrifabri fidelissimi in suo artificio. Qui multa perfecit suum artificium concernentia in plerisque conventibus per provinciam et specialiter in conventibus S. Iohannis,* [Perth] *Arenensi, Elgen*[en]*si et Aberdonensi 1517* ». Nil de eius operibus superest, ne in ecclesia Elgenensi quidem, quae antea partim destructa, post 1891, quo anno « Sorores de Mercede » conventum emerunt, a Nob.

D. D. Marq. de Bute restaurata est egregie; I, 364. — Cuius Ordinis fuerit « *Fr. Thomas Lorimer* » « frater pictor » regis Roberti II, (1373-90) stabiliri nequit, I, 477.

Libro eruditissimo pauca sunt quae addamus. Apud *Glassberger*, AF II, saepius notatur occasione Capitulorum Glium Oberv. Ultram. numerus mortuorum, v. g. p. 490 an. 1484, inter 800 mortuos erant 7 *Scotiae*, et inter 123 mortuos Provinciae Coloniae erat: « Ven. P. *Michael de Lira*, ter Vic. prov. Coloniensis et primus Vicarius et *plantator Observantiae* in tribus Provinciis: *Scotiae*, Hiberniae et Daciae »; p. 503, an. 1487 in Scotia 3 defuncti erant; p. 506, an. 1490 legitur « *Scotiae nullus* » obiisse; p. 511, an. 1493 « *unus* »; p. 514, an. 1496 « *duo* »; p. 521, an. 1499, « *sex* »; p. 530, an. 1502 « *26* »; p. 548, an. 1508 « *6, inter quos ven. P. F. Gulielmus, bis Vicarius* »; cuius nomen deest B II, 530. — In Cod. Namurcensi 166, (mox nobis vulgando) notatur in Cap. Gli. Obs. an. 1505, ex Observ. *Scotis* obiisse f. 209r: « *Ioh. Lijster, qui illi provincie virtuose prefuit* » [cf. B I, 317, 29; II, 181, 192, 289]; f. 213v an. 1508: « *ven. pat. et laude dignus Fr. Iohannes de Donza, qui bis strenue illam rexit provinciam* »; f. 219r, in Cap. Gli Obs. Mechliniae 1514 subnotatur: « *In prov. Scotie numerus fratrum defunctorum ignoratur propter absentiam patrum* ». — Epistolae Iacobi IV an. 1506 pro Observantibus (153, l. 42ss.) inserendae sunt seriei magnae epistolarum plurium principum regumque pro eisdem tunc scriptarum, cf. Glassberger, II. 542 sq.

Dolendum sane, quod eruditissimus A. de Tertio Ordine saeculari S. Francisci nihil penitus in Scotia invenerit, non obstante cap. X, (I, 380-98), de cuius tenore cf. 153, l. 8ss., et hic l. 35ss. Quod vero ibi addit I, 384, de *tertia Congregatione* III Ord. S. Fr. in urbe Brechin, fundatur solum in lectione erronea notitiae Necrologii Aberdonensis, ubi habes 31 ian., I, 290: *Obitus dompni Iohannis Leiss, capellani, confratris nostri,* [sic legendum, nequaquam vero: *Capellani Confraternitatis nostri,* quo casu saltem fuisset scribendum NOSTRE] *qui in civitate Brethinensi XX et eo amplius annis hospes fratrum fuit.* Singulis annis mittebat eleemosynam, moriens: *20 marcas,* et alia vice: *12 marcas* FF. dedit. Ideo, uti patet, Fratres eum in *confraternitatem,* (i. e. participationem) *precum* etc. adsciverant. — Sic quoque omnino sumendae sunt 4 *epistolae Confraternitatis* ab A. editae (cf. 153, n. 24ss.), neque, ex se, aliquid de III Ordine inde inferri potest, uti A. vult I, 385. — Neque tria alia exempla ex eodem Necrologio sumpta quidquam certi indicant de III° Ord. S. Fr. Nam II, 295, de Duncano Burnot († 1552), ob beneficia ibi enumerata, dicitur simpliciter: *Fratrum Min. pater fuit specialis;* itemque Elisab. Vindegatis († 1493) *mater religionis nostre* vocatur, II, 321. Tertio demum notatur II, 297: « *Obitus... Mariote Chalmer, que... precipua mater huius conventus fuit... et tandem in habitu Ordinis in nostra ecclesia... sepulta. A. D. 1557* ». Habitus ille *primi* Ordinis, iuxta morem tunc valde generalem, fuit, cui mori illudebat et G. Buchanan; I, 385. — Bulla II, 262, sumpta e Wadd. XVI, 549, data fuit a Leone X, 1521, 21 ian., non ab Adriano VI. — Accuratius forsan poterat A. caeterum exactissimus distinguere inter Provinciam et Vicariatum, licet et documenta ipsorum FF. Min. Scotorum hac in re non clare decreverint utramque rem etc. cf. v. g. II, 115, 127, 137, 140, etc. II, 106 vocatur Provincialis Conv. 1558 « Magister Provincialis » cf. et 108, 112, 168 etc., immo an. 1532 « Magister Generalis » 142.

Nomen vulgare anglicum FF. Minorum «*Grey Friars*» i. e. Fratres "grisei", cani seu ravi, ob habituum primorum colorem, uti videtur, longe minus vulgatum fuit in Scotia quam in Anglia, saltem si textus a M. B. vulgatos respicias. FF. Minores vocabantur (in documentis vulgar.). «*Freris Mynouris*» II, 24 etc., «*Freris Minoris*» II. 25, 28 etc., «*Cordioli*» I, 28, «*Cordele*[*i*]*ris*» 105, 150ss, « vulgariter vocatorum

Cordeleir Freirs » 161, « *Grey Freris* » 227 ss. Ubi agebatur de Observ. addebatur saepe « *de Observantia* » 193, 201, 211 ss; « *FF. Conventuales, Minoris Ordinis S. Francisci* » 138 ss.

Inutile videtur hic discutere de quibusdam paucis opinionibus in dissertationibus generalibus ab auctore propositis circa constitutionem Ordinis etc. Ubique accuratus A. indicat e quibus MSS. etc. documenta sua hauserit. Quandoque ex MSS. ab A. photomechanice expressis apparet ipsum non absque mendiolis textus illos legisse; speciatim in transcribendo Necrologio Aberdon. nimis confidit aliis editionibus. V. gr. II, 285 l. 3 legas *prefulgidum;* cf. 286 l. 8; 325 l. 2 legas *ampleatio* (i. e. ampliatio); cf. supra 158, l. 36; 330 l. 2 legas *diuum... Franciscum,* item l. 3, cf. 4 et 14. II, 23 leg. *exequias;* 170, n. 3, l. 8 leg. *provenit.* — II, 106 l. 11 leg. *Edfrerdi Johnstoun;* ibid l. 17 leg. *dederunt seu persolverunt;* 107 l. 23-4 verba transp., 101 l. 19 leg. *retenemento;* 234 l. 7 om. *loca;* ibid. l. 21 leg. *incurrenda* etc. — B I, 464 n. 7 notat librum De Gubernatis, *Orbis Seraphicus,* non esse in Bibl. Musaei Britan. et sola 2 voll. esse in Bibl. Nat. Parisiensi. Addo ergo in vol. IV dicti operis p. 37 esse decretum Capituli Glis Toletani 1633 restitutionem Provinciae Scotiae decernens. De hac tentata restitutione 1632 seqq. quo tempore e FF. Min. Scotis plures adhuc superstites erant, deque alia restitutione vana c. 1687, cf. Thaddeus, *The Franciscans in England,* London 1898, 38-44. Addimus etiam an. 1868 FF. Minores Provinciae Angliae novum conventum fundasse Glasgoviae, *Acta Ord. FF. Min.,* II, 1887, 194 s. — Pluribus imaginibus opus suum praeclare illustravit M. B., quamvis paucae tantum relationem directam cum FF. Min. Scotis habeant, uti documenta aeri incisa (I, 203, 205, 210, 323), et ichnographiae Conventuum in Edinburgh et Aberdeen (I, 278, 312). Habes ibi etiam miniaturas Isabellae filiae regis Scotiae Iacobi I, duchissae Britanniae (Minoris), chordam S. Francisci ferentis supra vestem magnificam c. 1442, (I, 1, 52). — Imago ad p. 380 non repraesentat S. Ludovicum Regem et S. Elisabetham etc.

Gratissimis semper utentur animis rerum gestarum Fratrum Minorum investigatores opere optimo, praeclaro et grandi, quod de FF. Min. Scotis congessit magnifice cl.mus et R. D. Moir Bryce.

2. Dissertatio docta, quam de Conventibus FF. Min. Conv. in Scotia ediderat an. 1907 cl. D. John Edwards, ante grandis molis librum cl. R. D. Moir Bryce, gratissima erat exteris praesertim, cum dictorum conventuum historiam saltem summarie adumbraret, quaedam intermiscens, caeterum non ignota, vel FF. Minores in genere vel praesertim Anglos concernentia. Postquam J. Edwards de Conventu in *Berwick* dixit 9-10, de aliis loquitur ex ordine supra 155 l. 19ss. indicato: I: 10-15; III: 16-9; IV, 19-20; II: 20-2; V: 22-3; VI: 23-4; VII: 24-6; addit Elgin, ubi solum ad tempus residentia fuit, cf. 156, l. 10ss.

P. 11 l. 8 legas « *only* » pro « *at any rate* ». Ex M. B. I, 12, discimus locum de Vicario Gli Ordinis 1331 et Capitulo in Berwick (Edwards 10), intelligendum esse de Ministro seu Vicario Provinciali Scotiae, cui ad Capitulum Gle Perpinianense (sic) proficiscenti e fisco Scotico data sunt 66 shill. et 7 d.; cf. *Edward III, Patent Rolls,* IV, Lond. 1898, 467. — De libro cl.mi M. B. paucis disserens ap. *The Scottish Historical Review,* VII, 1909, 98-7, contra M. B. I, 168 ss., J. Edwards p. 86 (uti et 21 s. libri cit.) denuo propugnat opinionem Ecclesiam FF. Minorum (non vero parochialem in *Haddington,* 1355 ab invasore Eduardo III incendio deletam, ob magnificentiam suam nominatam fuisse « *Lucernam Laudoniae* » « *the Lamp of Lothian* » cui rei et Dr. Wallace James, ap. *Transactions of the Scottish Ecclesiological Society,* vol. II, p. III, 1909, 394 assensit.

Ad Claras Aquas. **P. Michael Bihl,** O. F. M.

Società Filologica Romana. Laude di frate **Iacopone da Todi** *secondo la stampa Fiorentina del 1490, con prospetto grammaticale e lessico a cura di* **Giovanni Ferri.** — Roma, presso la Società, 1910. (Deposito unico delle pubblicazioni della Società, Filologica Romana presso la Libreria Erm. Loescher e C. (W. Regenberg) Roma, Corso Umberto I, n. 307.) pp. XV-330, in-8°. Pr. L. 20.

Questo bel volume contiene una ristampa delle Laudi di Iacopone, secondo l' edizione principe fatta a Firenze pel Bonaccorsi nel 1490: edizione che fra i critici gode meritamente la più grande stima, come pure quelle che ne derivano, vale a dire quella del Modio, Roma 1558, e in parte quella di Napoli 1615. « L' edizione fiorentina » dice il Moschetti, *I codici Marciani contenenti Laude di Iacopone da Todi*, Venezia 1888, p. 12, è « quasi una vera edizione critica ». Difatti il Bonaccorsi ha avuto la più gran cura di dare non solamente i canti autentici di Iacopone, ma di darli nella loro veste letteraria propria, e non già secondo che essi erano stati adattati ai varî dialetti d' Italia. Per conseguire questo, egli si servì, come base della sua edizione, di due codici todini antichissimi e di uno perugino del 1336, che contenevano circa 95 poesie. Invece esse furono (accogliendone da altri codici) portate dall' editore a 102. In seguito tutti gli editori non furono così discreti: il numero delle laudi attribuite a Iacopone andava sempre crescendo, e giunse nell' edizione del Tresatti, Venezia 1617 (pur lasciando fuori qualche canto indubbiamente autentico) a 211, laddove un indice alla fine della Vita Tobleriana (sec. XV) di Iacopone ne registra 241, più 22 dubbie. Prendendo in mano gli *Inizii di antiche poesie italiane religiose e morali* del Tenneroni, Firenze 1909, AFH II, 499 sqq., si troverà il nome di Iacopone ancora più spesso connesso a delle laudi. Difficilissimo cómpito quindi quello di ricostruire il Canzoniere vero di Iacopone. Per ora siamo lieti di annunziare una ristampa della prima edizione, fatta con molto senno e pazienza dall'egregio G. Ferri, formato alla valente scuola filologica di E. Monaci, ed ora Professore all' Istituto Aldo Manuzio a Roma. D'ora innanzi si potranno facilmente avere a disposizione questi canti, mentre, come abbiamo saputo, la rarissima edizione principe si pagava a Firenze L. 500 ed anche più.

I criterî che hanno regolato il nuovo editore ci sembrano indovinati: riproduzione integrale, ma senza schiavitù, del testo coll'antica dicitura ed ortografia, ma colle correzioni dal primo editore stesso indicate alla fine del suo volume, e con punteggiatura moderna. Dai saggi di confronto colla vecchia edizione, ci consta che il testo di questa ristampa è assolutamente esatto quanto alla fedeltà ed integrità, e che si può quindi adoperare con ogni sicurezza.

Il volume si apre con una Prefazione dell'editore dove egli espone il metodo seguito nella presente ristampa. (V-XV); segue poi la breve prefazione del Bonaccorsi (3-4), e quindi (5-171) le 102 Laudi, con le varianti raccolte dal primo editore (173-75). Una buona metà del volume è consacrata dall' editore all' apparato scientifico, cioè al prospetto grammaticale (179-219) e al lessico (223-311; cf. anche 313-315). Nel primo si ha una raccolta ben ragruppata di tutte le forme

grammaticali proprie della lingua di Iacopone, con continui rimandi al testo; nel secondo si trovano parole non usuali e nomi proprî spiegati spesso colle parole dei vecchi editori Bonaccorsi, Modio, e specialmente del nostro Francesco Tresatti, Provinciale della Provincia Serafica, poi Procuratore generale dell'Ordine, il quale essendo nativo di Lugnano, paese non molto lontano da Todi, poteva dare la spiegazione più probabile di molte diciture locali. Due tavole delle Laudi chiudono il libro (317-30).

Dall'insieme si vede che siamo dinanzi ad un lavoro ben condotto; e pochissimi sono gli appunti che gli si potrebbero fare. Per esempio, nel Proemio del Bonaccorsi si deve leggere: « Qualunque persona devota se delectara », invece di « delectata », che il Ferri corregge poi « delecta ». La *r* nell'edizione 1490 spesso di pochissimo differisce dalla *t;* così è facile lo scambio. Lo stesso Bonaccorsi nota nella *tavola terza* qualche correzione di questo genere. Nel caso nostro però è senza dubbio *r*, lo stesso come un rigo sotto nella parola « ordine ». Inoltre crediamo un po' esagerato il valore ed il significato che il Ferri (p. VIII-IX) vorrebbe dare alle parole del Bonaccorsi sui due codici todini *assai antichi,* dei quali, dice egli, « sarà lecito supporre ch' essi fossero anteriori a tutti [fra i quali uno di Perugia del 1336], e forse della fine del XIII secolo ». Difficilmente quei codici potevano essere del sec. XIII, se, come sembra (cf. p. X), essi contenevano il canto LVIII: *O Papa Bonifatio — molt' ai iocato al mondo,* composto dopo l'attentato di Anagni, 7 sett. 1303. — Lo « Statuto dei Disciplinati di Todi, ms. del XV secolo » (p. 315) è stato stampato dal Pensi, Todi 1907 (cf. AFH II, 1909, 166). Avremmo inoltre veduto volentieri (senza però farne un appunto alla Società Filologica, che non ha al certo scopi artistici) riprodotta la bellissima silografia, che si trova nell' edizione originale a principio delle laudi, e dove Fra Iacopone, colle mani giunte ed inginochiato innanzi alla Madonna (sorretta da Angeli in una mandorla e con corona in capo), sembra indirizzare alla Vergine le parole che nel foglio seguente aprono il suo Canzoniere:

O Regina cortese, io so a voi venuto
Chal mio cor feruto, deiate medecare.

Sono minuzie queste, che scompaiono di fronte al gran valore del libro e alla cura che si è presa il solerte editore, per darci un testo criticamente sicuro: cura, che faciliterà inoltre di molto la lettura e l'intelligenza di quelle poesie, specialmente a i nati fuori dell' Umbria, ai quali le forme del vecchio italiano umbro sono di non poco ostacolo a poterne godere la lettura e lo studio. L'esecuzione tipografica poi, su carta a mano, reca un vero piacere al bibliofilo. Possa il volume avere la massima diffusione e contribuire al risveglio degli studî su Frate Iacopone.

Ed a quando l'edizione critica, definitiva? Crediamo ormai che, in quanto al testo, dalla presente edizione essa, se venga fatta, non si potrà molto discostare. Forse si dovrà omettere qualche laude, specie delle ultime cinque o sei, e forse si dovrà aggiungerne altrettante o poche di più, e relegare, come dubbie o spurie, le numerose altre, che si trovano, sia nei codici tardivi, sia nelle raccolte stampate, in un'appendice finale. Il Poeta non ne potrà che guadagnare.

Roma. **P. Livario Oliger**, O. F. M.

Grob, Jacques. — *Recueil d'actes et de documents concernant les Frères-Mineurs dans l'ancien duché de Luxembourg et comté de Chiny, précédé d'une notice historique.* Dans les: *Publications de la Section historique de l'Institut G.-D. de Luxembourg (ci-devant Société archéologique du Grand-Duché)*... vol. LIV et LVI. — Luxembourg, Impr. Jos. Beffort, 1909, 1 vol. in-8° pp. LXXXIV, 254 + [VIII] + 255-812 pp.

C'est avec un zèle et une patience admirables, que M. l'abbé JACQUES GROB, curé à Berchem, au Grand-Duché de Luxembourg a réuni ce gros et très important recueil de documents et d'actes de nos anciens Couvents de son pays. Par cette publication, qui fait grand honneur et à l'auteur lui-même, et à l'Institut Grand-Ducal, ces couvents ont reçu un cartulaire riche, bien intéressant, important, soigneusement publié, à la façon moderne, exact et le plus complet possible. Il n'y a que le Cartulaire des Frères Mineurs d'Ecosse (152 ss.). qui saurait être mis de pair avec celui que M. J. Grob publia en la même année 1909. M. J. G. n'a pas seulement recueilli les actes et documents de ces couvents, mais aussi les notices éparses dans les chroniques et les historiens, les allusions passagères, les notes des anciens inventaires etc. etc. Par bonheur, une grande partie des anciennes Archives des Cordeliers et Récollets a été conservée aux Archives de la Cathédrale de Luxembourg, et dans celles du Gouvernement: « Farde des Récollets » etc. Il est vrai que beaucoup d'originaux ont disparu, mais ils peuvent être en partie remplacés par l'inventaire des Cordeliers dressé en 1569 et mis sous séquestre jusqu'en 1588 (134 s.). — La *table analytique* 755-811 du présent volume est si détaillée, que nous nous contenterons souvent d'y renvoyer, quand il nous faudrait citer un plus grand nombre de pièces. L'auteur y a ajouté, pour la plupart, en caractères gras, les années aux numéros des documents en question. Ces documents etc. au nombre de 924 (p. 1-754) sont donnés dans leurs langues originales, en latin, en allemand ou en français.

Le couvent principal autour duquel se groupent naturellement tous les autres, fondés beaucoup plus tard, est celui de la ville de Luxembourg. Dans les *Annales Ord. Min.* il n'y a sur ce couvent que deux notices (121-2) également inexactes et dont la seconde, composée plutôt d'indications géographiques, est calquée sur Gonzaga, *De orig. Seraph. Rel.,* Prov. Fland. conv. XVII, Venet. 1603, 1152. (Grob, 122); Wadd. III², 540 (an. 1346 n. 12) et XX, 160 (1567 n. 54). Le roi Jean III de Bohême, dit l'Aveugle, tué à la bataille de Crécy en 1346, ne fut point enseveli chez les Cordeliers de Lx. mais dans l'abbaye de Munster aux portes de cette ville. Cette abbaye ayant été détruite (1542-44), le corps de Jean III et celui du duc Charles-le-Téméraire furent déposés temporairement (jusqu'en 1592) chez les Cordeliers, (75, 121). — Le couvent ne fut pas, non plus, fondé du vivant de S. François en 1223 (cf. 1-7); mais entre 1255-7 (p. XXV). Peut-être la célébration du Chapitre Général dans la ville peu éloignée de Metz (AFH III, 601ss.) aura-t-elle eu une certaine influence sur cette fondation (XXIII) comme le conjecture l'auteur. En tout cas, le couvent est mentionné pour la première fois dans le testament de *Thierri de Soleuvre* passé à Lx. le 7 août 1262, (7-10). Thierri y légua 20 sous aux FF. Mineurs de *Metz* et

et de *Trèves*, et: *Fratribus minoribus in Lucelburg 40 sol. Trever. et unum cyfum argenteum ad calicem.* Au contraire, dans son testament du 11 févr. 1247, la comtesse Ermesinde de Luxembourg fait des legs aux Couvents des FF. Mineurs de *Metz, Verdun* et *Trèves* sans mentionner celui de Lx. (XXII s). Viendrait ensuite le testament de la béguine Marie, (déc. 1268) léguant aux FF. Min. sa maison sise « sur le fossé » 732-4. L'auteur, quelque peu exigeant, le rejette comme *faux*, fabriqué au XVIIIe siècle. Les raisons alléguées ne nous semblent guère établir le faux, car la copie assez récente ne se présente que comme un extrait allemand d'un original latin employant les indications des rues etc. contemporaines. Si, comme il appert, en 1685 (lisez 1655) les Récollets dans leurs démêlés avec les Dominicains, voulant avoir le pas sur eux dans les quêtes (293 ss., 451), n'ont pas connu cette charte, pour quelles raisons le falsificateur l'aurait-il fabriquée après 1655? — Le nom populaire et ordinaire des FF. Min. à Lx. était: « *zu den Knodelern* », 13; « *die Knodeler* » 17 ss. etc. etc., à l'instar du terme français: « *les Cordeliers* », 12 ss. Ces noms furent donnés aussi aux Observants et Récollets, 389 ss. etc.; voir aussi la forme: « *Cordelirer Closter* » (c. 1595), 149.

Le Couvent de Lx. appartenait à la Custodie de *Trèves*, de la Province de *Cologne* (cf. AFH III, 753 ss.), et depuis 1517 à la Province *Conventuelle* de Cologne. Si l'auteur professe une vive méfiance pour les « documents officiels » (p. VI, XLI), ce serait sans doute parce que plusieurs pièces par lui éditées sur les FF. de Lx. la justifient. La charte par laquelle le chapitre de Carignan réadmit, en 1522, les Cordeliers de Lx. comme *terminaires:* " *ad predicationes nostro populo yvodiensi faciendas temporibus determinate constitutis, collectionem quoque elemosinarum charitativarum, prout quondam, ut asserunt, solebant tanquam terminarii eiusdem loci et provincie* " etc., parle certainement en leur faveur (51), et encore beaucoup plus, la lettre du Conseil provincial de Lx. par laquelle les Cordeliers de Lx. et de *Trèves* furent, en 1541. maintenus dans leurs droits de *terminaires* au Duché de Lx. avec exclusion des FF. Min. de Liège et d'Aix-la-Chapelle (64-6). La charte latine de l'officialité de Trèves du 18 juill. 1531, est aussi là pour le prouver (56-7). Or le *motu-proprio* de Pie V du 2 nov. 1567, *In eminenti* (123-8) est en parfait désaccord avec tous ces témoignages, car il ne suppose plus que corruption etc. parmi ces Cordeliers. C'est pourquoi l'A. suppose (XLI) des rapports de commande controuvés et mensongers soumis, vers 1565, à la cour de Rome. Le jugement de M. J. G. sur ce motu-proprio, trouvé parmi les papiers des Récollets, est parfaitement juste; car cette pièce, nous ajoutons ceci, était destinée tout d'abord aux Conventuels du Portugal, (ed. *Annal. Min.* XX, 581-4, 30 oct. 1567); seuls les noms propres ont été changés dans la forme publiée par M. G. 123-8 (2 nov. 1567); p. ex. on y lit: in *provinciis Galliae Belgicae et Flandriae ac aliis cl.mi... Philippi, Hispan. regis,* où l'autre forme (*Ann.* l. c., 581) a: *in diversis Portugalliae ac Algarbiorum... provinciis.* Il ressort de tout ceci, que la partie expositive de cette pièce, contenant des griefs bien graves, est denuée de toute valeur. M. G. avait donc raison, au fond, quoiqu'il faille expliquer autrement que lui la teneur de ce document.

Nonobstant cela les *Observants* de la Province de *Flandre* furent, aux termes de ce décret, introduits au couvent des Cordeliers de Lx., 1587, 2 nov. — 1569, 18 juill. (123), après le placet royal de Philippe II, roi d'Espagne, du 27 mai 1569. La politique du prince réclamait de telles mesures dans ce pays, qui, en 1556 était passé sous la domination espagnole. Lorsqu'en 1628 la Province de Flandre fut divisée en deux, la *Provincia S. Ioseph in Comitatu Flandriae* et la *Provincia Flandriae,* les

couvents du pays wallon et du Duché de Lx. continuèrent à faire partie de cette dernière jusqu'en 1684, quand les Français prirent Lx. Alors Louis XIV, de son autorité, sépara des *Récollets* de Flandre — cette réforme avait été adoptée en 1640 (256) — les Couvents situés dans le Duché de Lx. et le Comté de Chiny pour les réunir en la « *Custodia Chiniacensis* » sous la Province française de S. Denis (450). Cependant, par suite de la paix de Ryswick ces Couvents furent de nouveau séparés de cette Province et rattachés à celle de Flandre 1698, (478). Le 12 mai 1782 en vertu d'un ordre de l'Empereur Joseph II la Prov. de Flandre fut divisée en *Provincia Flandriae ad Mosam,* dont faisaient partie les Couvents du Lx., et *Prov. Flandriae ad Sambram* (750). — Les troupes françaises ayant pris Lx. en juin 1795, le Couvent des Récollets fut confisqué le 22 du même mois, malgré les réclamations du Conseil général de la ville. Les Pères prirent alors à bail une maison privée, d'où ils furent aussi chassés le 19 sept. 1796, (LXXIX s., 650). Des Pères et Frères lais, composant alors la communauté, aucun ne voulut accepter les bons de retraite (551s). Voir la description de leur église etc. vers 1806, 676-93.

Il y eut, paraît-il, une certaine réforme au Couvent de Lx. en 1335 (11 s.), car en cette année le Couvent vendit les biens-fonds qu'il avait à Cattenôm (Lorraine), et après il ne posséda presque plus que des rentes, pour la plupart rachetables (XXXIV s, 12ss). En 1354 Wenceslas I, duc de Lx., confirma aux Cordeliers le droit d'affouage et une rente d'un foudre de vin assignée sur la nône de Grevenmacher, que leur avait accordés Jean l'Aveugle (12 ss.). Le droit d'affouage leur fut souvent contesté dans la suite (755). — Les FF. Mineurs furent toujours très estimés et très populaires à Lx., malgré quelques chicanes de la part du Conseil général. C'était le couvent de la bourgeoisie, comme l'attestent les nombreuses sépultures de nobles et de bourgeois dans leur église et cimetière (191 ss., 786-7), la chapelle funéraire des comtes de Mansfeld (786, 791), des marquis de Baden, des sires de Rodemachern, des barons de Beck (442, 447, 786) etc. etc.; la chapelle de S. Anne construite vers 1600 (5). — Tous les métiers, celui des boulangers excepté, tenaient leurs réunions chez les FF. Min., et même encore aux XVIe et XVIIe siècles (XXVII). Nous savons que la *Confrérie* du Très-Saint-Sacrement avait été érigée en leur église longtemps avant 1439 (26, 33, 34), celles de *S. Roch* et de *S. Joseph* (avant 1690) 5, 247-50, 221; la confrérie des forgerons en l'honneur de *Notre-Dame* (avant 1525); celle de *S. Thibaut* pour les maçons et les charpentiers (avant 1377) 355.

Une explosion de poudre, survenue durant le siège de la ville par les Français, détruisit, le 11 juin 1554 (77), l'église et le couvent des Cordeliers; mais ils se relevèrent bientôt de leurs ruines. De 1660 à 1667 on les reconstruisit à nouveau sur un autre plan (302, 342). Cette nouvelle église fut dédiée à l'Immaculée Conception (676 s.), tandisque la première avait été consacrée sous le vocable de la Ste. Vierge (3, 274, 786); pour les autels v. 786. Le grand enclos du jardin des Cordeliers dut être parcellé peu à peu, pour faire place à de nouvelles rues et constructions, sur la requête de la ville de Lx. en 1610 et suiv. (181 ss. 788). La chapelle de la Ste. Croix près de la ville fut desservie par les FF. Min. 1604-1794, 724-31.

Il y avait ordinairement au Couvent une école de théologie ou de philosophie; le premier lecteur connu, le Fr. Conrad, est mentionnée AFH I, 92 (Grob, 785); v. les noms des lecteurs 788. Au moins quatre thèses publiques ont été imprimées, celles de 1728 (567), de 1735 (575), de 1764 (607 s) et enfin celles de 1782; les deux premières sont nettement

(1) Sevesi, op. cit., n. 16. Ille est, quem Salimbene expressis verbis Ministrum Provincialem Mediolan. Provinciae fuisse commemorat: « Alio tempore, cum apud Ravennam habitarem [i. e. c. an. 1268], dixit michi frater Bartholomaeus

conscilio sibi concedi pro communi mediolani et a communi mediolani nomine et ad partem fratrum ordinis minorum civitatis mediolani habitantium apud sanctum franciscum et ipsius ecclesie sancti francisci amore dei et intuitu pietatis et ob reverentiam omnipotentis dei et omnium sanctorum, quod quilibet qui debet vel tenetur seu vult reddere vel restituere communi mediolani aliquid propter usuras preteritas vel propter male vel iniuste ablata vel accepta seu in se retenta vel defraudata aliquo iure modo propter quod peccato teneantur seu obligari sint peccato seu peccatum inde habeant vel habere credant (1).

Perg. ml. 359 × 183. bene conservata. — A tergo manu antiqua et manu recenti habetur titulus concessionis.

V.

n. 1824, Pagensi. — [1253. 22 Nov.] — Fr. Bartholomaeus de Mantua Minister [Provincialis] Fr. Min. de Mediol. petit a Communi Mediolani uti supra n. IV.

In nomine Domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio die sabbati vigesimo secundo die novembris indictione duodecima. In pallatio communis mediolani congregato conscilio dom. CCCC, CCC et C more solito ad sonum campane convocato, *fr. Bartolomeus, minister fratrum minorum de ordine sancti francischi de mediolan.*, nomine ipsorum fratrum petiit in eodem conscilio, ut amore dei. intuitu pietatis ei predicto nomine deberet fieri quedam eorum petitio que talis est: *Frater Bartolomaeus mantuanus minister fratrum minorum* nomine et vice ipsorum fratrum minorum petiit infrascripto conscilio sibi concedi pro communi mediolani et a communi mediolani nomine et ad partem fratrum ordinis minorum civitatis mediolani habitantium apud sanctum franzischum et ipsius ecclesie sancti franzischi amore dei et intuitu pietatis et ob reverentiam omnipotentis dei et omnium sanctorum quod quilibet, qui debet vel tenetur seu vult reddere vel restituere communi mediolani aliquid propter usuras preteritas vel propter malle vel iniuste ablata vel accepta seu in se retenta vel defraudata aliquo iure vel modo propter que peccato teneantur seu obligati sunt peccato seu peccatum inde habeant vel habere credant, quod illud totum reddere et restituere possit et liceat peccatori et debeat et teneatur restituere iam dicto *fratri Bartholomeo* seu successoribus eius, qui pro temporibus loco eis erunt, percipientibus ad utilitatem et nomine predictorum fratrum minorum nomine ecclesie memorate. Et illi qui solverunt et solvent predicta ipsi *fratri Bartholomeo* vel successoribus eius predicto nomine aut ipsi conventui a peccato penitus sint absoluti et a debito restituendi ipsi communi omnino sint liberati proinde ac si canevario communis mediolani vel ipsi communi seu potestati mediolani voluntate communis mediolani esset datum et solutum et restitutum. ita quod nullam aliam restitutionem ipsi communi vel alii pro communi facere teneantur, hoc acto expressum quod predictus *frater Bartholomeus* et quilibet eius successor seu conventus habeant potestatem et plenam virtutem de eo quod sibi da-

---

Calarosus de Mantua, qui erat lector, et minister Mediolanensis et Romanus extiterat, et tunc in conventu Ravennae mecum pariter habitabat existens persona privata » etc. Salimbene *Chronica*, Parmae 1857, 131: M. G. SS. XXXII, 302: cf. ibid. 52: 256 sqq. M. G. 166, 479 sqq.

(1) Quae sequuntur omnino identica sunt — mutatis paucissimis verbis — cum iis quae habentur in documento V.

bitur predictis occasionibus restituendi seu dimittendi vel d
qui malle ablatas vel usuras vel alia predicta solverent vel
rent pro sue arbitrio voluntatis. Que omnia petiit predictus *f*
tholomeus a predicto communi mediolani concedi, ut supra pe
amore dei et intuitu pietatis et misericordie et favore religion
sustinent dicti fratres et orationum quas cottidie pro commu
gulis civitatis et iurisdictionis mediolan. cottidie faciunt et
et deo dante facient in futurum, et propter debitum ipsiu
sanandum et propter expensas factas et facturas, que multum
ipsi ecclesie tam pro fabrica defendenda et rehedificanda q
novis hediffitiis faciendis tam in ipsa [ecclesia] sancti francis
in aliis hediffitiis et loco ordinandis quam pro libris et al
sariis tam conventui quam ipsi ecclesie et loco premissis. Ru
que petiit, quod potestas mediolani et eius vicarii et accessor
cessores habeant potestatem quandocumque vellent, fatiendo p
per precones et alios nuntios communis mediolani quan
volent omnia predicta et quotiens predictus *frater Barthol*
successor eius sive collegium dicti ordinis predicta peteret f
pterea petiit, quod nemini liceat nec possit predicta mal
vel retenta vel contracta habere vel exigere aut retinere
testate dicti *fratris Bartholomei* vel successorum eius vel
pituli, donec predicti fratres seu capitulum remiserint vel r
rint. Insuper quoque postulabat quatenus nulla similis conc
provisio vel donum de predictis vel aliquid eorum fiat nec
beat alicui persone vel loco vel collegio vel universitati qu
preiuditium illi concessioni, donec ipse *frater Bartholomeus*
ctum capitulum predicta remiserit vel resignaverit. Et si qu
vel attentatum esset auctoritate huic conscilii sit cassum e
et nullius momenti et valloris. Quibus omnibus propositis i
conscilio per predictum *fratrem bartholomeum* predicto modo
dominus manuel de ganduciis, vicarius potestatis mediolani, s
dictis conscilium postullavit, quo postullato placuit dicto con
verso, nemine discrepante, quod predicta omnia fiant. Qui d
nuellus auctoritate presentis et memorati conscilii in ipso
predicta omnia statuit et firmavit ipsi *fratri Bartholomeo* ibi
Interfuerunt ibi testes bonalliolus de osenago et alpinus (*s*
et bornagus de colnago et plures alii communis mediolani.

Ego herec. de cantono notarius et scriba camere pallatii
mediolani scripsi. — Ego ambrosius filius allegri segamili
mediolani porte vercelline notarius iussu istius herec. scrips

Perg. ml. 409×302, optime conservata. — A tergo legitur
antiquis et recentibus titulus huius concessionis.

VI.

Arch. St. Mil. Sez. Stor. — Arc. Milano sec. XIII-XV. — [12
Fr. Bartholomaeus Minister Provincialis Mediolanensis
procuratorem Ottonis, Archiepiscopi Mediolanensis, in locis
Vergante, Tilli et Vallis Saxinae. — Transsumptum (1272

In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo
simo septuagesimo secundo indictione quintadecima die sabba
die mensis madij. Ad *Ecclexiam Sancti Franzischi Mediolan.* p
Girardo filio quondam item Girardo de castello de solbiate et
quondam ugonis marci et lombardo filio quondam todeschi de

omnibus porte verceline civitatis mediolani testibus rogatis, dominus Guillelmus de fagnano consul iustitie mediolanen. camere civitatis ex officio sui consolatus et voluntate et parabolla *domini fratris bartholomei Ministri generalis* (1) *fratrum minorum in Mediolanensi provincia* precepit et iniuxit infrascripto Ambrosio de ripa porte verceline notario, ut autenticarem et insinuarem et in publicam formam et in modum carte atestate redigerem, ita quod de cetero omni tempore tamquam publico instrumento infrascripte littere domini archiepiscopi mediolanensis sigillo certo ipsius domini archiepiscopi sigillate fides adhibeatur. Cuius littera talis est: Otto (2) dei et apostolice Sedis gratia sancte mediolanen. [ecclesiae] Archiepiscopus. Universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverint universi, quod nos constituimus et fecimus nostrum generalem procuratorem et nuntium reverendum virum *fratrem bartholomeum, ministrum generalem fratrum minorum in mediolanensi provincia* ad colligendum, exigendum et percipiendum nostro nomine per se vel per alium seu alios omnes fructus, redditus, proventus gaudimenta seu ficta iura districtus iuris, dictiones et honores quos et quas et que habemus vel habere debemus seu percipere nomine Archiepiscopatus Mediolanen. in curiis de Arona, de Vergante, Tilio et Valle Saxine a quatuor annis circa, promittentes nos ratum et gratum habituros quidquid dictus minister fecerit in premissis et quolibet premissorum. — Datum apud Coranam Terdonensis diocesis millesimo ducentesimo septuagesimo primo die V intrante februario.

Ego Arnulfus, filius cavalchi bellenzoni, civitatis Mediolani porte verceline notarius hanc cartam subscripsi et signatam literam vidi et legi et sic in ea continebantur prout in isto legitur exemplo presentis literae silabas plus minusve. — Ego Ambrosius de ripa notarius, filius durantis de ripa vicinia sancte marie ad portam porte verceline. civitatis mediolanensis tradidi et scripsi.

Pergam. ml. 336×198, bene conservata. — A tergo habetur manibus antiqua et recenti titulus huius diplomatis.

VII.

n. 4096, Bolle. — [1251, 30 Maii]. Innocentius IV concedit indulgentiam quadraginta dierum omnibus erogantibus eleemosynam ad perficiendam constructionem Ecclesiae et Conventus Fratrum Minorum Mediolan.

Innocentius ep. s. s. dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis sal. et ap. ben. Quoniam, ut ait apostolus (3) omnes stabimus...... debeamus in celis...... Cum igitur, sicut accepimus dilecti filii *fratres minores mediolanenses* ecclesiam, domum, et edificia alia ad opus fratrum, inibi existentium inceperint edificare, et ad consumationem indigeant subsidiis adiuvari, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a deo collatis, pias elemosinas et grata eis, de-

(1) Heic, uti patet ex aliis documentis notarilibus, vox « *generalis* » intelligenda est « *provincialis* ».

(2) Hae litterae publicatae fuerunt ab Aloysio Osio, *Documenti diplomatici tratti dagli archivi milanesi*, p. 18, Milano 1864, non tamen attestatio *Ambrosii de Ripa* notarii Mediolanensis.

(3) Bullae formula saepissime occurrens, cf. BF I, p. XLII sq., quaeque v. gr. solo verbo *Mediolanenses* in *Bononienses* mutato, data fuit FF. Min. Bononiae, 3 iun. 1251; BF I, 574-5; cf. BF I, 326.

votionis intuitu, caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram eorumdem consulatur inopia. ac predicta possint edificia consumari... Nos... omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis propter hoc, manum porrexerint adiutricem, vel qui devotionis causa ad ecclesiam accesserint eorumdem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. — Datum Ianue III kal. Iunii pont. n. a. VIII.

Pergam. orig. ml. 223 × 250, optime conservata, characteres aliquantisper decolorati, ab ipsa pendet funiculus sericus rubei et flavi coloris; sed plumbum deest. — *A tergo manu antiqua legitur:* Minorum; *alia verba deleta praeter verbum* « duplicatum ». *Ab altera manu:* Bulla pape innocentii, *et ab altera manu:* Bulla XL dierum de indulgentia benefacientibus fratribus Minoribus mediolani ac visitantibus eorum ecclesiam sancti Francisci. || B. B. Innocentius IV. || Registrata.

VIII.

n. 4100, Bolle. — [1251, 5 Sept.] Innocentius IV concedit indulgentiam quadraginta dierum bis in anno fidelibus confraternitatis [seu societatis] S. Francisci visitantibus ecclesiam Fratrum Minorum Mediolani et ut in ipsa ecclesia interesse possint divinis officiis tempore interdicti.

Innocentius ep. s. s. dei. Dilectis filiis *Guardiano et conventui fratrum minorum mediolanen* sal. et ap. ben. Cum sicut nobis exponere curavistis, quarundam devotarum personarum *confraternitas, que beati francisci vulgariter appellatur*, certis anni temporibus ad ecclesiam vestram accedant ad predicationis verbum et divina officia inibi audiendi. et ad eleemosinas pauperibus erogandas, nos vestris precibus inclinati. vobis auctoritate presentium indulgemus, ut eos bis in anno cum in ecclesia vestra occasione convenerint predictorum, etiam generalis tempore interdicti admittere ad divina officia, dum tamen ipsa confraternitas vel ex ea aliquis eorum causam non dederint interdicti, vel id non contingat eis specialiter interdici, ac ipsis etiam quadraginta dierum suorum peccaminum veniam elargiri libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum *etc.* — Datum mediolani nonis septembris pont. n. a. IX.

Perg. orig. mill. 285×283, bene conservata, funiculus et plumbum desunt. — *A tergo legitur manu antiqua:* Minorum *et alia verba:* Fratribus de Mediolano. || Vacat || P. Innocentius IV || quod confraternitas beati francisci possit || audire divina in ecclesia fratrum bis in anno. ||

IX.

n. 4116, Bolle. — [1256, 9 Febr.] Alexander IV confirmat per quinque annos indulgentiam quadraginta dierum iam concessam a Fr. Leone Arch. Mediolanen. confratribus scholae seu societatis S. Francisci. qui statutis temporibus ad audiendum verbum dei accedunt.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis filiis... *ministro et fratribus domus ordinis fratrum minorum mediolanen.* sal. et ap. ben. Inter cetera pectoris nostri desiderabilia circa salutem animarum, promptis anelantes affectibus, super hiis volumus haberi propitii, per que salutis gaudium huiusmodi liberius valeat obtineri. Sane sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, venerabilis frater noster... mediolanen. archiepiscopus omnibus de *Scola seu Confratria beati francisci*, qui statutis temporibus ad audiendum verbum dei ad Scolam ipsam seu Confratriam accedunt, quadraginta dies de iniunctis ipsis penitentiis misericorditer

relaxavit. Quia vero dignum esse videtur, ut quod per archiepiscopum ipsum in hac parte salubriter factum esse prospicitur piis favoribus ylarescat, vestris supplicationibus inclinati, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Et ut ad Scolas ipsas maior fidelium ipsorum confluat multitudo, quo se per hoc majoris dona gratie senserint percepturos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, fidelibus ipsis quadraginta dies de dictis penitentiis, auctoritate presentium relaxamus presenti indulgentia, per quinquennium valitura, et confirmatione nichilominus perpetuo in suo robore duratura. — Datum Laterani V idus februarii pont n. a. II.

Pergam. orig. ml. 284 × 370 optime conservata, funiculus et plumbum desunt. — *A tergo manu antiqua:* confirmatio a domino papa de indulgentia fidelium scole sancti francisci mediolani. || Vacat || privilegium confirmationis fidelium || Minorum. ||

X.

n. 4121, Bolle. — [n. 1256, 4 Iulii]. Alexander IV concedit indulgentiam centum dierum visitantibus ecclesiam Fratrum Minorum in festivitatibus Sanctorum Francisci, Antonii et Clarae et per totam octavam.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis filiis... *ministro et fratribus ordinis fratrum minorum mediolanen.* sal. et ap. ben. Cum ad promerenda... (1) Cupientes igitur, ut ecclesia vestra in festivitatibus beatorum *francisci* et *antonij* confessorum ac beate *clare* virginis, que in ipsa ecclesia sunt precipue ac sollempnes congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam annis singulis in eisdem festivitatibus et usque ad octo dies sequentes.... visitaverint.... centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. — Datum Anagnie IIII nonas iulii pont. n. a. II.

Pergam. orig. ml. 240 × 298, bene conservata, deest funiculus, ex quo plumbum pendebat. — *A tergo manibus antiquis legitur:* Minorum || de indulgentia centum dierum || mediolanen. || 115. || Alexander IV || privilegium indulgentie C dierum visitant. || ecclesiam fratrum in festivitatibus beatorum francisci || antonii et clare. || Fr[atribus?] m[inoribus] || pro deo.

XI.

n. 4134, Bolle. — [1258. 6 Iunii]. Alexander IV concedit indulgentiam unius anni et quadraginta dierum assistentibus translationi SS. Naboris et Felicis in novam ecclesiam Fratrum Minorum, et quadraginta dierum in anniversario eiusdem translationis.

Alexander ep. s. s. dei. Universis Christi fidelibus inspecturis sal. et ap. ben. Loca sanctorum omnium (1)... Cum igitur dilecti filii... *guardianus et fratres ordinis minorum mediolanen.*, sicut ex parte ipsorum fuit propositum coram nobis, corpora sanctorum Naboris et Felicis, que in eorum loco sunt recondita ad ecclesiam suam, quam de novo construere inceperunt, transferre intendant ad dei et sanctorum ipsorum gloriam et honorem, nos cupientes, ut sanctis ipsis impendatur honor debitus, et animarum profectus devotione congrua procuretur, omnibus vere penitentibus et confessis accedentibus ad eandem ecclesiam in die, in qua illuc predicta corpora transferentur, unum annum et quadraginta dies,

(1) Mera bullae formula saepissime usurpata, cf. BF II, p. XXII; p. 62 n. 86.
(2) Item formula; BF I, n. 47 etc.

illis vero qui ad eam in anniversario die translationis huiusmodi causa devotionis accesserint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate confisi, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. — Datum viterbij VIII idus iunii pont n. a. IV.

Pergam. orig. ml. 262×350, optime conservata, deest funiculus. — *A tergo a manibus antiquis habetur:* Minorum. || 201 || privilegium indulgentie XL dierum || in translatione sanctorum naboris et felicis || Alexander IV || m. p. ||

XII.

n. 4137, Bolle. — [1259, 30 Apr.] Alexander IV concedit Fratribus Minoribus Mediolani, aliis religiosis et clericis saecularibus celebrare solemniter officia divina etiam apertis ianuis in ecclesia Fratrum Minorum tempore gen. interdicti in festis SS. Francisci, Antonii et Clarae et per totam octavam, excommunicatis exclusis.

Alexander ep. s. s. dei dilectis filiis... *Guardiano et conventui fratrum de ordine minorum mediolan.* s. et a. b. Clara per orbem terre vestra religio pre conversationis et innocentis vite meritis in conspectu dei et hominum ita se reddit amabilem, quod sedes apostolica circa illam spetialium gratiarum delectatur effundere largitatem. Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus annuentes auctoritate vobis presentium indulgemus, ut dum generale terre fuerit interdictum liceat vobis una cum aliis religiosis et clericis secularibus qui tunc in ecclesia vestra convenerint, in singulis festivitatibus sancti francisci et sancti antonii vestri ordinis professorum ac etiam beate clare et per octavas earum apertis ianuis, excommunicatis dumtaxat exclusis, divina offitia in ecclesia ipsa solempniter celebrare, dummodo vos ac iidem religiosi et clerici causam non dederitis interdicto, nec id vobis et eis contingat spetialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. — Datum Anagnie II kalendas maii pontificatus nostri anno quinto.

Pergam. orig. mill. 271×291, bene conservata, perforata tamen in secunda plicatura; deest funiculus, ex quo plumbum pendebat. — *A tergo manibus antiquis legitur:* Minorum mediolani || Alexander IV, || *necnon summarium bullae.*

(*Continuabitur*).

Mediolani. P. Paulus Sevesi, O. F. M.

CONSTITUTIONES GENERALES

ORDINIS FRATRUM MINORUM

ANNO 1316 ASSISII

CONDITAE

I. Constitutiones et Ordinationes Ministrorum Generalium ac Capitulorum ab an. 1224 usque ad an. 1257 paulatim editas S. Bonaventura in Capitulo Gli Narbonensi in « ordinem et formam » redegit (1). Mox autem aliae « diffinitiones » et statuta, huic « Redactioni Narbonensi » accesserunt, pristinis abolitis et deletis. Quasdam earum, quae ruinam effugerant, collegit P. Michaël Angelus de Neapoli, O. M. (2), sed longe plura cl. vir P. Fr. Ehrle, S. I. (3); nova quaedam cl. vir A. G. Little (4) atque alii in hoc AFH (5) addiderunt.

Post Constitutiones Gles Narbonenses (6) cl. Fr. Ehrle *secundam redactionem* factam censuit in Capitulo Gli Parisiensi an. 1292 (7), cuius textum, ubi a Narbonensibus discrepat, in notis ad istas evulgavit (8). Assisiensem autem an. 1316 compilatam *redactionem tertiam* vocavit, quam nunc primum in lucem edimus.

Constitutiones Assisienses (1316) vigebant usque ad an. 1331, quo Perpinianense Capitulum Gle novas edidit (9), quas mox Constitutiones Capituli Caturcensis an. 1337 a Benedicto XII promulgatae (28 Nov. 1336) irritas reddiderunt (10), quasque iam Capitulum Assi-

---

(1) Cf. *Chron. XV Min. Gl. O. Min.*, ap. *Analecta Franc.* (AF) III, 700; ed. Holder-Egger, MGH SS. XXXII, 665. Cf. S. Bonaventura, *Opera omnia*, X, 1902, 53. cf. AFH II, 269 seqq.

(2) *Chronologia historico-legalis seraph. Ord. FF. Min.*, (CHLeg), I, Neapoli 1650, 1-86; quem pro hac periodo (1223-1350) exscripsit Dom. de Gubernatis de Sospitello, O. M., *Orbis Seraphicus*, III, Romae 1684, 1-73.

(3) Ap. *Archiv für Lit. u. Kirch-Gesch.*, VI, Freiburg 1892, 1-118 (cit. ALKG).

(4) *English Historical Review*, (EHR), XIII, London 1898, 703-8.

(5) AFH, II, 269-92; 412-30; 575-99: *Constitutiones Gles Perpiniani Capituli* 1331, ed. P. Sat. Mencherini O. F. M.; AFH III, 491-504: *Diffinitiones Cap. Glis Narbonensis* (1260), ed. P. Ferd. Delorme, O. F. M.; cf. et II, 64-81; III 62-73.

(6) Ed. ALKG II 87-138 (citatur Ehr.; deinde correctius ap. S. Bonav. *Opp. omnia*, VIII, 1898, 449-67 (citatur Bo. — Redactio Narbonensis citatur Narb.).

(7) L. c. 80-85. (8) Cfr. ALKG l. c. — Parisiensis redactio citatur Par.

(9) AFH II, 269 seqq.

(10) CHLeg, I, 46 ss. Eubel, *Bullar. Franc.* (BF) VI, 25 seqq.

siense an. 1340 immutasse videtur (1). Capitulum autem proximum Massiliae habitum an. 1343, decrevit « quod de caetero servarentur Constitutiones domini Bonaventurae cum aliquibus addendis (2) ». Tandem in Capitulo Gli Assisiensi an. 1354 novae Constitutiones editae sunt, quae Farinerianae, a Ministri Glis nomine dicuntur, ad normam antiquarum (3).

II. Assisienses Constitutiones, quas nunc primum edimus, ad annum 1316 pertinere validis argumentis confirmari potest. Generalis enim Minister, Michaël Caesenatensis, eodem anno epistolam singulis Ordinis Ministris misit dicentem: « *Curavi ad tuam et omnium Provinciae tuae fratrum per te notitiam deducere sub sigilli mei officii munimine per praesentes, reformatas noviter et correctas generales Constitutiones nostri Ordinis cum matura deliberatione apud Assisium iuxta decretum proximo praecedentis capituli generalis, Neapoli celebrati* » (4).

Et Waddingus: « *Hoc etiam anno* (1316) *Minores indixerunt comitia Neapoli....* (Frater Michaël de Caesena) *per litteras electionis de se factae admonitus, venit Assisium, ubi convenientibus praecipuis Ordinis Patribus et capitularibus, secundo decretum est, ut scilicet Constitutiones Ordinis recognoscerentur, gravioribus rescissis mitiores redderentur, et superfluis ablatis, graviores ederentur* » (5).

In his autem Constitutionibus adhibetur Bulla Clementis V *Exivi* in rubrica *de paupertatis observantia;* et alias Clementis V statuta *noviter edita* referuntur (6).

Hae constitutiones denique congruunt constitutionibus a Perpinianensibus *ex Compilatione Assisiate* citatis (7). Nam animadvertendum quod R. P. Sat. Mencherinium, Assisiensibus Constitutionibus nondum in lucem proditis, necessario effugiebat, Geraldum in Perpinianenses magnam partem Assisiensium, mutatis sententiis, deduxisse. Cuius rei nonnulla suspicio ex hoc oriebatur, quod decreta saepe ex quadam *Compilatione antiqua* repeterentur, quae neque ad Narbonenses neque ad Parisienses Constitutiones, uti dictum est in notis, recte et jure referri poterant (8). Praeterea cum plures ordinationes atque Constitutiones Narbonenses et Parisienses, eodem ritu, tamquam *ex Compilatione antiqua,* inducerentur, hae tantam praebebant transpositionum, omissionum, additionum, discrepantiarum, interpolationumque affluentiam, ut pateret eas inde non directe haustas fuisse. Nunc vero satis probabile videtur, *Compilationem* illam *antiquam* Perpinianensium ad Constitutiones Narbonenses et Parisienses esse referendam, et quidem ad formam, quam capitulum Assisiense et Lugdunense

(1) *Chron. 24 Gen.,* AF III, 528; cf. notam.
(2) L. c. 538 sq.; cf. Glassberger, AF II, 122.
(3) AF III, 548; eas habes CHLeg. I, 64-85; Eubel, BF VI, 639-55.
(4) Ap. Glassberger, loc. cit. p. 122.
(5) Ad an. 1316, III.
(6) Cfr. cap. III, l. 90s., p. 73.
(7) Cfr. V, 10; X, 6; XIII, 7; XXI, 4.
(8) Cfr. 292 n. 9; 416, 4; 417, 6; 580, 9; 584, 5; 587, 8; 588, 9 et 13; 589, 10; 590, 2; 592, 3 etc.

confirmaverant. Cum igitur ad redactionem Assisiensem omnes fere Constitutiones *ex Compilatione antiqua* citatae referantur, ad calcem locos Perpinianensium Constitutionum cum variantibus codicis Cortonensis a P. Mencherinio excussi (1) citavi. Ubi vero Lugdunense vel Assisiense Capitulum *explicite* producitur, id de constitutionibus noviter confectis est intelligendum (2). Si tamen singulas partes Compilationis Perpinianensis discurrere velimus, multa ex Constitutionibus, quas supra memoravimus, excerpta in extremis rubricis, in ceteris autem pauca vel nulla inveniemus. In rubrica praesertim *de non recipienda pecunia* (3) Geraldus Othonis in Caesenatis vestigio minime insistit; quod tamen ante oculos habere videtur (4), bullas *Exiit* et *Exivi* copiose adhibens. Conabatur enim a Pontifice impetrare, ut fratres ab illo Regulae gravissimo praecepto solverentur (5).

Nec Perpinianenses diu valuere, quas probat Waddingus in proximo Capitulo anno 1334 Assisii habito statim abrogatas (6). Similiter *Chronica XXIV Generalium*, ubi refertur, esse *Fratrum receptionem ad Ordinem et professionem ad antiquam formam reductam* (7): suspicari licet Constitutiones Assisienses et Lugdunenses restitutas, pro illa saltem rubrica, quae in Perpinianensibus omnino mutata erat.

III. Fata Constitutionum Assisiensium, quae solum ad annum 1325 usque perdurarunt, ex gravissimis bullis breviter adumbrare licet Iohannis Papae XXII. Post *Quorumdam exigit* (7 octob. 1317), in qua S. Pontifex quaedam de forma habitus et usu granariorum declaraverat (8), Generalis Minister Michaël Caesenatensis, (1316-1328), haec servanda epistola sua (9) encyclica mandavit (5 Dec. 1317).

Exorta an. 1321 controversia *theoretica* de paupertate Christi et Apostolorum (10), Iohannes XXII Capituli Glis Perusini (11 iun. 1322) decretum et litteras (11) improbavit bulla: *Ad conditorem canonum* (8 dec. 1322), renuntians dominio rerum Fratribus Minoribus oblatarum (12): bulla: *Cum inter nonnullos* (12 nov. 1323), Capituli Glis Perusini sententiam haeresi mulctavit (13); et ob interpellationem Fr. Bonagratiae Bergomensis (14), ne duae praedictae bullae impugnarentur vetuit, nova bulla (15): *Quia quorumdam* (10 nov. 1324).

---

(1) Cum Assisiensi vel Lugdunensi redactione conveniunt paragraphi seqq.: I, 7; II, 2, 4; III, 7; IV, 3, 4; V, 3, 4, 6, 10; VI, 2, 6; VII, 3-9, 12-4; IX, 5, 14; X, 4, 6; XIII. 3-7, 9; XIV, 4, 6-10; XV, 3, 5-21; XVIII, 4-15, 18, 20-31, 33. 34, 36-8, 42; XIX, 4, 5, 7; XXI, 2, 4, 6.

(2) Cfr. II, 4; V, 10; VII, 7; X, 6; XIII, 7; XXI, 4. (3) L. c. 412.

(4) Cfr. AFH II, 271s. ubi locus Alvari Pelagii, *De Planctu Ecclesiae,* Lugduni 1510, f. 219 a.; Eubel, BF V, 503, n. 921.

(5) Cfr. Wadding, *Annales Ord. Min.*, an. 1331, n. 10-1. AFH l. c.

(6) Cfr. Wadding, l. c., ad an. 1334, n. 28.

(7) Cfr. AF III, 537.

(8) BF V, 128-31, n. 289; Wadding, loc. cit., an. 1317 n. 18-21 (VI², 273-7). AF II, 124 seqq., III, 473. (9) Wadd. l. c. n. 22; VI², 277-9.

(10) Cfr. AFH II, 272 nota 3 ubi et bibliographia.

(11) Cfr. AFH II, 273, III 252; Wadding, 1322, n. 53 ss. AF II, 128 s.

(12) BF V, 233-6. (14 mart. 1323).

(13) L. c. 256. (14) L. c. nota. (15) L. c. 271-80.

Fit deinde Fratrum Minorum Generale Capitulum Lugduni, anno 1325. Rerum novitas novitatem Constitutionum postulare videbatur, ad Pontificis edicta ac temporum necessitates accomodatam. Hanc Compilationem Lugdunensem nobis traditam puto in codice Vaticano Ottoboniano 15 (fol. 38a-75b), quem Assisienses Constitutiones, forma aliquatenus immutata, continere iam censebat R. P. Ehrle (1). Lugdunensis Capituli memoriam invenimus in *Chronica XXIV Generalium Ord. Minorum:*

« *Anno Domini MCCCXXV Lugduni capitulum celebratum est et ibi fecit capitulum generale una cum dicto Generali Ministro Constitutionem sic dicentem: "Monet insuper Generalis Minister cum generali capitulo universo omnes fratres et singulos ac per obedientiam salutarem eis mandat, quatenus de sancta Romana Ecclesia et sanctissimi domini nostri Papae persona ac de Constitutionibus eius cum debitis reverentia et sobrietate loquantur. Et quicumque huiusmodi mandati fuerit transgressor inventus, per Ministrum suum statim poena carceris puniatur. Ad quod exsequendum Ministri per obedientiam teneantur, denuntiari eidem Generali Ministro nihilominus delinquentes"* » (2).

Compilationis Lugdunensis nomen primum exstat, quod scio, in Constitutionibus Perpinianensibus. Ibi vero *ex Capitulo Lugduni* ordinatio iam ex *Chron. XXIV Gen.* citata (3) inducitur (4), deinde *ex Compilatione Lugduni* accessus, sine speciali facultate, ad Curiam Papae (5) prohibetur.

IV. Lugdunensis Compilatio Assisiensium Constitutionum altera redactio habenda potius quam omnium Constitutionum universa recognitio videtur. Textus enim Assisiensium in ea fere integer servatur, in optima quoque editione cum optimis earum codicibus concordante: quare pretium operae putavi eam citare inter codices ad examen Assisiensium Constitutionum excussos. Additiones vero atque mutationes magis notabiles in eius editionis *Appendice* colligendas curavi. Mihi videtur in ea esse tantum fere ex integro conditum secundum capitulum *de qualitate habitus* ac tertii pars prima *de observantia paupertatis* renovata; quorum in altero Iohannis XXII decretalis *Quorumdam exigit* observantia, iam a Caesenate litteris mandata, sancitur; in altero Michaël Caesenatensis iubet Fratres Minores de Domini Papae persona et edictis nihil loqui nisi cum maxima reverentia, quod et Iohannes XXII in decretali *Quia quorumdam mentes* praescripserat; quamvis nullam earum expressam faciat mentionem: et iuxta Iohannis XXII decretales bullarum Nicolai III *Exiit*, et Clementis V *Exivi*, abrogat auctoritatem.

De novis denique proprietatis finibus, a Pontifice constitutis, Minister Generalis mandat « *quod nullus frater donet, vendat, impignoret seu alio modo distrahat extra Ordinem librum aliquem fratri vel*

(1) ALKG VI, 75. (2) AF III, 487 nota; AF II, 135; AFH II, 638, Wadding, an. 1325 n. 6. (3) Supra n. 2. (4) AFH II, 279 ubi recte adnotatur. (5) AFH II, 291.

communitati assignatum, paramenta seu vasa divino cultui dedicata, cum hoc nullo modo frater possit absque domini Papae licentia speciali, ad quem pertinet dominium predictorum. Res autem alias, quarum dominium predictus dominus Papa non retinet, que fratribus obvenient in futurum, ipsi fratres non vendant vel aliis modis supradictis distrahant sine donantium expressa licentia, penes quos dominium reservatur ».

V. Codicum vaticanorum quibus usi sumus, cum amplius inlustrandorum commoditas nobis non fuisset, benignus lector descriptione sit contentus, qua cl. vir Fr. Ehrle eos ornavit. Eam summatim tantum recognovimus, diligentem autem invenimus.

1. — **Codex 242 Bibliothecae Borghesianae.** — Pergam. saec. XIV, ff. 120. — Ehrle, ALKG VI, 75. — Codex miscellaneus continens constitutiones diversorum Ordinum religiosorum, inter quas ff. 18b-31b: *Constitutiones Gles Assisienses* (1316). — Signatur **B** (1).

2. — **Codex Vatic. Ottob. 15.** — Pergam. saec. XIV, ff. 293+63, in-8° — Ehrle, 74-5. — Cod. e tribus compactus plura de Ordine s. Francisci continens, bullas Regulae declarativas, etc. Caeremoniale, etc. et tres Redactiones Constitutionum Glium, I: f. XXVII-LXVIII: *Redactionem Parisiensem* (1292); II: f. LXXIa-CIIb (**O.**): *Constitutiones Gles Assisienses* 1316. ff. 38a-75b: *Compilationem Lugdunensem.* — Signatur **L.**

3. — **Codex Vatic. Ottob. 56.** — Codex chart. saec. XIV, in-8°, 166 ff. (2), miscellaneus plura de pluribus Ordinibus religiosis continens, et post plures papales declarationes Regulae s. Francisci: *Constitutiones Gles Assisienses* 1316: ff. 143a-158a (3). — Signatur **E.**

4. — **Codex Ravennatis, Classensis N° 45.** — Codex chartaceus, saec. XV, mm. 96×133, chartis 142 non numeratis. — Signatur **R.** Continentur in eo:

I. In tribus chartis praepositis sunt: *a)* Index codicis (f. 1); *b)* f. 2-3 refertur sententia Rev. P. Hyac. Sbaraleae O. M. Conv. de his opusculis in epistola ad Rev. P. Montanari data Romae 22 jul. 1753: « De' suoi Mss. alcuni mi giungono nuovi. Si sa che nel 1316 fu in Napoli celebrato il Capitolo Generale, e in esso eletto Michel di Cesena vi facesse delle Costituzioni; ma se queste sieno state stampate nella *Cronologia Serafica* del P. Michelangelo di Napoli tra le altre Constituzioni dell' Ordine nol posso dire (4); so bene, che il principio di dette Constituzioni è lo stesso che quello delle

(1) Pauca addimus: cod. mm. 253×350, binis columnis, scriptura nitida et compta, ut Iohannis Papae XXII regesta pergamenacea. Fuit enim pontificiae Avinionensis bibliothecae. Desunt correctiones et postillae, ut redactio quaedam officialis videatur.

(2) Cod. mm. 122×170, scriptura nitida et polita.

(3) Codex saec. XIV, sed anno 1316 aliquantulo posterior, mm. 155×235: scriptura incompta et, ut videtur, ad privatum usum confectus. Multa continet opuscula variis dimensionibus, quorum nonnulla pergamenacea. In bibliotheca Ioh. Angeli Altemps principis inerat.

(4) Vol. I, Neapoli 1650; cf. p. 43; ubi non inveniuntur.

Farinerie, e penso poi che inedite sieno le lettere del medesimo Generale al Ministro della Marca (1), e di questo al Custode di Iesi, con cui potrebbero supplirsi gli Annali. — Quanto alle *Ordinazioni* e Riformazioni del P. Ministro Francesco da Savona, furono queste già stampate per opera del Generale Graziani da Codignola d'ordine di Giulio II, e trovansi nella nostra Libreria di Ferrara (2). — Credo bene Mss. e rare le *Ordinazioni* del Generale Sansoni per la Riforma della Provincia Marchiana, ma l'altre sue fatte nel Capitolo Generale di Casale potrebbono forsi trovarsi nella suddetta *Cronologia Serafica* (3). Codesto suo Mss., essendo scritto nel 1496, forse sarà l'anno di una ricopia, o di una nuova pubblicazione, o errore del Copista, perchè quel Capitolo in Casale fu celebrato del 1485».

II. Sequuntur: index Sermonum (1, recto) et formula quaedam Absolutionis alterius manus (1 v.); III f. 2-8: *Regula Frat. Min.: Honorius ep.* etc. *Solet annuere* . . . . . IV. f. 9-13: *Quaedam observanda circa reformationem* (inc. *Infra sunt que precipiuntur observanda in principio reformationis* . . . . . in fine: *sine licentia sui Custodis similiter et Guardiani. Finis. Deo gratias*); V f. 13v.-18 vacant; VI f. 19-82: CONSTITUTIONES GENERALES (**R.**); VII f. 82-86: *Epistola* Gravi qua premor sarcina *Fr. Michaelis de Caesena missa per Ordinem.* Fr. Michael Gen. Min. scripserat Mutinae, prov. Bonon. XI Kal. octob. 1316, de Constitutionibus Assisiensibus fr. Simoni ministro Marchiae de Ancona, qui epistolam Generalis Ministri communicat: *In Christo sibi charissimo fratri Iohanni custodi Exine custodie.* Expl. *Dat. Firmi die III mensis ianuarii 1317.*

VIII. f. 87-103: *He sunt ordinationes seu reformationes sacratissime quas rev. pater generalis minorum Magister Franciscus de Savona artium et sacre Theologiae doctor eximius pro reformatione totius Religionis condidit etc.* (XIX capitula); IX f. 103-111; *Constitutiones ordinatae pro reformatione totius provincie Marchie anconitane per rev. patrem artium et sacre theologie doctorem famosissimum Magistrum Franciscum Sansonem de Senis totius ordinis fratrum Minorum generalem ministerii dignissimum in capitulo provintiali apud Montem Actonum* (?) *celebrato anno 1478 et die 18 mensis ottobris* etc.; X f. 111-114: *He sunt ordinationes facte et ordinate per rev. in Christo patrem Magistrum fratrem Sansonem totius ordinis minorum generalem ministrum in capitulo generali Casali celebrato* etc. — *Finis 1495 die XX Iunii. Laus Deo;* XI f. 115-125: *S. Bernardi Regula* (?) (inc. *Ad omnes horas canonicas pulsetur campana maior aliquantulum* etc. Expl. *et sic ad loca sua ordinate revertantur. — Finis, laus Deo* etc. (4); XII f. 125 v.-126 (incipit alia manus): *In Christo sibi karissimo fratri Francisco de Cingulo Ordinis Minorum provincie*

(1) Edita est in forma Provinciali Argentinensi mandata, ap. Glassberger, AF II, 122 seq., data: ap. Confortinum Prov. Bonon. XII kal. Sept. 1316.

(2) Romae 1506; cf. Sbaralea, *Supplem. ad SS. O. M.*, Romae 1806, 662, ubi hunc codicem citat, sicut et p. 283 (I^2, 1908, 299).

(3) Desunt, ibi, I, 143 seqq.; Sbaralea, 283; I^2, 1908, 299).

(4) Cf. AFH III, 64 seqq.

Marchie eiusdem frater Franciscus Sanson etc. *Per alias meas licteras* etc. Expl. *Datum Asisii 1475 dię prima Augusti;* XIII f. 126 v-128: *Lictera pro sindicis et factoribus: In Christo sibi karissimo fratri Francisco de Cingulo ... frater Ioannes Bigozini de Ancona ... Cum hoc sit quod* etc. Expl. *Datum Ancone, die 12 mensis iunii 1475;* XIV f. 128: *Causa vendendi. In Christo sibi karissimo fr. Francisco de Cingulo Ord. Min. frater Paulus de Mercatello eiusdem Ord. Sacre Theol. professor ...... Cum propter ruinam nostrae eclesie Sancti Francisci de Cingulo.* Expl. *Civitanove in nostro provinciali Capitulo ibidem celebrato. Anno domini 1491 die prima madii;* XV f. 129: *In Christo sibi karissimo fratri Francisco Superantii de Cingulo Ord. Min. magister Tomas de Umana eiusdem Ord. Sacre Theol. professor custos custodie Anconitane .... Cum ex invito rev. patris nostri haberis visitare Custodiam.* Expl. *Datum Ancone die 20 maij 1495;* XVI f. 130: *In Christo sibi kar. fr. Francisco de Cingulo Ord. Min. Custodie Anconitane custodi fr. Paulus de Mercatello ..... Marchie Anconitane Minister ... Cum pro quibusdam causis licitis et onestis.* Expl. *Datum in nostro provintiali Capitulo Montisbodij celebrato Anno Dom. 1489 Die vero 17 maij.*

XVII f. 131-135 (rediit prior manus): rubr. *Sermo ad funus* (Inc.: *Modicum plora super mortuum quoniam requievit anima eius* etc. — In fine: *ut ignis corrumpitur deficientibus lignis et lumen deficiente oleo*); XVIII f. 137-137 (rediit manus posterior) *in Dei nomine Amen. 1489 die 2 maij. Hec est ellectio futuri Custodis custodie Anconitanae retenta per ven. fr. Franciscum Superantii de Cingulo* etc.; XIX fol. 138-140 (rediit manus prior) Referuntur *Sententiae SS. Augustini et Hieronymi,* necnon (f. 140 v.) *Scoti* (ut videtur); XX f. 141-142 (rediit altera manus) Tres fratrum epistolae: prima *Ex Auxini, die decima magii 1461;* secunda, *pro discreto ad capitulum fratri N. de Cingulo;* tertia, *rev. patri min. ceterisque patribus definitoribus in capitulo Exii congregatis. Licentia ordinandi.... Fr. Paulus de Merchatellō* etc. Expl. *Datum Ancone X februarij 1496.*

V. — **Codex Cortonensis 72,** saec. XIV, cuius descriptionem cf. AFH II 274-6. — Signatur **C.**

In edendis Constitutionibus Glbus Assisiensibus anni 1316 codicem sequimur Borghesianum (**B.**), menda eius pauca et aperta, quae potius lapsus amanuensis quam rědactionis immutatio videntur, corrigentes aliorum ope codicum, quorum lectiones variantes in notis afferimus. Ut lectoribus, primo adspectu, Assisiensium Constitutionum origo pateat, scriptura mere cursiva earum partes, quae a Narbonensibus derivarunt, etiam in verborum particulis, signavimus. Cursiva autem uncis interclusa " " quando a Parisiensibus (1) originem dicunt. Qui unci in prosequentium paragraphorum principio inversi repetuntur, cum

(1) Cuius Parisiensis secundae redactionis ad hanc tertiam Assisiatem conferre tantummodo illas partes nobis conceditur, quae ab Ehrle in supra memorato *Archiv* ad calcem in notis ad Narbonensium constitutionum textum proditae sunt.

Parisiensis redactio nullo praetermisso verbo continuat. Parisiensium denique brevia intervalla signo " " indicavimus; signo |, Narbonensium. Maiora tamen ad calcem notavimus, transpositiones omnino omittentes. Hunc laborem humanissime pro nobis R. P. Benvenutus Bughetti O. F. M. curavit, pro quo ei e corde gratias dicimus.

(**18**b) **Incipit prologus in constitutiones generales** (1).

1. *Quoniam, ut ait Sapiens* (2): *'Ubi non est sepes, diripietur possessio'; necessarium est volentibus celestis regni possessionem preclaram, in quam per spiritum paupertatis intratur, custodire illesam, sepem illi circumdare discipline. Nequaquam igitur superfluunt morum observantie regulares: " quia " non solum ad spiritualis vite concordiam, decorem et custodiam suffragantur; verum etiam, ut in pluribus, intra perfectionis et puritatis regule promisse substantiam concluduntur. Et has potissime explicare oportet: ne per caliginem ignorantie in transgressionis foveam incidatur.*

2. *Nullus " enim " de possessione virtutis glorietur in corde, si dissipator est sepis in conversatione. ' Si quis enim ', teste Scriptura* (3), *' putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio '. Oportet igitur ori et ceteris sensibus et actibus et gestibus et moribus sepem circumdatam per honestatem regularium statutorum a viris perfectis non destrui, sed servari; ne dum ' dissipant sepem, mordeantur a colubro ', secundum* (**19**a) *sententiam Sapientis* (4). *Non enim absque periculo parvipendi potest quod cum tanta difficultate, tot laboribus et periculis, tot et tantis deliberationibus pro salute animarum a generali capitulo statuitur, apud quod precipua residet auctoritas ordinis gubernandi. Si quis autem gravem reputat sarcinam huiusmodi statutorum, hoc cogitet apud se, quod iuxta Apostolum* (5): *' Omnis disciplina in presenti non est gaudii, sed meroris; fructum autem pacatissimum iustitie exercitatis per eam afferet in futurum '.*

3. *Quia vero confusio est tam intelligentie quam memorie inimica, expedit ut constitutionum varietas ad certos titulos reducatur. Et primo ordinentur que spectant ad religionis ingressum; — 2° que ad habitus qualitatem; — 3° que ad observantiam paupertatis; — 4° que ad formam interius conversandi; — 5° que ad modum exterius exeundi; — 6° que ad occupationes fratrum; — 7° que ad correctiones delinquentium; — 8° que ad visitationes provinciarum; — 9° que ad electionem ministrorum; — 10° que ad capitulum provinciale; — 11° que ad capitulum generale; — 12° que ad suffragia defunctorum.*

---

3. celestis regni] *om.* R. — 5. igitur] enim E. — 8. substantie R. — includuntur E. R. L. — potissima explicari E. — 10. enim] igitur E. R. — 14. regularum R. — 15-6. nec dum O. L. — dissipantes sepem sepe mordeatur R. — 19. precipue veritas R. — 21. hec R. — 23. afferte R. — futuro E. — 24. vero] non R. — 25. Primo capitulo R. — *omittitur usque ad l. 32 in* E. — 30. provintiarum (*et in pluribus verbis similibus*) R. L.

---

(1) Bo. 449-50a; Ehr. 87-8. (2) Eccli. 36, 27. (3) Iac. 1, 26.
(4) Eccli. 10, 8. (5) Hebr. 12, 11.

Incipiunt constitutiones generales et primo de religionis ingressu, primum capitulum (1).

1. *Statuimus in principio quod nullus recipiatur ad ordinem* nostrum, nisi quartumdecimum annum compleverit in etate (2). " *Venientibus* autem *ad ordinem dicatur verbum sancti evangelii* (3), quod vadant et omnia vendant, *sicut in regula* (4) *continetur* ". Et *nullus recipiatur* pro clerico, nisi *sit competenter instructus in gramatica* " *vel alia facultate* ". Quod si alicubi tales haberi non possunt, non recipiantur ad minus nisi qui sunt discretorum iudicio habiles ad predicta, aut nisi oporteat aliquos recipi pro familiaribus obsequiis exercendis. Pro laico vero nullus recipiatur omnino citra decimum octavum annum, et tunc tantum de licentia generalis.

2. " *Nulli ministro* ", " *custodi* seu etiam *gardiano liceat recipere aliquem eiectum vel per se egressum de aministratione alterius ministri, sive sit in nostro habitu sive non.* Et si secus fuerit attemptatum, *huius*modi *receptio irrita sit et cassa* ".

3. " *Inhibemus* quoque *quod* nullus *de ordine* " " *mendicantium* recipiatur *ad ordinem nostrum* ", nec de non mendicantibus recipiatur aliquis, nisi prius a suo superiori petita licentia et obtenta. Nullus insuper pro aliena receptus provincia, vel ad suam translatus instantiam, possit ad nativam redire provinciam moraturus ibidem, nisi de generalis ministri licentia speciali.

4. *Recipiendus ad ordinem, postquam examinatus fuerit, secundum regulam* (5), *de fide et ecclesiasticis sacramentis, interrogetur nihilominus de subscriptis, videlicet: Si corpore* | *sanus; Si conditione liber; Si matrimonio non astrictus; Si debitis expeditus; Si excommunicationis gravis vinculo non ligatus; Si religionem aliam non egressus; Si voluntate promptus ad religionis onera perferenda. Tandem sibi regula et asperitates ordinis exponantur*, et detur eidem probationis capucium, sicut in regula (6) continetur.

---

3. Statuimus et ordinamus R, — 4. etate] *In margine add.:* preter illos qui a parentibus ordini offeruntur. O. E. L. — convenientibus E. — 6. omnia sua R. — 9. in iuditio discretorum R. — *Ab* aut *usque ad* exercendis *om.* L. — aut] autem R. — 10. obsequiis] officiis R. — exercendis] exequendis E. — 11. omnino] *om.* L. — 12. generalis ministri L. — 13. ministro vel custodi seu guardiano R. — etiam] *om.* O. E. L. — guardiano (*et similiter saepius*) R. L. — 14. gressum R. — amministratione (*et similiter in pluribus verbis*) R. — 15. attentatum (*et similiter in pluribus verbis*) R. — 17. quod] *om.* R. — 24. fide catholica E. R. L. — 25-6. Si sit corpore R. L. — Si matrimonio non astrictus] *om.* R.: *add.:* et legitimo matrimonio natus O. (*in margine*) E. L. — gravis] generalis R. — 27. ingressus R. — 28. et] *om.* E.

---

(1) Bo. 450a-451a; Ehr. 88-90.

(2) In Narb. (et Par.) praecipiebatur ut nullus reciperetur ad Ordinem citra decimum octavum annum, quibusdam tamen casibus exceptis. Quod in his Constitutionibus pro laicis tantum servatur. — Hinc usque ad § 4, l. 23 (Bo. 450, l. 26; Ehr. 89, l. 6) nonnulla omittuntur ex Narb. et Par.

(3) Matth. 19, 21.

(4) Cfr. *Opuscula S. P. Francisci Assis. emendata et denuo edita a PP. Collegii S. Bonav.*, Ad Clar. Aq. 1904 (citatur deinceps: *Opusc.*): cap. II, p. 64.

(5) Cap. II. *Opusc.* 64. (6) Cap. II. *Opusc.* 65.

5. *Ut autem novicij melius valeant informari, volumus quod in qualibet custodia assignetur* locus conventualis *aliquis magis aptus, vel " plures" si unus non sufficit, in quo vel in quibus omnes novicij de custodia collocentur* |; *ad quos informandos assignetur frater religiosus et circumspectus, qui eos doceat pure et frequenter confiteri, ardenter orare, honeste conversari, humiliter obedire, servare cordis et corporis puritatem, zelare sacratissimam paupertatem et ad omnis perfectionis apicem hanelare.* Et ad providendum novitiij de huiusmodi conventibus et magistris, ministri et custodes firmiter teneantur.

6. *Et ut vacent melius ad predicta et ad divinum officium addiscendum, toto probationis tempore studio non intendant, nec promoveantur ad ordines sacros, nec confessiones audiant si fuerint sacerdotes, nec libros studii habeant speciatim assignatos. Si quos vero de seculo attulerint, reponant eos " in" custodia gardiani. In scriptis* autem *edificationis liceat eos secundum dispositionem magistri sui pro tempore occupari. Tempore* etiam *novitiatus non loquantur cum aliquo seculari vel religioso alte-*(**19**b)*rius* religionis *sine licentia et socio assignato, nec litteras vel aliud recipiant* seu *mittant sine licentia speciali.*

7. *Completo* vero *probationis tempore, " si novicij a fratribus cum quibus fuerint conversati habeant laudabile testimonium, de ministri provincialis licentia a suis custodibus ad professionem recipi possint. Et interdum etiam ex causa rationabili possint hoc ipsum ministri in particulari casu concedere gardianis. Quam quilibet* (1) *novicius, cum ad professionem recipitur, faciat in hunc modum ": — ' Ego frater N. voveo et promitto Deo et beate Marie virgini, et beato Francisco et omnibus sanctis et tibi, pater, toto tempore vite mee servare regulam fratrum minorum per dominum Honorium* | *confirmatam, vivendo sine proprio, in obedientia et in castitate '. — Et qui eum recipit promittat ei, si hoc observaverit, vitam eternam.*

8. Et hec receptio tantum fiat in capitulo coram fratribus ad hoc specialiter convocatis. Huiusmodi autem novicij professionem facturi, sint expropriati omnino et nichil pro se in testamento vel aliter faciant reservari. " *Si autem conversatio alicuius novicii fuerit dubia apud fratres, eius ad professionem receptio provinciali ministro penitus reservetur* ".

De qualitate habitus, secundum capitulum (2).

1. *Cum regula dicat* (3) *quod ' fratres omnes vestimentis vilibus induantur'*, ordinamus quod hec *vilitas attendatur* iudicio prelatorum *in pretio pariter et colore.* Et omnes fratres quantum ad valorem, colorem, longitu-

31. quod] *om.* E. — 32. locus conventualis] conventus E. — aliquis] *om.* E. R. — actus R. — 33. vel in] in E. — de custodia] *om.* E. — 34. informandum R. — 35. et frequenter] *om.* R. — 40. vacent] valeant R. — 43. quos] quid R. — 44. reponatur R. — autem] *om.* R. — 45. eis O. E. R. L. — sui] *om.* R. — 46. etiam] autem E.; vero R. L. — 47. vel aliud] *om.* R. — 48. sive R. — 49-50. quibus] *om.* R. — 52-53. etiam] *om.* R. — in particulari casu] impartiri etiam R. — Quam cum L. — 54. et] *om.* R. — 56. patri R. — 58. haec servaverit C. — 61. nihil (*sicque pluries*) O. E. R. L. — 63. eius ad professionem] *om.* R. L.
3. attendantur O. — 4. colorem] et R.

(1) Usque ad l. 59 in P(erpinianensibus Constitutionibus, rubr.) III, (§) 7: AFH II, 280 (seorsim edit., Ad Claras Aquas, 1909) [12].
(2) Bo. 451; Ehr. 90-1. Plurima omittuntur et transp.
(3) Cap. II. *Opusc.* 65.

dinem et latitudinem tam habituum quam capuciorum et manicarum, uniformitatem decenter observent, deformitatibus, singularitatibus, pretiositatibus et superfluitatibus penitus resecatis.

2. Fiat (1) autem caputium tali modo, quod existens in capite usque ad cingulum non attingat. Mantellos quoque de panno vili et humili fratres habeant, nec rugatos circa collum nec crispos, nec usque ad terram per integrum saltem palmum protensos; et in forma servetur modus antiquus et hactenus consuetus, curiositate qualibet abdicata.

3. *Nullus frater habeat "eodem anno" duos habitus "novos";* | nec *dormiant* umquam *fratres sine habitu, singulo et femoralibus, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur.* Item *sani fratres* in dormitorio *culcitris et pulvinaribus de pluma* et linteaminibus *non utantur.*

4. *Item qui calciamentis indigent, non portent stivaldos sed calcios corrigiatos et ante fixos. Et habeantur calciamenta pro celebrandis missis in communi, et fratres occasione missarum illis tunc et non alias calcientur;* nec de cetero solee retroclause vel cum talaribus habeantur.

5. *Cingulum habeatur corda communis* et rudis, et omnis curiositas ab ea penitus rescindatur.

De observantia paupertatis, tertium capitulum (2).

1. *Cum regula dicat* (3) *quod 'fratres non recipiant pecuniam per se vel per interpositam personam'*, et qualiter hoc intelligi debeat per dominos summos pontifices, scilicet Nicolaum tertium (4) et Clementem quintum (5), aperte fuerit declaratum; ut hoc melius observetur, precipimus ut declarationes predicte quantum ad istum articulum et alia, que pertinent ad observantiam paupertatis, quolibet mense semel vel saltem infra duos menses, in capitulo legantur fratribus, ne ignorantia sit ipsis occasio delinquendi.

2. *Nullus* (6) *frater quacumque ex causa pecuniam apud aliquem deponi substineat vel servari sine licentia* speciali *et semper cum conscientia gardiani: et hoc nulli concedatur nisi pro* | *necessitate* presenti vel de proximo iminenti. *Et quicumque in* huiusmodi *inventus fuerit vitiosus, tamquam proprietarius puniatur, nisi eius inocentia per certa indicia excusetur. Teneantur* autem *ministri et custodes* per obedientiam *de hoc in-*

6-7. prepositatibus R. — et] *om.* R. E. — 9. quoque] autem R. — mantellosque C. — 10. non rugatos O. E. C. — vel crispos O. E. R. C. — ad] *om.* R. — 11. per] *om.* R. — integram R. — protensos] preteriens R. — 12. anticus (*et similiter alias*] R. — 13. novos] *om.* R. — 14. cingulo O. E. L.; corda R. — 15. in dorm.] *om.* R. — 16. cultricibus et pulvinariis R. — de pluma] *om.* E. — 17-8. stivalos, corigiatos, R.; fissos O. E. — habeant E. R. — 20. talibus habeatur R. — 21. Cingulus E. — 22. eo R. — resindatur R.

3-4. vel] nec R. — dominos] duos R. — 5-6. precipimus] videndum est R.; ordinamus E. — 7-8. saltem quolibet mense vel bis E. — in capitulo] *om.* R.; *add.* vel in mensa O. (*in margine*) E. — fratribus in comuni R. — ipsis] *om.* R. — 15. autem] *om.* R.

(1) Usque ad l. 12 in P. IV. 4 ex compilatione Assisiate (Ass.): l. c. 283 [15].

(2) Bo. 452-3a: Ehr. 91-7. Plur. om. et transp.

(3) Cap. IV. *Opusc.* 67.

(4) In Bulla *Exiit*, ap. Sbaralea, BF, Romae 1765, 404-17: — Potthast, *Reg. Pont. Rom.*, n. 21628; — *Seraphicae Legislationis Textus Originales* (cit. *Or.*). Ad Claras Aquas 1897, 181-227.

(5) In Bulla *Exivi:* Eubel, BF V, 80-6: — *Or.* 229-61.

(6) Bo. 452a l. ult.; Ehr. 93 l. 10.

quirere diligenter et terminum certum prefigere, intra quem pecunia ipsa in res licitas convertatur.

3. Simili quoque pena scilicet proprietarii *puniatur qui pro se vel pro alio in contrahendis debitis inventus fuerit vitiosus;* et qui libros seu res alias suo vel alterius usui deputatas pro se vel pro alio pignori supposuerit sine ministri licentia speciali, qui potestatem hanc concedendi licentiam possit dare custodibus, si viderit oportunum.

4. Gardiani (**20**a) insuper res conventuum vel locorum impignorare non audeant vel presumant sine manifesta necessitate vel evidenti utilitate, et nisi maioris partis fratrum suorum et maxime seniorum habeatur assensus.

5. "*Caveant* (1) tamen gardiani et *fratres ne se vel locum aliquem in debita onerosa" inducant* vel induci permittant *absque provincialis capituli consilio et assensu. Et de huiusmodi "debitis" in quolibet provinciali capitulo perquiratur.* Verum *pro edificijs construendis,* | *locis mutandis vel etiam ampliandis, aut pro libris scribendis vel emendis, debitum* | *fieri firmiter prohibemus, nisi ubi minister provincialis ex causa necessitatis viderit dispensandum* (2).

6. "*Inhibemus* (3) *districte, sub pena privationis librorum et officiorum ordinis aut pene equivalentis, cui hec pena non competit, quod nichil permittatur* deponi" *in locis fratrum in auro* vel *argento, gemmis seu alia re* quacumque *pretiosa, solis libris exceptis; nisi aliquis necessitatis articulus emergat, quem fratres "absque scandalo* vitare *non possent, et numquam sine consilio discretorum fiat, et licentia gardiani vel* eius *vicarii; ita quod videatur ab ipsis quid et quantum"* (4) "*fieri permiserit, qui deponit, et cui et qualiter reddi debeat; et hoc sub scriptura autentica vel sigillo* deponentis, *si habet, et semper cum protestatione quod fratres deponentibus nullatenus de custodia tenebuntur*". Talia autem deposita, semper in communi loco assignato gardiano serventur et reddantur, eo modo quo accepta fuerant, cum idonea cautione.

7. *Ministri* (5), *custodes gardiani et procuratores et alij officiales* ceterique fratres *de collatis et expensis,* "*et suo consilio et assensu ad dispensandum commissis*", *reddant debitam rationem: ita quod minister in provinciali capitulo, et custos ibidem coram fratribus sue custodie; gar-*

16. diligenter] *om.* R. — 17. conv.] expendatur R. — 18. scilicet] *om.* R. — 20. suo] *om.* R. — alteri R. — 21. ministri sui O. — hanc] habet R. — 22. et possit R. — videatur E. — 23. conv.] *om.* R. — 28. honerosa O. — 29. huiusm.] his R. — 30. Verumtamen E. — 33. O., E. L. *et* R. *addunt:* « Item fratres nullam litteram vel instrumentum confici permittant, in quibus protestentur [protestatur R.] se pecuniam recepisse. Sufficit tamen [enim R.] dicere tante quantitatis pecuniam datam vel legatam pro sua necessitate vel utilitate [R. *add.* vel] ab aliqua persona esse [etiam R.] acceptam et sibi plenarie satisfactum [satisfactam R.] ». — 35. equivalentes E. — 36. vel gemmis vel R. — 37. res R. — quecumque E. R. — utilitatis R. — 38. vitare] declinare O. E. L. — 40. si fieri O. E. R. L. — 42. si habet] *om.* R. — 43. deponentibus, custodia, tenebuntur] de refectione, communi, teneantur R. — 44-5. assignata, quomodo, acceptus, fuerit R. — fuerint O. — ydonea (*similiter pluries*) O. E. — 47. collatis helemosinis R. — 48. de commissis B.

(1) Par. Ehr. 94 n. 3, l. 6; Narb. Bo. 452b l. 23; Ehr. 94, l. 9.
(2) Pro additione aliorum codicum cf. Par. Ehr. 93 not. l. 9-13.
(3) Par. Ehr. 93, not. l. 14; Narb. Bo. 452a al. 5; Ehr. 93, l. 4.
(4) Par. add. *deponatur si fieri.* (5) Bo. 452b l. 17; Ehr. 94, l. 5.

dianus et procurator semel infra quindecim dies coram aliquibus discretis ad hoc a fratribus loci communiter *assignatis;* "*alii fratres ministro vel custodi cum fuerint requisiti. Ipsi vero ministri et custodes teneantur de huiusmodi congruis temporibus requirere rationem.*

8. "*Inquisitores* (1) *etiam heretice pravitatis de acceptis et expensis reddant debitam rationem coram discretis aliquibus a ministro et diffinitoribus in provinciali capitulo ordinatis*".

9. Ecclesias autem et quecumque alia edificia que, considerato fratrum habitantium numero, excessiva merito debeant reputari, fieri de cetero firmiter prohibemus. Sintque fratres deinceps et ubique edificijs temperatis et humilibus contenti secundum decentiam sui status, in quibus *curiositas in picturis, celaturis, columnis, fenestris et huiusmodi,* ac *superfluitas in longitudine, latitudine et altitudine, secundum loci conditionem* et morem patrie, *artius evitentur.* Nullumque notabile edificium de cetero construatur vel destruatur sine licentia et dispositione ministri. Et qui contrarium fecerit vel consuluerit, *de loco inrevocabiliter expellatur,* et alijs penis gravibus puniatur.

10. Paramenta etiam et vasa ecclesiastica decentia et in numero et magnitudine sufficientia competenter a fratribus habeantur. Et in hijs ministri et custodes invigilent ut omnis superfluitas evitetur. Item "*turibula* (2), candelabra", "*et ampulle de auro vel argento amoveantur omnino, nec plures calices quam altaria habeantur, excepto uno pro conventu*".

11. "*Inhibemus* (3) *etiam* per obedientiam, *ut nullus frater inducat* per se vel per alium *personam aliquam ad* faciendum seu *ordinandum*" "*elemosinam perpetuam* vel ad vitam sibi vel fratri alteri seu ordini *exhibendam. Et si aliqua talis fuerit* ordinata *nullo modo*" "*in iudicio exigatur.* Siquis autem contrarium attemptaverit, scilicet scienter inducendo aut in iudicio exigendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

12. "Precipimus *per obedientiam*" "*omnibus fratribus singulorum conventuum et locorum*", "*ne consentiant custodibus vel gardianis* seu *eorum vicarijs in pactionibus vel conventionibus cum clericis faciendis vel alijs quibuscumque personis, sine provincialis ministri licentia expressa viva voce vel sua littera speciali. Et quicumque contra fecerit, ab omni* actu *legitimo sit suspensus, nec restitui possit* nisi per generalem (**20**b) ministrum vel cui ipse duxerit committendum. *Et eidem pene custodes et gardiani ac eorum vicarij subiaceant,* si *talia* quoquo modo *facere attemptabunt. Hanc* autem *constitutionem de pactionibus perpetuis et rebus notabilibus intelligi* declaramus".

50-1. coram a. d. ad hoc a] *om.* R. — loci ad hoc O. R. — vel] *om.* R. — 53. inquirere R. — 55. discretis assignatis R. — 56. ordinatis] *om.* R. — 58-59. merito, fieri, fratres, *om.* R. — et utique E. — 60. et humilibus] *om.* R. — 61. celeturis O. — 62. latit. et] latitud. R. — 63-4. et morem] morem E. — nullum, constituatur R. — 67. et in] in R. — 68. sufficienti R. — his. (*et sic saepius*) R.; hiis (*et sic saepius*) O. E. L. — 70. thuribula E. R. — cand.] et cand. R. 73. per] *om.* R. — ut] quod C. — 74. vel] et E. — vel alium C. — 77. scienter] aliquem C. — aut] atque C. — 83. contrarium fec. O. E. L. — 85. ipse] *om.* R. — 87. intelligi] *om.* R.

---

(1) Usque ad l. 45 in P. XXI, 6; l. c. 597 [66]. (2) Ehr. p. 95, n. 3, l. 5.
(3) Ehr. 95, n. 5. Usque ad l. 67 in P. X, 4; l. c. 418 [31].

13. Item "*caveant* (1) *fratres pro posse ab omni scandalo clericorum et irreverentia prelatorum*". "*Et temporibus generalis interdicti*, secundum formam statuti a domino Clemente papa quinto noviter editi (2), *matricibus ecclesijs se conforment*".

14. *Item nec pro fratre aliquo nec pro loco animal aliquod, ab ordine vel ab aliquo nomine ordinis teneatur* "*nisi ex evidenti necessitate cum loco aliquo per ministrum fuerit dispensatum*".

15. Postremo (3) contra appropriatores locorum statuimus quod ministri, cum visitant vel alias quando eis expedire videbitur, de huiusmodi diligenter inquirant, vel inquiri faciant per custodes, et siquos tales invenerint, de suis locis expellere teneantur. Dicimus appropriatores locorum quibus si dantur obedientie recedendi, procurant eas per preces secularium revocari, vel qui alios, non de suis seu quos extraneos reputant, subditos vel prelatos secum nolunt habere vel pacifice substinere.

De forma interius conversandi, quartum capitulum (4).

1. *Cum secundum regulam* (5) *teneamur duas quadragesimas ieiunare et intermedia suadeatur cum benedictione divina; ex huiusmodi benedictionis amore statuimus, quod tali hora comedant fratres, quod qui volunt ieiunare non graventur, scilicet hora sexta.* "*Obsecrat* (6) *tamen generalis minister cum generali capitulo universo, quod omnes fratres in ipsa quadragesima intermedia, scilicet sancti Francisci, in conventu sint una refectione contenti, ad amovendas multas deordinationes et obtinendam benedictionem paternam, exceptis minutis, debilibus et infirmis*".

2. *Apostolorum* (7) *vigilie ieiunentur intus et extra, beatorum Philippi et Iacobi et Iohannis Evangeliste et Barnabe tantum exceptis. Vigilia beati Bartholomei ieiunetur, et festum secundum morem patrie fiat. Vigilia beati Francisci ieiunetur.*

3. *Ieiunia regule in cibo quadragesimali serventur, et* | *quadragesimalis ieiunii observantia a quinquagesima inchoetur.*

4. Circa esum carnium fratres temperate et stricte se habeant; et de sero *in locis* suis *nullo tempore carnes comedant, exceptis infirmis* et hospitibus de novo venientibus: quibus possit tantum illo sero quo ve-

---

89. caveant autem pro posse] *om.* E. C. — 90-1. tempore C. — secundum *etc.* editi] *om.* C. — statuti] *om.* O. — 93. nec pro loco] *om.* R. — 94. vel ab] aut ab E., vel O. — 95. dispensandum E. — 97. eis] *om.* R. — 99. eos expellere O. E. L. C. — dicimus autem O. E. L. C. R. — 100. eas] *om.* R. — 102. pacifice] etiam C.

2-3. teneantur, quadragessimas (*et sic alias*), subdatur R. — ex] et R. — huius O. R. — 5. ieiunare] *om.* R. — tamen] autem C. — 6-7. fratres] *om.* E. — LX.ma R. — intrinseca C. — 8. et ad C. — removendas R. — optinendam E. R. — 10. et extra] extra B. L. C. — 11. Bernabe R. — 12. Bartolomei E. — Barth. tantum R. — *transp(onendo quaedam)* R. — 14. Ieiunare R. — 15. incohetur R. — 16. esum autem O. E. L. — carnis ne R. — fratres] *om.* E. — 18. possint R.

---

(1) Omissio. Ehr. 95, not. l. 3-12; statim denuo om. loc. cit., 14-17, et alia postea. Usque ad l. 81 in P. II, 2; l. c. 278 [10].

(2) *Clement.* l. 5, tit. 10, c. 1.

(3) Usque ad l. 91 in P. X, 6 (Ass.); l. c. 418 [31].

(4) Bo. 453a-454b; Ehr. 97-100. (5) Cap. III. *Opusc.* 66.

(6) Usque ad l. 9 in P. VI, 2; l. c. 288 [20].

(7) Usque ad l. 15 in P. VI, 6; l. c. 289 [21].

nerint de carnibus provideri; exceptis etiam illis qui post prandium predicassent et manualiter artificibus et questoribus pro communi utilitate tota die laborantibus, nisi carnes in prandio habuissent. Item propter huiusmodi esum carnium, in magnis conventibus, nunquam refectorium dimittatur quin fratres ibi comedant in numero competenti et habeant lectorem.

5. " *Mandat etiam generale capitulum ministris, custodibus et gardianis et eorum vicarijs, quod iuxta regulam fratribus infirmis secundum eorum indigentiam de communibus elemosinis faciant fideliter provideri, ceterisque fratribus de convenienti in tunicis, singulis, soleis et bracis. Predicatores vero, confessores, procuratores et fratres alij, qui possunt, fideliter procurent pro huiusmodi necessitatibus, et procurata, oblata vel legata ad hoc gardiano assignent; qui de illis communiter provideat secundum quod unicuique viderit expedire* " (1). " *Et ministri et custodes super huius constitutionis observantiam diligenter inquirant et puniant transgressores* ".

6. *Item contra superfluitates ciborum statuimus, quod in capitulis generali*bus et *provinciali*bus et aliis temporibus, tam *in refectorio* quam extra, quando fit pitantia de elemosinis pro fratrum necessitatibus assignatis, nullo modo nisi unum ferculum ministretur. " *Nec commedant vel bibant in civitate vel villa, ubi fratres morantur, nisi cum prelatis et dominis terrarum et viris religiosis. Et quicumque contrarium fecerit* ", *ad bibendum aquam in uno prandio infra ebdomadam obligetur.* " *Nec mulieres in domibus fratrum commedere permittantur, nisi ministris aliquando ex causa rationabili aliter videatur. Et quicumque contra fecerit ad penam suppositam obligetur* ". *Item in diebus sabbatorum sagimine vel alia carnium pinguedine pulmenta non condiant.*

7. Item ordinamus, quod in quolibet loco, post completorium, (**2**[a]) hora congrua secundum providentiam gardiani, campanella pulsetur. Ex tunc *usque ad* primam pulsationem prime, silentium ab omnibus teneatur, *exceptis hospitibus de novo venientibus et infirmis, et eisdem ministrantibus vel assistentibus* | *de licentia* | *gardiani.* Et quicumque contra fecerit prolixe loquendo, scilicet *ultra spatium* ' miserere mei Deus ', ad bibendum aquam tantum infra octo dies in uno prandio pro qualibet vice per obedientiam obligetur.

8. Item (2) *sileant* | *in claustro, choro* et *dormitorio*, in quo sunt celle vel studia, omni tempore; in dormitorio vero a studijs separato, tantummodo dum dormitur, *et* in *refectorio dum commeditur*, tam in secunda mensa quam prima, *et hoc* non solum *a residentibus* sed *a forensibus observetur.*

---

19. providere R. — 23. ibi] *om.* R. — 25. ministris et E. — custod. et] custodibus E. R. — 26. et eorum] ac eorum R. — 28. singlis O. cingulis R. — et soleis E. — braccis O. brachis E. R. — 29. et confessores et curatores R. — 30. pro] *om.* E. — 32. videbitur R. — 34. superfluitatem R. — 36. pietantia (*saepius*) R. — 38. vel bibant] *om.* R. — 39. contrafecerit R. — 41. premittantur R. — 42. aliter] *om.* R. — 43. supra positam R. — sanguine R. — 40-43. *A* Nec mulieres *usque ad* obligetur *om.* E. — 46. hora c. s. p. gardiani] im[re] ab officiatore E. — Et ex O. E. R. 47. primam]. *om.* R. — 49. vel] et R. — contrafecerit (*pluries*) R. — 51-52. tantum] *om.* R. — per obedientiam] *om.* E. — 53. sileatur R. L. E. C. — 54. vero] *om.* R. — 55. comeditur (*pluries*) E. R. — 56. in prima R. C. — sed etiam C.

---

(1) Par. add. duas lineas uncis inclusas: Ehr. 97, n. 4, deinde plura, et cum Narb.

(2) Usque ad l. 66 in P. IX, 14, 2-4 (cum additione Lugdunensi): l. c. 416 [29].

9. *Similiter hora dormitionis a Pascha usque ad festum exaltationis sancte Crucis, qualibet die* " *immediate* " *post secundam mensam, pulsetur campana refectorij, et ex tunc sileatur usque ad* horam *nonam. In diebus* " *vero* " *ieiuniorum simili modo a pulsata* " *campana* " *sileatur, usquequo fiat signum ad surgendum, secundum spatium a gardiano provide ordinatum. Liceat tamen breviter et submisse significare quod necesse est.*

10. *Et quotiescumque* | *quis contra fecerit,* silentium videlicet prolixe frangendo, *dicat in capitulo culpam suam* et a gardiano sibi imponatur pro qualibet vice infra XV dies in uno prandio non bibat nisi aquam vel ab omni cocto abstineat preter panem.

11. *Nullus frater* absque ministri generalis vel provincialis licentia *cameram clausam habeat vel a dormitorio sequestratam, ministris* dumtaxat *exceptis et lectoribus in generalibus studiis constitutis.* " *Nec in studijs* vel cellis *aliorum fratrum habeantur velamina vel clausure, quominus fratres intus existentes patere possint aspectibus aliorum* ". Et hoc gardiani firmiter faciant observari.

12. *Item nullus frater a culparum capitulo eximatur. Hospites etiam in locis, ubi ultra tres dies moram contraxerint, dicant in capitulo culpas suas et dicta culpa et accepta penitentia egrediantur. Omnes* (1) quoque *fratres, tam clerici quam laici, et forenses, post recreationem acceptam, secundum exigentiam itineris et laboris, ad completorium* vadant, *et nullus remaneat* " *sine causa rationabili et* " " *licentia speciali* ". *Et quicumque contra fecerit* in *uno prandio* " *non bibat nisi aquam vel unam in capitulo recipiat disciplinam* ".

13. *Fratres omnes hospites* recipiantur *in visceribus caritatis, maxime venientes de extraneis provincijs et longinquis. Et si quando fratres Predicatores ad loca nostra venerint, velud fratres nostri ordinis benigne et caritative* recipiantur, *et seminantes inter nos et ipsos scandala graviter puniantur.*

14. *Fratres* " *semper* " " ad *quindenam radantur* " | *et sit rasura non modica, sicut decet religiosos,* " *scilicet* " *ut inter ipsam et aures non sint plures quam tres digiti. Tonsuram vero desuper aures tam clerici quam laici* " *fieri sibi procurent; et in festis sive diebus dominicis* " " *illi rasure vicinioribus* " *communicent fratres* in missa conventus, *nisi remanserint de licentia speciali, et tunc fiat sermo fratribus in communi.*

15. *Ad illud* autem *altissimum sacramentum diligenter se preparent fratres omnes. Et hoc ut melius fiat, statuimus ut singuli determinatos habeant confessores de* " *conscientia* " *gardiani, quibus bis ad minus confiteantur in qualibet septimana. Et de hoc sint solliciti gardiani, ut per utriusque sacramenti frequentiam sancte conversationis in utroque homine puritas observetur.*

58. secundam] factam C. — 59. campanella C. — horam] *om.* C. — none. R. — 60. vero] *om.* C. — campanella C. — usque R. — 61-62. ordinatum] assignatum C. — 63. Et] *om.* E. — quotiesc. quis] quicumque L. C. — 64-5. imponatur quod O. C. L. E.; imponatur penitentia R. — in uno prandio] *om.* C. — 67. vel provincialis] *om.* E. — 72. faciant] *om.* R. — 73. Item] *om.* E. — 74. in locis] *om.* R. — 75-76. quoque. et] *om.* C. — etiam for. R. — 78. et] de C. — 81. hospites] *om.* E. — suscipiantur O. L. R. — 82. extremis R. — 83-4. velut O. R. — benigne et caritative] *om.* E. — et nos O. — 86. sit] sibi B. — 88. quam tres] tres R. — vero] non R. — 90. conventuali R. — 91. speciali] guardiani R. — fratribus] *om.* R. — 93-4. *transp.* O. E. R. L. — conscientia] consensu R.

(1) Usque ad l. 80 in P. V, 6; l. c. 285s. [17s.].

De modo exterius exeundi, capitulum quintum (1).

1. *Cum regula fratribus per mundum euntibus maxime suadeat honestatem* (2), *statuimus, ut nullus* | "*emittatur*", *nisi sit maturus moribus vel cum socio provido et securo. Teneantur* (3) *autem fratres exeuntes per obedientiam in reditu suo secreto gardiano suo excessus suos notabiles invicem intimare.* "*Et si unus fratrum excessum alterius per duas vias, utpote per confessionem et per alium modum agnoverit, non propter hoc minus tenetur ipsum excessum, ut predicitur, dicere gardiano et etiam alteri suo superiori ab eo per obedientiam requisitus: quia hoc nullo modo sigillo confessionis preiudicat, quin potius si taceret, inobedientie crimen incurreret. Et si quis contrarium dixerit vel asseru-*(**21**b)*erit et correctus revocare noluerit, omni actu legitimo privetur.*

2. "*Et*" *ut discursus inutilis* "*compescatur, ministri*" *extra provinciam suam non mittant fratres absque necessitate vel evidenti utilitate, certum eis in litteris obedientialibus prefigentes terminum revertendi. Custos etiam extra custodiam suam ad ministrum vel alias*, vel *gardianus extra* "*terminos*" *gardianie sue fratres non mittat nisi pro urgenti necessitate vel evidenti utilitate viderit faciendum, prefixo sibi brevi et certo termino* redeundi. *Et quotienscumque quis contra fecerit predictorum, totiens ieiunet in pane et aqua. Et super huius*modi *constitutionis observantiam diligenter a visitatoribus inquiratur.* Hanc autem concessionem factam custodibus et gardianis debeant ministri artare, si vibebitur oportunum.

3. *Nullus* (4) *frater vadat* nec *eques nec pedes sine fratre, aut sine fratre socio alicubi commoretur.*

4. "*Inhibemus quoque districte*" ne *frater* aliquis *in via* vel *alibi portet pecuniam alicuius*, | nec "*bursarium secum ducat. Sed si contingat aliquos fratres pro aliqua communi utilitate ordinis vel evidenti necessitate viam ire prolixam, in qua probabiliter videatur quod non possint mendicando victualia necessaria invenire, per aliquem honestum nuncium, cui aliqua elemosina* modo debito committatur ab aliquo, cuius auctoritate illam recipiat et expendat, possint fratrum sic euntium necessitatibus subveniri, proviso quod huiusmodi elemosina *in honestis cibariis et aliis necessitatibus temperate et stricte, sicut decet pauperes, expendatur. Et qui contra fecerit, alia de causa ducendo vel aliter expendendo, pro qualibet refectione recepta duobus diebus in pane et aqua absque dispensatione debeat ieiunare*" (5).

4-5. securo] discreto L. — exeuntes per ob.] *om.* R. — secrete E. R. — suos] *om.* R. — 6. frater O. R. C. — 7. puta R. — et] per E. R. — 8. guardiano suo R. — et etiam] vel E; alteri *om.* B. — 9. sub sigillo R. — 11. asseveraverit C. — 14. suam mittat R. — certis E. — 15-16. Custos etiam] custodes R.; Custodes etiam E. — 16. ad alias R. — 17. guardianatus sui R. — mittant E. — 18. secundum quod viderit R. — videretur O. — revertendi R. — 19. predictis R. — 20-21. huius R. — vigitatoribus R. — 23. nec vadat E. — vadat eques R. — 24. fratre] *om.* R. — 28. possint fratres O. — 29. necessaria] *om.* R. — 31. possit O. E. R. — euntium] evidentibus R. — 32. provisio, huius R. — 33. paupertatem R.

---

(1) Bo. 454b-5b; Ehr. 100-4. (2) Cap. III. *Opusc.* 67.
(3) Usque ad l. 12 in P. XVIII, 13; l. c. 586s. [55s.].
(4) In P. VII, 3; l. c. 290 [22].
(5) Inde omissio ex PAR. 4 lin.; Ehr. 101, n. 4, l. 9-12.

5. *Fratribus, sine obedientia* et *sine* (1) *testimonialibus litteris sui provincialis ministri extra suam administrationem* et *custodis extra suam custodiam euntibus, caputia et "universa" que portant auferantur et non reddantur, nisi in casu excusabili de consilio discretorum.* "*Hoc* idem *fiat* ei qui *sine socio* vadit, *sive eques iverit sive pedes; caputium" tamen "post diem septimum possit reddi. Quod" si gardianus vel eius vicarius penam istam sic euntibus non inferret, tribus diebus in pane et aqua tantum ieiunet.* "*Pena tamen predicta intelligi debet de illis qui publice delinquunt in aliquo predictorum: alias si occultus esset excessus, tribus diebus in pane* tantum *et aqua ieiunare pro vice qualibet absque aliqua dispensatione firmiter teneatur.*

6. "*De terminis autem provinciarum et locorum hoc firmiter observetur de cetero, omnibus aliis ordinationibus pretermissis; videlicet quod quilibet locus debet habere terminos sibi viciniores, sive sint de suo episcopatu et regno sive non, illis locis exceptis que post ordinationem capituli Narbonensis* (2) *iam sunt recepta vel forte recipientur in posterum in provinciarum confinijs, que nichil habebunt de terminis qui prius per dictam diffinitionem ad aliam provinciam pertinebant: salvis tamen ordinationibus generalis ministri tam preteritis quam futuris. Infra provincias autem ministri provinciales cum consilio et assensu provincialis capituli possunt taxare terminos locorum suorum, sicut videbitur expedire*".

7. "*Fratres* (3) *cum in itinere fuerint et* ad loca *ubi fratres morantur,* tempore *comedendi vel hospitandi pervenerint, ad fratres veniant ad comedendum* et *hospitandum cum eis, vel saltem ad excusandum se rationabiliter apud eos, nisi manifesta necessitate* fuerint *impediti. Et qui contrarium facientes legitime fuerint deprehensi, caputia et alie res, que ad ipsos pertinent, sibi per custodem vel gardianum* aut eorum vicarios *auferantur. Alias autem, si occultum hoc fuerit, pro qualibet vice tribus diebus in pane tantum et aqua firmiter debeant ieiunare.*

8. "*Et omnes fratres suas provincias exeuntes in singulis locis fratrum infra diem naturalem, ex quo ad loca ipsa pervenerint vel citius si fuerint recessuri, gardianis vel eorum vicariis* per obedientiam *suas obedientias ostendere teneantur. Ipsique gardiani vel vicarii,* sub eiusdem districtione precepti, *dictas obedientias teneantur* (**22**a) *requirere, si fratres prefati in ostendendo* eas *fuerint negligentes.*

9. "*Fratres* (4) *transeuntes per viam nichil acquirant in* villis, *in quibus morantur fratres, per quos transitum fecerint, nisi de licentia custodis*

37. obed. et sine] *om.* L. — sine] *om.* R. — sui] sive R. — 39. omnia universa R. — 40. concilio (*et saepissime:* conscilio, *vel similiter*) R. — 41. iverit] invenitur R. — 44. ieiunent E. R. — illis] his R. — 46. *varie transp.* O. E. R. L. — aliqua] *om.* R. — 47. teneantur E. — 50. sit R. — 51-2. ordinationem capituli Narbonensis] capitulum Narbonensem E. — forte] *om.* R. — 53. confinibus R. — 54. provinciam] *om.* E. — pertinebunt R. — 57. possint O. L. R. — viderint O. L. E. — 58. morantur] *om.* C. — 60-61. vel saltem *etc.* eos] *om.* C. — 63. ipsos] eos R. — sibi] sive E. *om.* C. — 64. autem] *om.* C. — 69. Ipsi quoque C. — 71. offerendo R. — eas] *om.* E. — 72. per viam] *om.* E. — 73-4. quas R. — faciunt C. — custodis vel] *om.* E. — manifestis] magnis R.

(1) Usque ad l. 40 in P. VII, 4; l. c. 290 [22].

(2) *Difinitiones Capli Glis Narb. 1260:* S. Bonaventura, 12, VIII, 465a, al. 6; AFH III, 508, rubr.

(3) Omissio 3 lin. ex Par.; Ehr. 102, n. 6, l. 18-20. Usque ad l. 71 in P. VII, 6; l. c. 290 [22]. (4) Usque ad l. 79 in P. VII, 9 et 8; l. c. 291 [23].

vel gardiani, et obediant eis quamdiu morantur ibidem, et de manifestis offensis quas faciunt correctioni subiaceant eorumdem ".

10. *Fratres nihil portent in verbis vel scriptis, quod possit redundare in scandalum aliquorum. Et scienter contrarium facientes probationis caputio* vel *alia penitentia puniantur arbitrio ministrorum secundum* quantitatem *delicti.*

11. *Ad curiam* autem *domini pape* provinciales ministri non possunt mittere fratres suos, nisi pro arduis tantum negociis ordinis aut sue provincie, et tunc tantummodo duos mittant. Quod si plures vel aliter de eadem provincia, ante quam priores recesserint, missi fuerint, *statim* a *procuratore ordinis* per obedientiam *de curia expellantur.* Pro negotiis autem personarum extra ordinem nullatenus mitti valeant absque licentia generalis.

12. *Si contingat fratres alicuius provincie incurrere manifestam necessitatem exeundi a locis suis in tanta multitudine quod non possint in eadem provincia aliqualiter sustentari, teneantur vicini ministri sic exeuntes in suis provinciis collocare, dummodo " ad ipsos " per sui ministri litteras trasmittantur, facientes de eorumdem fratrum gravamine mentionem; salvo tamen remedio per proximum sequens generale capitulum apponendo. Si autem huius constitutionis necessitas non affuerit, nullus* minister *mittat fratres ad alium ministrum, nisi prius sibi constiterit de voluntate illius quod velit eos sponte in sua provincia collocare; et si quis aliter missus fuerit, non recipiatur.*

13. " *Nulla autem provincia, que suos fratres emittere cogitur, aliquos ad ordinem de novo recipiat, nisi talis esset persona de cuius refutatione dampnum notabile discretorum iudicio videretur* ".

14. "*Si*" *contigat* (1) *aliquem fratrem onerosum* vel *periculosum trasferri de una provincia ad " aliam ad " morandum, teneatur firmiter minister, de cuius provincia egreditur, significare ministro, ad quem mittitur, periculosas conditiones ipsius, ut eidem sicut expedit caveatur. Hoc idem faciat generalis.* | " *Teneatur etiam minister conditiones huius significare custodi ad cuius custodiam transfert fratrem, vel gardiano si mittitur ad conventum; et custos similiter gardiano, et hoc tali modo fiat* quod *infamie fratris caveatur.*

---

75. correctioni] *om.* R. — 77-8. scientes, caputium R. — pena O. L. C. E. R. — 80. autem] *om.* E. — possint O. E. R. — 86. O. *et* E. *hanc addunt postillam marginalem:* « Nullusque frater transeat per locum curie vel ad ipsam appropinquet, cum intentione intrandi, nec licentiam intrandi procuret seu patrari faciat per personam aliquam extra ordinem existentem per obedientiam salutarem. Quicumque autem contrarium fecerit omni actu legitimo per annum integrum sit privatus, a qua privatione relevari non possit nisi per generalem [ministrum] vel illum cui ipse in speciali duxerit committendum. Et procurator ordinis non possit dare alicui licentiam supradictam » (*est Constitutio Lugdunensis 1325. — Cfr. Appendic.*). — 88. possit R. — 89. aliquatenus O. L. — substentari R. — 91. transmittantur (*similiter saepius*) O. E. L. R. — eorum R. — 94. permittat R. — 95. illius] ipsius R. — 97-8. *varie transp.* E. R. — Nullus autem a provintia R. — 101. in aliam C. — 103. expedierit R. — cav.] teneatur R. — 103-4. hoc *etc.* generalis] *om.* C. (*ut in* L.) — faciat] *om.* R. — hoc idem faciat] *om.* L. — etiam] *om.* R. — huiusmodi O. L. E. — 105. transmiserit R. — 106. infamia R. — 107. fratres] *om.* C.

---

(1) Usque ad l. 109 in P. VII, 12; l. c. 292 [24].

15. "*Nullus minister scienter mittat aliquos fratres insolentes ad provinciam terre sancte vel ad partes infidelium quorumcumque*".

16. Item ministri (1), qui fratres suos licentiant ad indulgentiam Portiuncule, exprimant in litteris huiusmodi licentiam continentibus, quod fratres ipsi ante VI Kalendas augusti provinciam sancti Francisci non intrent et quod post habitam indulgentiam infra V dies ipsam provinciam egredi teneantur.

17. *Item, cum regula dicat* (2) *quod 'fratres non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur'; ordinamus quod, quotiens quis* aliter *equitaverit, totiens in pane et aqua ieiunet, sedens in terra coram fratribus* in conventu, *nisi cuius causa et necessitas fuerit sufficiens iudicata per* ministrum vel custodem *de consilio discretorum,* " *et ad hoc per obedientiam teneatur*". | *Et si* "*ipsi ministri*" *in hoc fuerint* vitiosi, *per visitatores acrius puniantur: et nichilominus ministratores et ministri culpabiles per eosdem visitatores denuncientur capitulo generali.*

De occupationibus fratrum, sextum capitulum (3).

1. *Cum regula dicat* (4) *quod 'fratres, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, laborent fideliter et devote'; ordinamus* (5) *quod tam fratres laici quam clerici compellantur per suos Superiores in* | *laboribus sibi competentibus exerceri. Et si qui inventi fuerint notabiliter ociosi* per ministros et custodes voce activa et passiva priventur, et ab omnibus promotionibus ordinis retrahantur. "*Quod*" *si superiores in hoc negligentes fuerint, a visitatoribus puniantur, qui diligenter inquirant, qualiter* hec *constitutio* "*observetur*".

2. *Si fratres alicubi indigent obsequiis secularium puerorum,* (22b) honestos accipiant et securos, qui ad interiores officinas non *admittantur,* si fieri poterit bono modo; *sed magis ipsi fratres pro Christo humilitatis officia non recusent.* |

3. *Confessores audiant confessiones certis horis a provinciali capitulo ad hoc statutis,* et *nullus* (6) *sacerdos confessiones secularium audiat* vel *religiosorum absque licentia sui provincialis ministri.* | *Minister* vero *nullos licentiet, nisi quos cum magna deliberatione discretos probaverit et securos, et hoc in provinciali capitulo* "*de* difinitorum *consilio*" *tantum fiat.*

111. litteris suis C. — licentias E. — 113. quod] *om.* C. — indulgentiam ipsam C. — ipsam] *om.* C. — 115. equitent R. — 116. ordinamus quod] *om.* O. E. — quotienscumque R. — 117. quis] *om.* R. — 118. cuius] eius R. — 119. *Post* custodem O. *in margine et* E. *in textu addunt:* « seu guardianum vel eius vicarium si minister vel custos presentia non adesset ». — 120. teneantur E. R. — 121. acrius] alicuius B.; artius E. — 122. per eosdem visitatores] *om.* E.

2. Dominus] Deus B. E. — 3. ordinamus et statuimus C. — 4. suos] *om.* R. — 5. si] *om.* C. — ociosi] vitiosi B. R. — 7. removeantur R. — Quod] Et E. — in hoc] *om.* R. — 9. hec] ista C. — 11. accipiant] habeant C. — 12. si fieri potest bono modo] sine licentia generalis C. — 14. a] in R. — *varie transp.* O. E. L. R. — 16-17. Ministri, licentient, probaverint R. C. — magna] *om.* R. — 18. hoc, de] *om.* E. — diffinitorum (*saepius*) O. E. L. R.

(1) Usque ad l. 114 in P. VII, 13; l. c. 292 [24]. Cf. ib. n. 9.
(2) Cap. III. *Opusc.* 67.
(3) Bo. 455b-457a; Ehr. 104-112.
(4) Cap. V. *Opusc.* 68.
(5) Usque ad l. 13 in P. IX, 5; l. c. 414 [27].
(6) Usque ad l. 18 in P. XIII, 4; l. c. 421 [34].

4. " *Item* (1) *districte* precipimus *fratribus* universis, *quod nullus in secreta collocutione sub sigillo confessionis aliquid dicat, quod vergat in infamiam alicuius, vel quod possit inter fratres dissentionem aliquam generare.*

5. " *Item* " *nullus* (2) *frater pro confessione audienda seu quacumque alia de causa iuxta mulierem stet* vel *sedeat; nisi ubi ipse et eius socius libere possint mutuo se videre. Et caveant omnes fratres a prolixis colloquijs mulierum; et quicumque contra fecerint, a socijs accusentur.*

6. " *Per obedientiam inhibemus, ut nullus* ", | " *in quocumque sit officio constitutus* ", *aliqua monasteria monalium vel alia habitacula mulierum fieri aliqua ratione procuret;* " *nec aliquis minister vel administrator, nec aliquis frater scribat pro aliquo monasterio recipiendo absque licentia generalis* ", *nec a muliere votum continentie requirat, seu oblatum recipiat, aut ad faciendum sibi obedientiam inducat. Et quicumque contra fecerit* " *a ministro per sex menses probationis caputio puniatur, et ad hanc penam infligendam ministri firmiter teneantur* ".

7. Item fratres non " *dent sacram communionem in die Pasce* nec *etiam in extremis, nisi de licentia superioris vel parochialium sacerdotum. Nec sint iudices vel arbitri questionum, nec de alijs officijs ordinem nostrum dedecentibus se aliqua*liter *intromittant. Et quicumque contra fecerit* ", *tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet.*

8. *Nullus frater procuret per se vel per alium quoquomodo committi sibi vel alii fratri aliqua negocia procuranda per reges, principes et prelatos seu comunitates; nec procuret quod maneat vel equitet cum eisdem* nec alias etiam nimis ingerat curijs quorumlibet dominorum. *Siquis* autem contrarium *fecerit* " *procurando sibi committi negotia vel suam cum personis extra ordinem mansionem* ", *beneficijs ordinis ipso facto habeatur indignus; et si sacerdos* sit, *ipso facto suspensus sit a confessionibus audiendis.*

9. *Item quicumque frater sine generalis ministri licentia* prelationem quamcumque extra nostrum ordinem *receperit*, sicut apostata ipsius ordinis habeatur, nec in locis fratrum recipiatur, sed tamquam excommunicatus ab universis fratribus evitetur.

---

20. collatione R.; collucutione O. E. — vertat R. — 20-21. quod] *om.* R. — discessionem R. — discensionem O. E. L. — 23-4. seu (sive E.) quacumque a. d. causa] *om.* R. — 26. fecerit, accusetur C. — accusantur R. — 27. nullus frater O. L. R. — sit] *om.* L. — 30. absque] sine E. — 31. seu sponte E. — 35-36. Item] Et R. — Pasche O. — externis R. — *Ab* Item fratres *usque ad* sacerdotum *om. in* E. — 37. sint fratres E. — 38-39. de decedentibus R. — intromittant R. — *Ab* Et, quicumque *usque ad* ieiunet *om. in* R. — tribus diebus *etc.*] omnibus actibus legitimis sit privatus L. — 40. quoquomodo] *om.* R. — 41. fratri alteri R. — negotia (*saepissime in* sotius, renuntiare *et similibus*) R. — 43. etiam nimis] minimis R. — 44-5. committi] *om.* E. — persona E. — 46. et si s. s. i. f. s. s. a. c. audiendis] *om.* R. — 48. *Ad* sine O. L. *in textu et* E. *in margine addunt:* « domini pape aut ». — 49. *Ad* receperit *in margine add.* E: « cum sit apostata ipsius ordinis et excommunicatus ». — sicut] cum sit O. L. — aposteta R. — ipsius] nostri R. — 50-1. habeatur] et excommunicatus O. L. — nec] *om.* O. L. — fratrum non O. L. — *verba:* sed tamquam excommunicatus, *sunt in* O. *transversa linea obliterata. In* L. *omittuntur.* — *Post* evitetur O. L. *in textu et* E. *in margine addunt:* et capiatur.

---

(1) Par. aliqua praemittit; cf. Ehr. 105 n. 9, l. 1-11.
(2) Usque ad l. 26 in P. XIX, 5; l. c. 595 [64].

10. *Item nullus* (1) *frater ordines recipiat sine ministri sui provincialis licentia vel custodis, cui minister provincialis* hanc *licentiam dederit. Et quicumque contra fecerit a suscepto ordine suspendatur, quousque* per ministrum *secum fuerit dispensatum.* |

11. " *Item ministri in quorum provincijs inquisitio fit contra hereticam pravitatem per fratres, inquisitores viros discretos instituant et maturos* ". " *Qui in quolibet provinciali capitulo renuncient suis officijs* ", " *si presentes fuerint, vel per litteras si absentes. Et possint eligi ad provinciale capitulum* pro discretis *de custodijs vel conventibus ubi fuerint assignati.*

12. Vicarii etiam ministrorum et custodum in locis, in quibus fuerint assignati, vocem activam habeant et passivam, sicut fratres ceteri de conventu.

13. " *De fratribus* autem *lecturis sententias* vel *ad magisterium presentandis Parisius, minister provideat generalis. Si tamen idem minister provisionem huiusmodi ex aliqua causa parisiensi conventui aliquando duceret committendum, vel si etiam generalis ministerij vacaret officium, nec generalis minister antea providisset, tunc idem parisiensis conventus provideat secundum illam formam, quam dominus frater Matheus cardinalis, tunc generalis minister, apud Montem Pesulanum* (2) *ordinavit in provisione huiusmodi observandam.*

14. " *Et ut ipsi generali ministro via pateat melius providendi, ministri et discreti generalis capituli per obedientiam ei teneantur nominare in scriptis* (**23**a) eos *et non alios, quos de provincijs suis ad legendum sententias Parisius tam ratione vite quam scientie* " (3) " *iudicabunt. Et istud preceptum in quolibet generali capitulo renovetur. Quicumque etiam alij habent eligere vel nominare fratres predictos, per obedientiam teneantur eligere seu nominare* de *omnibus meliores et aptiores suo iudicio ad huiusmodi officia exequenda.*

15. " *Placet tamen generali capitulo quod illorum qui sunt Parisius lecturi sententias* aut *ad magisterium presentandi, tertius semper de provincia Francie, alij vero duo de aliis provincijs ordinis magis idonei assumantur, ita tamen quod propter hoc non promoveatur aliquis insufficiens ad officia supradicta, nec potestati generalis ministri preiudicetur in aliquo, quin in provisione huiusmodi libere possit facere et preferre unum alteri, sicut ordini viderit expedire.*

16. " *Ad ociositatem autem vitandam lectores incipiant legere a festo sancti Francisci et usque ad terminum sui provincialis capituli,* vel usque Pentecosten, quando fuerit capitulum generale, suas *continuent lectiones.* Et qui in discontinuatione suarum lectionum notabiliter inventi fuerint

52. provincialis] *om.* R. C. — 53. provincialis] *om.* C. — hanc] *om.* R. — 54. qui R. — suspendatur] C. *in textu et in* O. *manus posterior correxit:* ipso facto noverit se suspensum. — 56. inquisitio] *om.* R. — 58. per se si R. — 61. etiam] autem R. — ipsi fuerint R. — 65. generalis] *om.* E. — idem] inde R. — 66. huius R. — 67. ministerij] ministri R. — 69. dominus] *om.* R. — 70. Pessulanum O. — 71. observanda R. — 74. eos] illos R. — 75. idoneus diiudicab. R. — 76. habeant R. — 78. seu] et E. — actiores R. — 81. sit de R. — 82-83. duo] *om.* R. — magis] *om.* R. — assumatur R. — 84. ministri] *om.* R. — 85. preferre facere R. — 88. et] *om.* R. — vel ad E. — usque ad L. — 90. continuatione R.

(1) Usque ad l. 55 in P. V, 3; l. c. 285 [17].
(2) Capitulum habitum an. 1287; cuius *Definitiones* adhuc desiderantur.
(3) Par. add. *ydoneos.*

vitiosi, priventur per ministros omnibus gratiis que lectoribus conceduntur. Et in sequenti anno in aliquo officio non ponantur, nisi iudicio ministri appareat quod fuerint legitime impediti. *Artentur autem omnes fratres ad ingressum scolarum, cum non fuerint circa iniuncta sibi officia occupati. Et qui* " hora illa, qua lectores legerint, non intraverint scolas, in sequenti die in prandio per obedientiam a pulmento abstineant vel a vino, nisi remanserint de licentia speciali. " *Temporibus autem vacationum cogantur fratres clerici aliquibus utilibus lectionibus occupari* ".

17. Nullus mittatur Parisius vel ad aliud studium generale, *nisi* (1) *de auctoritate ministri cum provincialis capituli consilio et assensu;* et quocumque titulo aliquis transmittatur ad electionem ipsius " *per viam scrutinii procedatur* ".

18. *Circa mittendos autem attendatur, quod sint ad proficiendum habiles, fortes corpore, eloquentie bone et conversationis honeste, non contentiosi, sed mites et pacifici inter fratres.* Ministri vero provinciales nullum studentem de gratia in studio generali provincie sue possint recipere sine sui provincialis capituli consilio et assensu, nec ad visitatorum preces recipiantur studentes in provinciis visitatis.

19. Item omnes studentes de gratia, tertio anno completo, si tantum stare voluerint, ad suas redire provincias teneantur, nisi maior terminus in litteris eorum obedientialibus sit contentus.

20. " *Quod si contingat fratrem de aliquo generali studio ad parisiense vel ad aliud studium generale trasmitti, minister provincie, de qua recesserit, ministro fratris illius transferendi conditiones eius graves et excessus notabiles, si quos de eo noverit, scribere teneatur* ".

21. *Si autem fratres aliquem miserint, qui propter defectus notabiles sit indignus, tribus diebus in pane* " *tantum* " *et aqua ieiunent; illi scilicet de quorum consilio est transmissus.* | *Et eidem precepto et pene subiaceat qui scienter consuluerit de aliquo, vel presentaverit aliquem ad predicationis vel confessionis officium, de cuius vita et spe proficiendi in executione iniungendi sibi talis officii probabiliter dubitatur.* |

22. *Possit autem quelibet provincia habere duos studentes Parisius sine provisione aliqua, quibus in libris provideatur secundum arbitrium* sui *provincialis capituli et ministri. Teneantur* " *autem* " *studentes in suo reditu de tota sua provisione reddere rationem; et caveant ne elemosinas sibi missas pro libris in alios usus* commutent, *nec libros fieri faciant curiosos.*

23. " *Quod si aliquis se vel alium per personas extra ordinem procuraverit ad studium quodcumque transmitti, sive ad lectoriam, baccallariam,*

---

91. ministrum E. — 94. circa] contra O. R. L. — sibi] *om.* R. — 96. a pulmento] *om.* E. — 97. vel] et R., vel et O. — 98. cogantur autem O. — 101. lectionem, ipsis R. — 103. autem] *om.* O. — 104. contemptiosi R. — 105. mittes O. — 110. terminus] numerus R. — 111. eorum] *om.* R. — 112. fratrem aliquem R. — 113. aliud] *om.* E. — 116. propter] per R. — 117. tantum] *om.* R. — 119. presentaverint O. — 120-1. exequutionem R. — 124. *Post* ministri L. *in textu* O. *et* E. *in margine add.:* « qui duobus annis adminus morentur ibidem. Nec mittatur aliquis (mittantur aliqui L.) si ultra 40 annos habeant in etate, et idem intelligitur de hiis qui de gratia transmittuntur (mittuntur L.) ». — 129-30. sive lectoriam sive bacchalariam magisterium promoveri (*ceteris transpositis*) R.

---

(1) NARB.: Bo. 456b, l. 5; Ehr. 508, l. 9. Dein PAR. Ehr. 508, n. 3, l. 4; Redit tandem NARB. paucas post omissas lineas.

magisterium seu aliud *quodcumque officium ordinis promoveri, ipso facto omnibus officiis ordinis sit privatus, quousque per generalem ministrum secum fuerit dispensatum".*

24. " *Studentes* vero ", " *preter quam Parisius constituti, vadant ad missam diei* et ad alias missas et processiones, ad quas notabiles persone conveniunt, *nisi illa hora dicerent missam suam vel in* missa *servirent, aut in scolis fuerint* (**23**b) pro lectionibus, disputationibus seu collationibus ordinariis *occupati. Ad vesperas vero et completorium semper vadant. In festis vero duplicibus et semiduplicibus ac diebus dominicis vadant ad omnes horas, et faciant alia officia sicut fratres* ceteri *de conventu;* ita tamen quod ad aliquod officium, puta, infirmarie, forestarie, sacrestie vel huiusmodi, sicut principales officiales, ordinarie nullatenus assignentur; nec confessiones (1) audiant mulierum, nisi talis casus contingeret, quod aliqua vellet confiteri, cuius linguam nullus frater alius intelligeret de conventu.

25. " *Et si ministri* aliquos *studentes invenerint notabiliter insolentes vel in studio negligentes, eos ad suas remittant provincias de consilio discretorum. Omnes vero studentes, cum ad suas redeunt provincias, testimoniales litteras gardiani et lectoris loci, in quo studuerint", "de sua conversatione et profectu in studio secum portent, quas suis ministris ostendere teneantur.*

26. " *Item quelibet provincia suos studentes induat, quos mittit ad provincias alienas, illis* dumtaxat *exceptis qui ex debito mittuntur Parisius, et qui* de *provincia Francie ad alias provincias* trans*mittuntur* " " de *debito* ".

27. *Prohibemus* (2) insuper | ne *de laicatu ad clericatum* ullus *ascendat absque licentia capituli generalis.*

28. " *Nullus* quoque *frater* (3) *audeat aliquam opinionem corruptam, non sanam, vel ab episcopo et magistris parisiensibus communiter reprobatam, scienter asserere vel etiam approbare publice vel occulte,* aut in scriptis relinquere; *nec opinionem* " " *cuiuscumque calumpniabilem vel suspectam maxime contra fidem vel mores audeat defensare. Si autem ministri aliquos tales in suis provinciis invenerint, moneant eos et corrigant dili-*

131. ab omnibus R. — 135. *Post* conveniunt O. *in margine et* E. L. *in textu addunt:* secundum iudicium guardiani vel vicarii si sit absens (in absentia guardiani L.) — dixerint R. — missas suas E. — suam] *om.* R. — in missa] misse R. – 136. disp. seu collat.] *om.* R. — 138. vero] autem R. — 138. duplicibus (*sequuntur transp.*) R. — 139. alia] omnia R. — 140. ad] *om.* R. — 142. Studentes extra suas provincias alibi quam Parisius confessiones non audiant *etc.* C. — contigerit R. — 143. aliquam C. — alius] *om.* E. — 145. minister, invenerit E. R. — studentes] *om.* R. — notabiliter] *om.* R. — 146. eosdem O. E. R. L. — remittat E. R. — 147. vero] *om.* R. — 148. studuerunt E. — 152. qui de] qui O. — alienas R. — *quibusdam transp.* R. — 154. ne] ut R. — nullus R. — 156. quoque] *om.* R. — oppositionem (*sic alias*). R. — 157. et] *om.* R. — 158-9. aut] vel R. — aut in scriptis r.] *om.* C. — opinionem singularem C. — 160. contra] circa O. L. — 161. corrigant eos R.

(1) Cum variationibus praecedentibus et usque ad l. 144 in P. XIII, 7 (Ass.); l. c. 421 [34].

(2) Narb. longe antea ll. 154-5 praemiserat; Bo. 456a ultima alinea; Ehr. 108, l. 1 et 4-5. Dein redit Par. Ehr. 110, n. 3 (additio ad Narb., Bo. 456b, l. 45; Ehr. 110, l. 5).

(3) Usque ad l. 165 in P. XXI, 2 et 4; l. c. 596s [65] (Ass.: haec autem in ampliore redactione Compilationis Lugdunensis. — Cfr. Appendicem).

genter, et nisi revocaverint et destiterint requisiti, omnibus officiis et actibus legitimis eos privent. Et tandem, si in pertinacia sua permanserint, fratrum societate priventur, ac *demum incarcerentur, si in suis erroribus finaliter perseveraverint: et nihilhominus generali ministro vel" "capitulo per* suum *provincialem ministrum cum suis opinionibus nuntientur.*

29. Item districte per obedientiam precipit generalis minister cum generali capitulo, quod nullus frater operationes Alchimie aut alias quascumque operationes doctrinarum vel artium suspectarum, que in publico non docentur aut ab ecclesia reprobate sunt, addicere, exercere, docere, seu libros vel scripturas continentes talia scienter retinere presumat.

30. "*Item dogmatizare*" "*quod frater, qui fratrem monet vel corripit*" "*de aliquo excessu secundum formam evangelicam in occulto, non tenetur dicere* suo *superiori, quamvis per obedientiam requisitus* ab eo; *similiter* quod *cum aliqui sunt socii in crimine non teneatur alter alterum revelare superiori, qui potest et debet prodesse* ac *periculis personarum ordinis precavere: ex sententia*" (1) "*totius generalis capituli*" " hoc *diffinitum est, hanc doctrinam esse pestiferam et non sanam, pro eo quod cedere potest in detrimentum ordinis et regularis preiudicium discipline, cum prelati scire debeant subditorum excessus, non solum ut puniant, sed* ut *possint periculis precavere. Ed idcirco omnem, qui taliter domatizat vel tenet, privamus libris et omni actu legitimo. Et si post talem penitentiam pertinax fuerit, pena carceris puniatur.*

31. "*Nullus* insuper *frater libros scribat vel scribi faciat ad vendendum, nec habitus vendat in ordine carius quam sunt empti; et qui ultra acceperit, eidem penitus auferatur, et nichilominus puniatur.*

32. "*Nullus provincialis minister habere audeat vel tenere aliquos libros absque licentia generalis, nec alii fratres habeant vel recipiant absque licentia suorum provincialium ministrorum*" (2).

33. *Si contingat* autem *aliquem fratrem transferri de una provincia* in *aliam ad morandum, libros sibi concessos ad usum possit habere. Post mortem vero suam* "*omnes libri quos tempore sue translationis habuit vel pro hijs postmodum commutati, ad provinciam illam, a qua translatus fuit, integre revertantur. Idem iudicium de traslata elemosina habeatur, que* illi *pro libris fuerat assignata. Et*" *ad hoc fideliter faciendum minister, in* cuius (**24**a) *provincia decesserit, firmiter teneatur. Et ut hoc*

---

162. destinxerint R. — 164. ac] et C. — 165. finaliter] *om.* R. — generali capitulo C. — 166. suum] *om.* C. — 167. precipimus generali ministro R. — 170. addiscere R. — 172. *Post* presumat O. *in marg.*, E. L. *in textu add.*: « Qui vero contrarium fecerit ipso facto sententiam excommunicationis incurrat et si legitime fuerit deprehensus pena carceris puniatur ». — 173. domatizare O. E. R. L. — 176. quod] *om.* R. — 177. ac] et E. R. — 178. hoc] *om.* E. — 179. pro] *om.* R. — 181. puniant eos R. — 182. idcirco] propterea E. — 183. omni] *om.* E. — omnibus actibus legitimis R. — 185. frater] *om.* R. — 192. in] ad E. R. — sibi] *om.* R. — 193. libros R. — 194. pro hijs] *om.* R. — commutavit R. — 195. revertatur R.: redeantur E. — translata (*similiter alias*), helemosina (*simil. alias*) O. E. R. L. — 196. illis R.

---

(1) Par. *ex sententia generalis ministri et magistrorum parisiensium ac totius generalis capituli anno domini M°CC°LXXIX° in pentecoste Assisii celebrati diffinitum....*

(2) Parva additio in Par.: Ehr. 111, l. 6-7 in notis.

melius observetur, frater qui transfertur, relinquat in scripto nomina librorum valentium ultra quartam partem marche, et elemosine quantitatem ministro illi de cuius provincia est traslatus.

34. " *Nullus frater* " " *libros retineat* vel *sibi assignatos habeat, nisi sint taliter in ordinis potestate quod libere per ministrum dari valeant et auferri. Item* " " *ministri* " " *nullum fratrem permittant habere librum aliquem duplicatum* " " vel *quo uti non possit; et hoc intelligimus tam de* libris *habitis quam habendis* ".

35. | *Ministri* etiam *cum fratres suos visitant, libros et res alias* eis deputatas *sibi faciant resignare*; *et si quem invenerint libros habere preter necessarios,* illos auferant et *dispensent cum diffinitoribus in capitulo non habentibus, valentibus de* ipsis *fructum facere animarum.*

De correctione delinquentium, septimum capitulum (1).

1. *Cum secundum regulam* (2) *fratrum delinquentium correctio pertineat ad ministrum; ordinamus quod fratres pro lapsu carnis, pro inobedientia contumaci, pro receptione pecunie per se vel per alium contra regulam, pro enormi furto, pro iniectione manuum violenta in alium, ad ministrum provincialem accedere non postponant. " Dicimus* autem *inobedientiam contumacem quando quis, trina ammonitione premissa, factis congruis intervallis, per diem naturalem inobediens perseverat* ".

2. *Haec quinque supradicta ministrorum discretioni et arbitrio, secundum exspositionem domini pape Gregorii* (3), *relinquentur, ut, inspecta qualitate et quantitate culpe, et considerato statu persone, fratribus, prout melius viderint, penitentiam iniungant.*

3. " *Nullus confessor possit absolvere de tactibus impudicis, nisi qui de lapsu carnis habent licentiam absolvendi. Et siqui consuetudinarij fuerint deprehensi* et moniti canonice, se non correxerint, *puniantur sicut de lapsu carnis.* Si autem tactus predicti essent multum enormes et multotiens frequentati, absque monitione premissa, puniri possint, si ministris videbitur de consilio discretorum. Et *de sollicitantibus ex certa scientia ad peccatum* carnis, idem iudicium habeatur.

4. " *Item custodes non possint absolvere de quinque predictis, etiam in privato commissis, nisi per ministrum specialiter concedatur eisdem. Nec expedit, de eo quod transit in secundam personam, alijs concedere quam custodibus. Hoc* etiam *ipsum non est passim* ipsis *custodibus concedendum, maxime* contra *illos qui* suas *iterant vias malas* ".

---

198. scriptis R. — 202. totaliter R. — qui liber R. — dari] tolli R. — valeat R. — 203. nullum omnino E. — 206. etiam] *om.* R. — 207-8. librum, illum R. — 209. et valentibus E. R.

3-4. per inobedientiam contumaces R. — pecunie] *om.* E. — 5. anormi O. — violenter R. — in alium] *om.* R. — 6. provincialem] *om.* R. — 7. inobedientie contumaces R. — monitione O. — 10. expositionem O.; dispositionem R. — relinquantur E.; relinquuntur R. — 11. quantitate et qualitate O. E. L. — et] *om.* R. — prout] ut R. — 12. videbitur R. — 14. lapsu] actu E. — Et si consuetudinarie E. — 16. predicti] impudici R. — 17. multoties, possunt R. — 20. de istis E. — 21. eidem E. — 23. possum R. — ipsis] *om.* R. — 24. circa illos O. R. — *quib. transp.* R.

---

(1) Bo. 457a-458b; Ehr. 112-8. (2) Cap. VII. *Opusc.* 69s.
(3) BF I, 68-70; Potthast, *Reg.* 8620, 8627.

5. Item " *si* (1) *aliquis provincialis minister committat alicui subditorum suorum auctoritatem suam super illis casibus qui ministris provincialibus reservantur, et contingat* ministrum *mori seu ab officio* ministerij admoveri, *talis commissio penes illum cui facta fuit remaneat, donec* minister *in provincia habeatur.*

6. " *Et quicumque* " " *confessor ex certa scientia presumpserit* " " *absolvere a* " " *quinque premissis* ", " *suspensus sit ipso facto ab* omnibus (2) *confessionibus audiendis, nec restitui possit nisi per suum provincialem ministrum. Et quicumque viciosus in hoc legitime fuerit deprehensus, pena carceris puniatur.*

7. " *Siquis autem ausus fuerit affirmare, quod quilibet sacerdos possit absolvere a peccato, super quo non habet commissam auctoritatem, et maxime de* " " *quinque predictis* ", " *et correctus revocare noluerit, tamquam errans* et *subversor* " carceri mancipetur.

8. " *Ab* (3) *excommunicatione vero pro iniectione manuum possit custos absolvere vel gardianus, si custodis presentia infra diem* naturalem *haberi non possit;* aut *etiam vicarius gardiani, si custodis vel* " " *gardiani presentia infra triduum minime haberetur.*

9. " *Nullus* " (4) *eiciatur vel incarceretur, nisi pro manifesto et enormi excessu: enormem* autem *dicimus excessum vel ratione generis peccati, ut est lapsus carnis* " et " *perfidia heresis: vel ratione circumstancie,* ut *est furtum rei notabilis, vel notorie factum, vel* " *quia frequentius* " *iteratum: et de similibus idem iudicium habeatur.*

10. Declaramus autem, quod omnes, qui pena carceris puniuntur, eo ipso legitimis actibus sunt privati: unde quamvis liberentur a carcere, non propter hoc restituuntur ad actus predictos, nisi hoc eis beneficium explicite impendatur. Omnis etiam carceri mancipandus habitu ordinis spolietur.

11. " *Qui*-(**24**b)*cumque* (5) *frater per se vel per alium falsificare presumpserit sigillum generalis ministri, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi, nisi per* " " *generalem ministrum vel ab eo cui ipse in speciali duxerit committendum. Siquis vero sigillum provincialis ministri vel* eius vicarij, aut *alicuius inferiorum falsificaverit prelatorum, ipso facto* " " *omni actu legitimo sit suspensus, nec restitui possit* ", " *nisi per suum provincialem ministrum. Et quicumque fuerit legitime deprehensus in aliquo premissorum, pena carceris puniatur.*

12. *Qui*cumque *etiam litteras eorumdem malitiose retinuerit vel aperuerit, suspensus sit* ab *omni actu legitimo* ipso facto: *et hoc intelligimus*

25. **aliquis**] quis C. — subditorum] prelatorum C. — 26. suorum] *om.* C. — 27. **ministeriatus** R. — 28. donec] dictus R. — 30. confessorum C. — 31. quinque] *om.* C. — premissis] predictis R. — omnibus] *om.* C. — 33. legittime *(pluries)* O. — 35. sacerdos] confessor E. — 39. iectione R. — manuum violenta E. C. — 42. presentia] *om.* R. — habeatur R. — 43. eiciatur] mancipetur R. — 44. autem] *om.* R. — 45. carnis] C. *add.* inobedientia contumax. — ut] sicut O. E. L. C. — est] *om.* R. — 49. unde] idem R. — liberentur] *om.* R. — 50. eis] ipsum R. — 51. implicite R. — 53. per] vel R. — per] *om.* R. — 54. sigillum vel litteram E. C. — 56. ipse] *om.* C. — sigillum vel litteram E. C. — 58. ab omni actu R. C. — 61-2. malitiose per se vel per alium retinuerit, aperuerit, destruxerit vel impediverit ne mittantur eisdem C. — sit omni C.

(1) Usque ad l. 34 in P. XIII, 9: l. c. 422 [35]. (2) NARB. *fratrum.*

(3) Usque ad l. 42 in P. XIII, 8: l. c. 421 [34].

(4) Usque ad l. 52 in P. XVIII, 20, 1: l. c. 588 [57].

(5) Usque ad l. 70 in P. XIV, 10; l. c. 430 [43].

tam de litteris quas ipsi mittunt alijs, quam de illis *que* sibi *ab alijs transmittuntur; nec releventur, nisi per* suum provincialem ministrum " (1). Si autem fuerint littere generalis ministri, per ipsum generalem tantummodo releventur.

13. Predicte etiam suspensionis pene subiaceant, qui superiorum litteras sibi ipsis missas legere vel aperire malitiose distulerint, et qui retinuerint, aperuerint vel destruxerint malitiose litteras missas sociis generalis vel provincialis ministrorum seu etiam missas aliis ab eisdem.

14. *Quicumque* (2) *inventus fuerit proprietarius, libris et omni actu legitimo sit privatus. Layci vero et clerici, qui libros et officia non habent, probationis caputio puniantur. Et siquis talis in morte inventus fuerit, careat ecclesiastica sepultura.*

15. *Si* (3) *frater fratri minabitur in persona, uno mense " impositum sibi per ministrum vel custodem " portare probationis capucium teneatur. Si autem manum levaverit vel aliquid* ad percutiendum *acceperit contra fratrem ei probationis capucium tribus mensibus imponatur " per alterum predictorum ". Si autem non graviter percusserit predictam probationem portet per annum* impositam per ministrum. *Si autem graviter percusserit, et persona levis fuerit, post macerationem in carcere de ordine expellatur. Si* vero *gravis persona fuerit,* carceri mancipetur.

16. " *Quod si aliquis frater alium fratrem* vel secularem *enormiter vulneraverit* et *etiam mutilaverit, vel alicui venenum dederit, perpetuo carceri mancipetur. Et eidem pene subiaceat qui hec eadem vel similia "* per *alium " fieri fecerit "* vel *procuraverit vel ad huiusmodi facienda inventus fuerit machinari.*

17. " *Si frater* (4) *aliquis alium falso et scienter de crimine infamaverit in occulto, a nullo nisi a ministro vel custode possit absolvi. Si vero in publico, non absolvatur, nisi a ministro imposita sibi pena criminis, de quo falso et scienter alium infamavit. Nec aliquis istorum absolvi valeat a predictis, nisi, prout poterit, restituat famam fratri.*

18. Quicumque insuper frater deposuerit coram quocumque prelato vel visitatore falso et scienter de aliquo crimine contra fratrem, vel aliquam personam ad hoc faciendum induxerit, vel revocaverit falso, vel induxerit ad revocandum quod vere deposuit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, nec possit absolvi nisi per provincialem ministrum, ita dumtaxat quod prius satisfaciat, prout sibi possibile fuerit, in forma secundum quam deposuit vel revocavit, scilicet publice vel private.

65-6. tantummodo] ministrum R. — 67. etiam] autem C. — superioris R. — 68. malitiose] *om.* R. — distulerint vel discerperint malitiose (*om. interpos.*) R. — 69. malitiose] *om.* C. — 70. provincialium O. L. R. C. — 73. probatione caputii R. — puniantur] priventur C. — 77. ad] *om.* R. — 79-81. *Interposita a primo ad alterum* percusserit *om.* R. — percusserit] *in* C. *interseruntur quaedam quae in Compilatione Lugdunensi invenies (in Appendice).* — et si C. — 82. vero] autem E. R. — 84. et etiam] vel R.; vel etiam C. — 86. procuraverit vel fieri fecerit R. — faciendum R. — 88. fratris R. — alium fratrem R. — 91-92. Nec aliquis *etc. usque ad* fratri] *om.* C. — 93. insuper] etiam R.; *om.* C. — 95. falso] *om.* C. — 96. quod] que R. — deposuerat C. — 98. fuerit] est E. — 99. in] ea E. — revocaverit C. — 100. occulte C.

---

(1) Par. *per superiorem illum, cuius littere sunt aperte vel retente.* Deinde tres lineas add., hic omissas; Ehr. 113, n. 4.

(2) Usque ad l. 74 in P. X, 5; l. c. 418 [31].

(3) Usque ad l. 87 in P. XVIII, 33; l. c. 591 [60].

(4) Usque ad l. 99 in P. XVIII, 14, 15; l. c. 587 [56].

19. " *Siquis* (1) *etiam frater tacito proprio nomine vel sub nomine alieno litteras* seu *libellos famosos ediderit, eos mittendo* vel *prohiciendo aut quomodolibet exponendo in infamiam* alicuius ", " sententiam excommunicationis incurrat. *Quod si editi fuerint in infamiam* generalis vel *provincialis ministri, restitui non possit actor eorum, nisi solum per generalem ministrum vel ab eo cui* ipse *in speciali duxerit committendum. Si vero aliorum fratrum tangat infamiam, per provincialem dumtaxat ministrum actor talium possit relevari. Et quicumque* " " in huiusmodi *legitime fuerit deprehensus, carceri mancipetur.*

20. " *Mandat* (2) *generalis minister de voluntate et assensu capituli generalis universis ministris* " " *et custodibus, quod graviter puniant improperantes ignominiosas culpas* et penas *et graves iniurias* irrogantes. *Et hoc idem faciant gardiani de consilio discretorum.*

21. " *Si* " (3) *frater aliquid fecerit, propter quod penam carceris debeat merito sustinere, gardianus vel custos vel eorum vicarij, de consilio discretorum, possint* (**25a**) *ipsum detinere, sive sit eorum subditus sive non, donec per ministrum quid sit agendum de tali, fuerit difinitum;* " *et habeantur boni carceres, fortes et multi*plices, *sed humani* ".

22. *Persone* (4) *notate evidenter de suspectis colloquijs, consortijs* " *et consilijs* " *que in regula* (5) *prohibentur, si ammoniti et correcti, sufficienter se non correxerint, si in officijs fuerint,* " *ab omnibus officijs* " *absolvantur, nec taliter absoluti seu suspensi restituantur, nisi in provinciali capitulo* " *per ministrum. Qui vero in officijs non fuerint, priventur libris et omni actu legitimo; et cui hec pena non competit, probationis caputio et alijs penis gravibus puniantur ad arbitrium ministrorum: et ad hoc ministri firmiter teneantur. Et intelliguntur consortia suspecta non solum de mulieribus sed etiam de suspectis familiaritatibus quibuscumque.*

23. " Item *quicumque* (6) *frater consuetus fuerit a socio suo fratre cum mulieribus sequestrari, de quibus indicio prelati sui merito possit oriri suspicio, si monitus et correctus se non emendaverit, tamquam suspectus de mulieribus, omnibus officijs ordinis et actibus legitimis privetur. Et si taliter punitus iterato duobus fidedignis testibus convincatur* de sequestratione predicta, artetur ad veritatem dicendam. Si vero *unus fide dignus* de sequestratione appareat *contra eum* et alius *de carnis, incarceretur.*

---

101. proprio] *om.* R. — 102-3. vel] *om.* O. E. L. — proiciendo E. — prohic. aut] *om.* C. — aut] vel E. — ipso facto sententiam O. E. L. R. C. — 104. infamia R. — vel] aut C. — 105. actor] accusatio R.: auctor C. — solum] *om.* R. — per suum O. E. L. — 106. in speciali] *om.* R. — 108. actor] accusatio: auctor C. R. — talium] eorum R. C. — possit] poterit O. E. R. L. C. — 111-2. improperantes aliis E. — ignominias R. — in graves R. — derogantes R. — 114. Si aliquis R. — carceris mereatur R. — 115. merito] *om.* R. C. — 116. ipsum] illum R. — 117. diffinitum *(pluries)* O. L. R. — 118. boni] ipsi C. — 119-20. consortijs et consilijs] *om.* R. — prohibemus R. — et] *om.* R. — 123. Qui] Si C. — 125. puniatur O. L. R. — 127. familiaribus R. — 128. consuetus] accusatus R. — 129. sequestrati R. — 133. Unus testis C.: Si unus testis et fide R.

---

(1) Usque ad l. 108 in P. XVIII, 38; l. c. 593 [62].
(2) Usque ad l. 112 in P. XVIII, 34: l. c. 591s [60s].
(3) Usque ad l. 117 in P. XVIII, 21: l. c. 588 [57].
(4) Usque ad l. 126 in P. XIX, 4: l. c. 595 [64].
(5) Cap. XI. *Opusc.* 73.
(6) Usque ad l. 134 in P. XIX, 7: l. c. 595s [64s].

24. " *Si* " *quis per* | (1) *malitiosam concordiam adversus aliquem fratrem et maxime superiorem se erexerit, omnibus officijs ordinis et* omni *actu legitimo* sit privatus, *usquequo post satisfactionem condignam per* provincialem ministrum *fuerit restitutus.*

25. *Appellatio in nostro ordine sub interminatione anathematis nulla fiat, cum non venerimus contendere, sed delicta potius emendare. Et qui contrafecerit, ipso facto ab omni actu legitimo sit suspensus, et nisi infra diem naturalem resipuerit, a comunione fratrum separetur.*

26. *In virtute* (2) *Spiritus Sancti* | in*hibemus districte, ne quis causam depositionis* | *generalis, provincialis, custodis seu gardiani, vel eorum excessum seu correctionem aut secretum capituli* " *cuiuscumque* " *seu dissentionem diffinitorum vel fratrum, vel aliquid aliud unde ordo noster possit turbari* seu *infamari, scienter audeat extra ordinem publicare. Et siquis talium fuerit deprehensus, omni actu legitimo et officiis ordinis* per ministrum *privetur. Et cui hec pena non competit, probationis caputio puniatur vel etiam gravius, secundum quod ministro videbitur, de consilio discretorum.*

27. " *Precipimus* (3) *per obedientiam in virtute Spiritus Sancti, ut nullus frater per se vel per quamcumque interpositam personam suadeat vel suaderi faciat alicui prelato* ", *regi vel principi, comunitati, castro, ville vel alicui persone extra nostrum ordinem existenti, ut aliquid immutetur de statu ordinis* nostri *vel ordinatione provincie alicuius vel divisione vel unione provincie vel custodie, vel* quocumque fratre seu *fratribus de loco aliquo ammo*vendis. *Et quicumque scienter contra fecerit, ex nunc nos generalis* " " ac *provinciales ministri et difinitores capituli generalis* (4) *talem fratrem contra preceptum predictum scienter facientem excommunicamus in scriptis et ab omni ordinum* e*xecutione suspendimus omnique legitimo actu privamus; nec absolvi a dicta excommunicatione* seu *a dicta suspensione relevari possit, nisi per generalem* seu provincialem *ministrum vel eius vicarium. Et cui hec pena non competit, privetur habitu ordinis, nec restituatur, nisi per* aliquem predictorum, *ac, sine spe redeundi, de sua provincia expellatur.*

28. " *Item si quis obedientiam sibi vel alii fratri iniunctam per se vel per alium cum personis extra ordinem scienter et ex deliberatione* studuerit *revocari,* omni actu legitimo sit privatus, *quousque per provincialem ministrum vel eius vicarium* aut *per alium, cui ipse in speciali commiserit, fuerit restitutus. Nec aliquis frater detineatur in officio fratrum vel removeatur ab eo propter principum vel aliorum petitiones, nisi propter causas alias instituendus sit in officio vel etiam amovendus.*

---

138. quousque R. — 143. omnium fratrum R. — — 144. per obedientiam inhibemus O. E. L. R. C. — 145. seu] *om.* R. — 146. seu] aut R. — 147. vel fratrum] in capitulo R. — 148. — seu] aut R. C. — 150. per ministrum] *om.* C. — 155. principi] *om.* C. — 156. vel] seu R. — 159. amovendo C. — 160. provincialis B. — 161. scienter] *om.* R. — 162. in hiis E. — 166. de] a R. — 168. aliquis E. — alteri R. C. — fratrum R. — 169. et] *om.* R. — 170. revocare E. — 173. propter] per E. — principium R. — 174. alias] aliquas E. — in officio] *om.* E. — etiam] et R.

---

(1) Narb. *per conspirationem vel coniurationem vel malitiosam concordiam adversus aliquem superiorem fratrem et maxime prelatum se manifeste exerit.*

(2) Usque ad l. 151 in P. XIV, 9; l. c. 429s [42s].

(3) Usque ad l. 173 in P. XV, 12; l. c. 579 [48].

(4) Par. add. *celebrati apud Lugdunum anno domini M°CC°LXXII° in pentecoste, talem.*

29. " *Item* " (1) *sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis verbo vel facto aliquo modo ad divisionem nostri ordinis presumat laborare. Si quis autem ex deliberatione contrafecerit,* ipso facto excommunicationis sententiam incurrat: et si deprehensus fuerit le-(**25**b)gitime, carceri mancipetur.

30. *Fratres* (2) *incorrigibiles, cum suis excessibus diligenter conscriptis et examinatis fideliter per ministrum vel custodem* seu *visitatorem, ad provinciale capitulum transmittantur. Qui si adeo incorrigibiles fuerint, quod nec culpam humiliter* " *recognoscere* " *nec penitentiam condignam subire voluerint, incarcerentur vel de ordine expellantur. Si vero penitentiam recipiant et correctionem promittant, cum misericordia* eis *penitentia imponatur; quam si portare contempserint, ad consueta vicia revertentes, in sequenti capitulo pena* " *eiectionis vel carceris* " *puniantur.*

31. " *Item* (3) " " *volentes precludere apostatandi viam* ", " *excommunicamus in scriptis et* ex *decreto presentis statuti anathematis vinculo innodamus omnem apostatantem ab ordine nostro vel ab ipso absque eiusdem ordinis licentia quomolibet discedentem,* a qua non possit absolvi nisi per ministrum vel eius vicarium, vel eum cui in speciali duxerit committendum.

32. Item (4) ordinamus quod omnis apostatans ab ordine nostro carceri mancipetur, nisi ministris ex circumstantia aliqua et causa rationabili videatur super hoc de discretorum consilio dispensandum.

33. " *Nullus* " (5) *eiectus* | *per se egressus mittatur ad generalem ministrum; si tamen talis ad eum venerit, non eum recipiat, sed ministro vel capitulo provinciali* " *remittat* ". *Huiusmodi autem apostate misericordiam postulantes recipiantur, salva ordinis disciplina, nisi preterita vita eorum ipsos receptione iuste reddat indignos:* " *huiusmodi vero vita, que receptione reddat indignos, decernatur per ministrum cum consilio discretorum. Et nullus minister licentiet apostatas, nisi ad loca ubi vigeat observantia regularis* ". *Nec aliquis apostata ad officia ordinis restituatur, nisi per ministrum in capitulo provinciali cum diffinitorum consilio et assensu; similiter nec ad habitum, nisi in casu excusabili visum fuerit ministro de discretorum consilio.* | " *Et nullus frater* " *habens in ordine officium aliquod, si apostataverit cum notabili scandalo ordinis,* " *restituatur* " *in perpetuum, absque dispensatione generalis ministri.*

---

176. divisitionem O. — 178. et] sed R. — siquis R. — 180. diligenter] *om.* C. — 183. subire R. — 184. incarcerentur] macerentur in carcere C. — 186. consueta vicia] consuetanea R. — 188-9. precludere] presumptione R. — excommunicationis R. — in hiis E. — ex] *om.* E. — 191. quomolibet] *om.* R. — quo O. E. L. — 192. vicarium] O. *(in margine)*, E. et L. *(in textu) add.* vel per vicarium provincie. — per eum R. — 194. apostata stans ab C. — 195. nisi] *usque ad* dispensandum *om.* C. — ministro R. — 197. vel per O. E. L. R. C. — 198. vel capitulo] *om.* C. — 200. preterita] privata R. — 201. ipsos] *om.* R. — 202. decernatur] determinetur R. — cum] de E. R. — 203. a loco R. — viget R. C. — 204. regularis discipline E. — 205-6. A diffinitorum *usque ad* ministro de *om.* B. — nec ad] ne R. — 208. ordinis] *om.* E. — 209. perpetuum] ipsum C.

---

(1) Usque ad l. 178 in P. XVIII, 25. l. c. 589 [58].

(2) Usque ad l. 185 in P. XVIII, 31, l. c. 590 [59].

(3) PAR. tres lineas praemittit; Ehr. 116, n. 3. Infra add.: *viam apostatandi* (transp.) *nos generalis minister et ministri provinciales et diffinitores generalis capituli congregati apud Montem Pessulanum excommunicamus....*

(4) Usque ad l. 194 in P. XVIII, 22; l. c. 588 [57].

(5) Usque ad l. 207 in P. XVIII, 24; l. c. 588s. [57].

34. *Quilibet* (1) *minister provincialis habeat ordinariam iurisdictionem, auctoritate generalis ministri, excommunicandi, capiendi et incarcerandi* ac *pena alia puniendi, super apostatas aliarum provinciarum in provincijs suis. Idem possint custodes et gardiani in casu necessitatis;* "*et fratres omnes auctoritatem habeant apostatas nostri ordinis capiendi*". *Caveant autem ministri et custodes, quod non permittant apostatas, sive sue sive alterius provincie, in scandalum ordinis evagari.*

35. *Quia* (2) *vero, qui negligit modica, paulatim labitur ad maiora* (3); *ordinamus quod gardianus vel eius vicarius teneat capitulum semel ad minus in qualibet septimana, in quo fratres de cotidianis negligentijs et excessibus se accusent.* Gardianus vero vel eius vicarius, qui hoc per negligentiam obmiserit, in sequenti ebdomada per obedientiam in uno prandio a pulmento abstineat vel a vino. *Et ne aliquid reprehensibile abscondatur, solliciti sint gardiani* vel eorum vicarii *omni sero officinas fratrum diligentius visitare;* quod si neglexerint, simili modo ad penam supra positam teneantur. |

36. *Item* (4) *ne labor capituli generalis sit inanis et in contemptum veniat ordinis disciplina,* "*ministri* et *custodes et gardiani diligenter constitutiones faciant observari, quas quilibet gardianus in* loco *suo studeat diligenter habere et in sua custodia* reservare, *cavendo quod extraneis nullatenus* publicentur. *Ipsas etiam*" "*faciant semel in mense,* vel infra duos ad minus, *fratribus suis legi*"; « *maxime septem prima capitula que omnem tangunt communitatem* » (5). "*Si quos vero discolos invenerint, cogant eos ad plenam observantiam penarum, que in* ipsis *constitutionibus sunt taxate. Et si eorum contumacia exegerit, etiam graviores imponant; nec penas* in eis *taxatas commutent, nisi fuerit hesitatio in conscientia*", "*oblivio in memoria, vel in corpore impotentia faciendi. Conceditur tamen ministris, in casu* et *in*" "*speciali atque ex causa rationabili, commutare penas huiusmodi vel etiam mitigare. Quod si ex eorum remissione solvatur ordinis disciplina, accusetur capitulo generali*".

37. Iniungimus quoque « *ministris* (6) *singulis, ut excessus omnes fratrum* suorum *notabiles et accusationes fide dignas, nec non* » « *correctiones et processus,* quos (**26a**) fecerint *contra tales* », « *fideli scripture*

212. puniendi] providendi C. — 214. omnes] alii C. — 219. cotidianis culpis R. — 220. excessibus] negligentiis C. — eius] *om.* E. — 222. aliquid] *om.* E. — 224. diligenter R. — simili modo] sub eodem precepto R. L. — 225. teneantur] — obligentur C. — 226. Item] Et R. — contemptu R. — 228. observare E. — 229-32. cavendo] *usque ad* communitatem *om.* C. — communitatem] R. et L. *add.*: et ad hoc per obedientiam obligentur. — 233. penarum] *om.* C. — 235. fuerit in eis E. — fuerit] *om.* R. — 236.ª faciendi] *om.* O. L. — vel] *usque ad* faciendi *om.* C. — 237. et in] *om.* R. — 239. remissione] R. *add.*: generali ministro et de remissione seu relaxatione pena debita remissa fuerit vel non sufficienter inflicita secundum culpe exigentias iterum puniatur. *Haec addit etiam* L (*c. Appendicem*) *post* generali. — 240. quoque] etiam C. — omnes] *om.* E. — 241-2. et correctiones L. C. — tales] R. L. C. *add.*: diligenter conscribant.

(1) Usque ad l. 22 in P. XVIII, 23; l. c. 588 [57].

(2) Usque ad l. 223 in P. XVIII, 4; l. c. 584 [53].

(3) Respicitur Eccli. 19, 1.

(4) Usque ad l. 237 in P. XVIII, 42; l. c. 594 [63].

(5) Ex *Definitionibus* Cap. Glis Narb. 1260: Bo. 264b. al. 1; Ehr. 33, l. 8; AFH III, 502, 1.

(6) Ex *Memorialibus* Cap. Parisiensi 1292; Ehr. 64, l. 8-14. Usque ad l. 245 (sed cum inters. Compilationis Lugdunensis (nn. 2 et 3) in P. XVIII, 36; l. c. 592 [61].

commendent et toto *ministerij sui tempore custodiant diligenter* ». « Cum vero *eos ab officio absolvi contig*erit, *successoribus suis* omnia *integre tradere et apud eos relinquere firmiter per obedientiam teneantur* ». Quod si in illis actibus sive processibus contra suos successores aliquid habeatur, non sibi sed generali ministro penitus resignetur.

38. *Ordinamus* (1) *quod nullus minister provincialis a penitentia, quam "imposuit" visitator; et nullus custos a penitentia, quam "imposuit" minister, nec gardianus a penitentia imposita a custode; nec aliquis inferior a penitentia gardiani absolvat aliquem, nec commutet, sine licentia imponentis. Et si contra factum fuerit, ipsa absolutio sit inanis.* |

39. *Generalis* (2) insuper | *nullum privilegium impetret quod possit regule derogare.* | *Careant autem* | *ministri a multitudine constitutionum*

---

243. commendent] R. L. C. *addunt.:* per obedientiam salutarem: et talia scribantur non solum in cedulis, sed in libris — ministeriatus R. — *post* diligenter (R. *vero post* teneantur *ad* l. 245) L. R. C. addunt: Quibus ministris mandat generalis minister, cum generali capitulo universo, per obedientiam salutarem, a qua nisi per generalem ministrum non possint absolvi, vel illum cui ipse in speciali duxerit committendum, ne acta provintiarum suarum vel aliquid de eisdem destruant, comburant, mutent, vel extinguant (C. L. vel destruant) vel hec fieri mandent, vel permittant quoquo modo sine expressa licentia generalis ministri: ne aliquis ministro inferior prelatus vel subditus, sub eadem (C. L. eiusdem) districtione precepti, illud audeat attentare. — *Dein* L *et* C. *add.:* Quod si contrarium fecerit, scilicet acta ipsa vel aliquid de eisdem destruendo comburendo mutando seu (C. sive) quomodolibet subtrahendo aut clausuras frangendo vel aperiendo vel sigilla destruendo sub quibus acta predicta (ipsa C.) fuerant (servantur C.), sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi nisi per generalem ministrum. Et si in hoc legitime (volumine C.) fuerit deprehensus, pena carceris puniatur. — 245. apud eos] ipsis E. — 246. actis O. E. L. C. — suos] *om.* O. L. C. — sive] vel C. — 247. id signetur R. L. — reservetur C. — resignetur] L. et R. *addunt:* Ordinat generalis minister cum capitulo generali, quod, si contingat mori generalem ministrum, acta ordinis et sigillum officii ministerii generalis sigillentur sigillis provintialis ministri, custodis et guardiani loci, in quo contingerit eum mori, vel vicariorum eorumdem in absentia predictorum etiam (*om.* R.) aliquorum fratrum solemnium, si qui fuerint in conventu: que sic clausa et sigillata tradantur eisdem sociis generalis, qui ea teneantur conservare fideliter et assignare successori ministro generali per obedientiam salutarem. Si vero multum distaret terminus capituli generalis, possint tradere sic clausa et sigillata provintiali ministro, qui ad generale capitulum proxime celebrandum fideliter portare debeat et tradere successori generali ministro per obedientiam salutarem. Si vero ministrum aliquem provintialem graviter contingerit infirmari, acta sue provintie et sigillum sui officii in presentia sui sigillis sotii (suorum sotiorum R.) custodis, in cuius custodia fuerit, et guardiani, in cuius conventu infirmatur, vel, in eorum absentia, vicariorum eorumdem, faciat claudi et sigillari in aliqua archa (arca R.) tuta, que tribus seris claudatur: quarum una custodi predicto, alia socio eiusdem ministri, alia guardiano tradatur: et predicti conservent dicta acta, successori ministro fideliter assignanda per obedientiam salutarem. Quod si predictus minister morte preventus non possit predicta executioni mandare, idem faciant eius socii cum custode et guardiano, in cuius conventu moritur, sicut superius est expressum. — 248. Ordinamus etiam O. E. L. — 250. imposita a custode] quam imposuit custos R. — 253. insuper] *om.* R.: minister C. — 254. provintiales ministri R. C. O. E. L. — multiplicatione C.

---

(1) Usque ad l. 5 in P. XVIII, 30; l. c. 590 [59].

(2) Omissio post *inanis* etiam ex Par.: Ehr. 118, n. 4. Usque ad l. 12 in P. I, 7; l. c. 277s. [9s.].

provincialium et etiam quorumlibet preceptorum propter oblivionis et transgressionis periculum evitandum. “ *Et si quis provincialis minister vel provinciale capitulum statuerit aliquid repugnans* regule vel *statutis capituli generalis, cassamus ex nunc tamquam irritum et inane.*

40. ” *Et* (1) *quia in plerisque statutis pena excommunicationis, suspensionis et privationis exprimitur, nolumus fratres ligari ad illas, nisi scienter et ex deliberatione contrarium facientes.*

41. ” *Item ubicumque in constitutionibus continetur aliqua censura excommunicationis, suspensionis, privationis et similium, ubi non sit iam lata sentencia, sed tantum comminatio de futuro, nec ibidem exprimitur a quo imponi debeat vel infligi, intelligi*tur *ab illo infligi debere, coram quo legitime probatur excessus, dummodo talis excessus correctio alias pertineat ad eundem.*

42. ” *In privatione* vero *officiorum ordinis intelligitur privatio non solum prelationis, sed predicationis, confessionis, lectionis, visitationis, diffinitionis et electionis* ad capitulum pro discreto. *In privatione vero actuum legitimorum* nolumus quod *intelligatur privari executio ordinum* vel testificatio in iudicio, *nisi specialiter exprimantur* ”.

(*Continuabitur*).

Caesenae. Dr. Armandus Carlini.

255. etiam] *om.* C. — 260. et privationis] *om.* C. — 261. scientes C. — 262-3. Item] Et R. — censura constitutionis R. — et privationis R. — 264. comminatio] continuatio R. — ibi C. — 265. intelligitur *etc. usque ad* debere] *om.* R. — 266. dummodo talis excessus] *om.* R. — alias] *om.* C. — 269-70. diffinitoris visitatoris electoris ad capitulum C. — 271. exequutione R. — 272. exprimatur C.

(1) Usque ad l. 26 in P. XVIII, 37; l. c. 592 [61].

SERMO S. IACOBI DE MARCHIA

DE EXCELLENTIA ORDINIS S. FRANCISCI

(EX CODICE AUTOGRAPHO)

Sanctus Iacobus Picenus seu de Monte Prandono, perillustris Minorum Ordinis, Picenaeque Provinciae alumnus, concionator celeberrimus et strenuus charitatis pacisque cultor, in literarum quoque studiis exstitit versatus (1). Hoc innotescit etiam ex pretiosa ac locuplete codicum auctorum insignium collectione (2), qua conventualem *Sanctae Mariae Gratiarum*, oppiduli sui natalis, bibliothecam exornavit. Post S. Iacobi obitum bibliotheca illa omnibus aucta fuit ipsius Sancti manuscriptis; quae modo, ob temporum tristitiam, cum cæteris codicibus et libris, dispersa lacrimantur: quamquam illorum pars quaedam penes illius oppidi bibliothecam adhuc supersit. Inter hos adest Codex quidam chartaceus sub num. 42 (al. 35) num. 15 - 14, qui sane nonnullos continet nostri Viri sancti Sermones, et quidem *autographos*. Ex eis infra edimus sermonem, cui titulus: *De excellentia Ordinis sancti Francisci*.

Hic *Sermo* XXIX in serie, foliis 211r-214v continetur; exaratus apparet manu quodammodo incerta nec perita Auctoris. Scriptus est sermo anno 1449, quem annum ipse S. Iacobus commemorat (p. 309, l. 16). Postea (1462-64) autem, scil. post 18 dec. 1461 in margine inferiore f. 212v. notulam subiunxit de morte Cardinalis Ludovici de Lebreto, qui dicto die obierat (3), sed tunc adhuc vivebat Cardinalis Petrus de Fuxo O. F. M. qui 13 dec. 1464 mortuus est (4).

Sermonem ipsum habuit in quadam congregatione coram Fratribus ac saecularibus (p. 304, l. 38), forsan in Capitulo Generali praedicto anno scil. 1449 Florentiae habito (5), vel in Congregatione Generali Observantium eodem anno in conventu Nemoris celebrata, cui Sanctus interfuit (6).

---

(1) Waddingus, *Script. O. M.*, 184: 126²: 125³. Sbaralea, *Suppl. ad SS.*, 375s. AFH IV, 4sqq.; I, 94sqq.; III, 707.

(2) Cf. Crivellucci, *I codici della libreria raccolta da S. Giacomo della Marca nel Convento di S. Maria delle Grazie presso Monteprandone*, Livorno 1889, 3sgg.

(3) Cf. p. 308, n. 9. (4) P. 308, n. 8.

(5) AFH IV, 124-5. Wadding. an. 1461, n. 21sqq.

(6) AFH IV, 124. Wadding, n. 17; AFH I, 94; II, 164sqq.

Praeter paucissimas notitias de Cardinalibus et principibus sibi coaevis (1), Sermo iste, qui nec forma litteraria necque tenore excellit ullo modo (2), quique fundaturim primis et quasi exclusive in Bartholomaei Pisani opere *De Conformitate Vitae B. Francisci ad Vitam Domini Iesu* (3), nil novi vel pretiosi continet. Pisani opus S. Iacobus manuscriptum habebat (4), sed etiam hoc falso modo allegat.

[211r.] *Ibant cum illo discipuli* (*a*) *eius et turba copiosa*. Luc. c. 7. — Dico quod sanctissimus pater noster et seraphicus Dei servus Franciscus [iuxta] totum suum desiderium (*b*) in Dominum Yesum Christum Dei Filium crucifixum se transformari conatus est, et ei omni vi et mente inherens amore et dilectione ipsum Deum contuendo summum vivum ad vivificandum, summam pulcritudinem ad intuendum, summum bonum ad delectandum, summa[m] sapientiam ad contemplandum, summam vitam ad liberandum, summum cibum ad recreandum, summum potum ad refocillandum, summum Deum ad venerandum, summum exemplum ad ymitandum, summum donum ad optandum, summam quietem ad quietandum, summum pium ad indulgendum, summum mundum (*c*) ad purgandum peccata, summum principem ad gubernandum, summum fortem ad expugnandum, summum stabile ad perpetuandum, summam laudem ad gloriandum, summam gloriam ad glorificandum, summum iustum ad retribuendum, summum verbum ad audiendum, summam salutem ad sanandum, summam hostiam ad placandum, summum fontem ad refrigerandum, summum adiutorium ad auxiliandum, summum florem ad redolendum, summum dulce ad gustandum, summam ianuam ad paradisum intrandum, summum candorem ad serenandum, summum lumen ad irradiandum, summum pretium ad satisfatiendum, summum regem ad imperandum, summam veritatem ad testificandum, summam viam ad pergendum, summam visionem ad beatificandum.


Ideo beatus Franciscus se voluit in Christo Yesu totum transformari, qui nihil melius potuit invenire. Ideo dicit: *Ibant* etc., quia iste ordo sanctissimus ad instar solis resplendet per totum mundum quatuor lucidissimis radiis perlustrando:

Primo ille Ordo fuit: 1. Singularissimus in scientie radiositate. — 2. Excellentissimus in doctrine nobilitate. — 3. Preclarissimus regali et imperiali dignitate. — 4. Lucidissimus in miraculorum sanctitate.

Primo. Attendite, tam vos fratres Minores, et devoti, quam etiam tota creatura, mirabilia magna, quibus voluit Deus hunc sacrum ordinem honorari, ac Dei gratia et gloria decorari, et ad inflammandum corda nostra in sancta et gloriosa turba, cum omni superna caritate et devotione, ipsum patrem sequi. Et ideo primo dicemus: quomodo turba doctorum sanctorum, virginum, martirum, confessorum et aliarum personarum nobilium (5).

(*a*) C(od.) *dissipuli*. (*b*) C *dexiderium*. (*c*) C *inmundum*.

(1) De fabula circa regem Rodericum, cf. p. 309, n. 3.
(2) E plurimis erroribus vocum etc. pauca signavimus (!) vel in notas retulimus.
(3) Cf. novam edit. ap. *Analecta Francisc.* (AF), IV, Ad Cl. Aq. 1906, (pars I: p. II sub prelo est), p. VII sqq.
(4) AF IV, p. XXVII. (5) Sabaudi: S. Patrem secuta sit.



Sermo autographus S. Iacobi de Marchia:
De Excellentia Ordinis FF. Minorum.
Cod. 42 Bibl. Municip. Montis Prandoni, fol. 211r.

Et ideo: PRIMO IN SCIENTIE RADIOSITATE, [211v.] quia in omni scientia tam divina quam humana ordo iste decoratus est, et specialiter de quatuor: 1. *Divinarum scripturarum veritate.* — 2. *Artium liberalium luciditate.* — 3. *Sermonum et postillarum suavitate.* — 4. *Summarum utriusque iuris claritate.*

Primo: Magister Alexander de Ales (1) qui fuit doctor universitatis Parisiensis, natione anglicus, qui composuit unum librum qui dicitur fons vite paradisi (2), ubi multe suavissime questiones et declarationes continentur: item totam sacram Scripturam postillavit et declaravit: item gloriosum opus in theologia, et approbatum est per Alexandri IV bullam et [sententiam] magistrorum 60 (!) Parisiensium. — Item magister Bonaventura (3) postea cardinalis, scripsit gloriosum opus sententiarum super quatuor libros sententiarum: iterum (*a*) postillavit evangelium Luce: item scripssit apologiam (*b*) pauperum: item librum de operibus sex dierum: item librum de contemplatione: item librum de sex alis seraphim: item regulam novitiorum: item legendam beati Francisci maiorem et minorem: item stimulum amoris: item compendium theologie et alia multa (4). — Item magister Ioannes anglicus Galensis composuit arborem vite (5): item plures postillas, item super Apocalipsim: item summam pulcherrimam et optimam cum 18 tractatibus in auctorem phisicorum. — Item magister Willelmus de Lamarra (6) super sententias et correctorium contra Tomam de Aquino. — Item magister Iohannes de Rupella (7) super sententias et unum opus de quinta essentia et super regulam beati Francisci. — Item magister Rigaldus (8) multa suctilia in theologia. — Item magister Scotus (9) super sententias et scripturam sacram et plures tractatus et questiones super libros metaphisice. — Item magister Varro de Basia (10), magister Scoti, super sententias. — Item magister Aymo anglicus (11) qui de mandato domini Alexandri IV, breviarium ecclesie correxit et rubricavit. — Item magister Arlottus de Prato (12) concordantias biblie edidit. — Item magister Iohannes de Parma (13) super bibliam et officium paxionis, scilicet *regem Christum crucifixum.* — Item magister Ierorimus de Esculo (14) qui postea fuit Papa Nicolaus, super sententias et scripturam sacram. — Item magister Franciscus Rubeus de Opoiano (15) multa in theologia. — Item magister Alexander de Laxandria (16) super sententias et plures postillas super metaphisicam et libros de anima, et nemo melius eo dixit. — Item magister Gualterius (17) super sententias et scripturam sacram, cuius operam Alexander Papa IV approbavit. — Item magister Iohannes de Murro (18) multa in theologia. — Item magister Matheus de Aquasparta (19) super sententias et scripturam sacram, et loculentos ser-

(*a*) Sic siglum pro *item* saepius solvi potest. (*b*) C. *apolosiam.*

(1) Repetitionum inutilium vitandarum causa, ad notas pro *Compendio Fr. Mariani* in AFH vulgatas breviter remittimus lectores, quin singulos errores corrigamus. Ibi quoque Pisani adnotantur loci.

(2) Tale opus non scripsit, sed sic cognominatur, AFH II, 307, 314.

(3) L. c. 316. (4) S. Bonav. *Opp. omnia,* X, 1902, 1 ss.

(5) Sic vocabatur: AFH II, 462s. (6) L. c. 463s. (7) 314. (8) 315.

(9) 631. (10) (Sic). Wara, Guaro, etc. Anglus. 463. (11) 105, 305.

(12) 464, 467. (13) 310, 468. (14) 460, 464, 468.

(15) De (A)piniano; 632, 640. (16) Alexandria, 635. (17) 462.

(18) 472. (19) 464, 467 ss.

mones. — Item magister Gentilis de Monteflorum (1) multa opuscula in theologia. — Item [magister] Beltramus de Turri (2) super omnia evangelia et epistolas. — Item magister Vitalis de Firmo multa in theologia fecit (3). — Item magister Elias de Aniballis postillam super Apocalipsim et super sententias (4). — Item magister Petrus Aureoli super quatuor sententiarum, compendium sacre scripture, postillas et tractatus de conceptione Virginis (5). — Item magister Pastor, provintialis, multa super scripturam (6). — Item magister Franciscus de Marchia multos tractatus in phisica et theologia (7). — Item magister Guiglielmus Farinerius super phisicam et theologiam et constitutiones Ordinis (8). — Item magister Landulfus de Neapoli Scotum declaravit et postillas (9). — Item magister Petrus de Aquila lecturam super scripturas et Scotellum edidit (10). — Item magister Richardus de Mediavilla super sententias et postillas (11). — Item magister Consalvus, [e] provintia sancti Iacobi super scripturam sacram (12). — Item [magister] Irardus Odonis [212r] super bibliam et libros magistri sententiarum, heticorum et loyce, et officium stigmatum (13). — Item magister Fortonerius super scripturas et libros de civitate Dei (14). — Item magister Michael de Cesena super Ezechielem et sententias (15). — Item [magister] Franciscus Mayronis postillas, sententias et sermones (16). — Item magister Petrus Iohannis super sententias et super scripturam sacram (17). — Item magister Willelmus Hochanus primo in theologia; secundo quoddam dialogum et tractatum de corpore Christi et super loycam et physicam (18). — Item magister Dandulfus super bibliam et theologiam (19). — Item magister Roggerius Bacholis in diversitate scientiarum (20). — Item magister Willelmus Almoiech super scripturam sacram (21). — Item magister Nicolaus de Lira in tota biblia et super apocalipsim et tractatus contra Iudeos (22). — Item magister Iacobus de Spinúlo super bibliam et sententias (23). — Item magister Ascentius super apocalipsim, sententias et sermones (24). — Item magister Iohannes de Ripis multa edidit (25). — Item magister Gentilis (26) de Cingulo de greco in latinum transtulit Iohannem Climacum, dialogum Macharii (*a*) et Iohannem Crisostomum. — Item magister Franciscus de Sancto Symone multas determinationes (27). — Item magister Ubertinus de Casali (28). — Item magister Bartolomeus de Pisis conformitates (29).

Secunda: Artium liberalium etc. Magister Scotus (30) super metaphisicam. — Item magister Alexander de Alexandria super eamdem. — Item Franciscus de Mayrone super phisicam. — Item magister Willelmus Farinerius super eamdem. — Item magister Girardus Odonis super loycam et physicam. — Item magister Ochan super easdem.

(*a*) C *Macharium*.

(1) 626 s. 630. (2) 636 ss. (3) Furno, 634 ss. (4) AF IV, 338. (5) 639. (6) III, 299, 302. (7) 632, III, 296; supra 305, n. 15. (8) III, 294 s., 303 s. (9) 295. (10) L. c. (11) II, 462. (12) 627. (13) Gerardus, 640. (14) III, 294. (15) II, 635 ss. (16) 636 s. (17) 461, 626. (18) 636. (19) Cf. not. 9. (20) R. Bacon, 461. (21) 315. (22) III, 302. (23) III, 309. (24) II, 637. (25) III, 308. (26) Lege: Angelus, II, 469 s. (27) III, 309. (28) II, 633, n. 7. (29) III, 703; supra, 304. (30) Iam semel allegatos non repetimus in notis.

Tertia: Sermonum et postillarum etc. Magister Gualterius ad petitionem Alexandri IV opus sermonum scripsit, per quos idem Papa approbavit. — Item sanctus Antonius, archa scientie, suavissimos sermones (1). — Item magister Matteus de Aquasparta. — Item magister Landulfus. — Item Franciscus Mayronis. — Item magister Ascentius. — Item Iohannes Galensis summam optimam (2). — Item magister Philippus de Monte Galerio (3). — Item magister Gualterius. — Item magister Lucas sermones omnes et quatragessimalia (4). — Item magister Servasancti de provincia Tuscie summam luculentam de vitiis et virtutibus (5). — Item quidam frater, cuius nomen non reperi, summam de virtutibus, que iungitur summe de vitiis, qua utuntur omnes (6). — Item Ugo de Digno postillas super apocalipsim (7). — Item sanctus Bernardinus sermones elegantissimos tam in diebus ferialibus quam in dominicalibus (8).

Quarta: Summarum etc. Magister Petrus Quesuelis (9) directorium in utroque iure. — Item magister Astesanus de Asti summam in utroque iure (10). — Item Iohannes Saxo summam in utroque iure (11). — Item Munaldus de Carnisprivio de Marchia utriusque iuris (12). — Item summa Valenscis (13).

SECUNDA ponitur: EXCELLENTISSIMUS etc. Notantur quatuor nobilitates: 1a. *Papalis.* — 2a. *Cardinalis.* — 3a. *Patriarcalis.* — 4a. *Archiepiscopalis.* — *Prima:* Gregorius 9us summus pontifex induit habitum sancti Francisci; qui fuit primus protector nostri Ordinis, vocatus episcopus Hostiensis, et interfuit capitulo celebrato Asisii, ubi quinque milia fratres fuerunt, et ibi missam celebravit, predicavit, et amare flevit videndo fratres in tanta penitentia, dicens se dignum inferno, et cathalago sanctorum beatum Franciscum asscripssit, et posuit primum lapidem in fundamento ecclesie, et in die cene dictum habitum devote suscepit et pedes fratrum lacrimando lavavit [212v.] (14). — Secundus fuit Martinus (15); in articulo mortis assumpsit habitum et seppultus in conventu Asisii. — Tertius fuit Nicolaus 4us, qui fuit frater minor (16). — Quartus Alexander (17).

Secundo: Cardinalis. Dominus Bonaventura. — 2us Magister Ieronimus de Esculo. — Magister Iohannes de Murro. — Magister Macteus de Aquasparta. — Magister Gentilis de Monteflorum. — Magister Beltrandus de Turri (18). — Magister Vitalis de Murro (19). — Magister Valens[is] (20). — Magister Wilelmus Farinerius (21). — Magister Petrus de Aquila (22). — Magister Fortunerius de Vasallis. — Magister Vicidonus Placentinus (23). — Magister Bentevenga de Tuderto (24). — Magister Andreas de Anania, nepos Alexandri 4i (25). — Magister Iacopus de Anania, nepos Bonifatii optavi (!) (26). — Magister Beltrandus de Phigaco (27). — Magister Elias de Aniballis (28). — Magister Pastor de Provintia (29).

(1) II, 100s. (2) 462s. (3) III, 309. (4) II, 309. (5) III, 309.

(6) Videtur *Fr. Guibertus;* ita Cod. S. Vict. 762 Bibl. Nat. Paris. apud Quetif-Echard, *De script. Ord. Praed.*, t. I, p. 386. — Cf. *Histoire litt. de la France* XXVI, 441. Sbaralea, 315: I², 333. (7) II, 463. (8) 709ss. (9) Casuel, 631.

(10) 636s. (11) III, 299. (12) II, 630. (13) Cf. not. 2.

(14) Non tamen fuit Ordinis Min. AFH II, 105. (15) 466. (16) 460ss., 471.

(17) Alex. V; III, 705s. (18) II, 636ss. (19) Furno, 634.

(20) Non erat card. (21) III, 301, 303. (22) Non fuit card.

(23) Vicedominus. Cum habitu obiit, sed non fuit O. F. M. II, 459.

(24) 461, 470. (25) Non fuit Card. 472. (26) L. c. (27) III, 307s.

(28) Eubel, *Hier.*, I, 17: supra, 306, n. 4. (29) 305s.

— Magister Marcus de Viterbio (1). — Magister Fortunerius 2us (2). — Magister Leonardus de Onifondo (3). — Magister Thomas de Figano (4). — Magister Ludovicus de Venetiis (5). — Magister Bartholomeus de Coturno (6). — Magister Petrus de Candia (7). — Dominus de Fusis, qui est ad presens (8). — Dominus (*a*) de Albareto, francigena, cardinalis in urbe Rome, assumpsit habitum in infirmitate, et mortuus est in habitu, et sepultus in Araceli (9). — Dominus Magister Franciscus de Saona, generalis minister, cardinalis consecratus a Papa Paulo (10).

Tertio: Iste Ordo habuit omnes Patriarchatus, excepto Aquilonense (11).

Quarto: Archiepiscopi et episcopi; non est numerus.

Tertia ponitur: Precellentissimus etc. — *Imperialis.* — *Regalis. Ducalis.* — *Comitalis.*

Primus imperator rex Ierusalem, imperator Constantinopolitanus, cui sanctus Franciscus ter apparuit cum vili habitu et corda et sotularibus, suadens ei accipere habitum cum ipse rogaverat Deum, quomodo sibi servire posset, postquam habuit multas victorias; qui quasi aborruit tantam asperitatem, sed confortatus a beato Francisco assumpsit habitum per manum magistri Benedicti de Arietis, tunc Antiochie et Romanie ministro; et cum reverentia et devotione fecit professionem et vixit in magna humilitate, et seppultus in conventu Asisii, in cuius seppultura scultus est habitus imperialis (12).

Secunda: Regalis. De omnibus christianitatis regalium aliquis effectus est frater Minor. Primo de gloriosa domo Francorum, de qua octo imperatores et triginta unum reges fuerunt. Rex Rubertus effectus est frater Minor ante suam mortem per decem et octo dies, et fecit professionem in manu ministri; qui per multos annos surrexit ad matutinum et indutus habitu serviebat in mensa fratribus et seppultus est in sancta Clara, et uxor eius facta est monacha. — De domo Aragonie rex Iacobus seppultus cum habitu in morte in conventu Barchinonie. — Rex Alphonsus de dicta domo ante mortem indutus et seppultus in conventu Ilerde. — Item de domo Castelle rex Santius, et seppultus in conventu fratrum Minorum. — Item de dicta domo rex Fernandus, seppultus cum habitu in ecclesia catedrali Tollecti, et propter occisionem hominum diabolus portabat animam, et invocantem (!) Franciscum liberavit eum de manu eius. — De domo

(*a*) Hoc usque *papa Paulo* in margine inferiore postea adiectum fuit, ab ipso S. Iacobo tamen et uno tractu.

(1) 305s. (2) 307ss. (iam nominatus, cf. 307 l. 38), 700. (3) Giffono. (4) Frignano; 305, 308. (5) 308. (6) Cucurno, 308. (7) Est Alex. V; 307, l. 32.

(8) Petrus de Fuxo, senior, O. Min. ut s. Stephani in Coeliomonte creatus 1413 (1414) a Iohanne XXIII, deinde 1431, mart. 14, ep. Albanensis; obiit 1464; dec. 13. Eubel, *Hierarch.*, II, 5.

(9) Ludovicus de Alebreto (Lebreto) episc. Caturcens; creatus card. tit. ss. Marcellini et Petri 18 Dec. 1461, obiit 1465, sept. 4. Eubel, II, 14.

(10) Franc. de Ruvere, Savonensis, Min. Glis O. M. 1464-1469, creatus card. tit. s. Petri ad vincula 18 sept. 1467, a Paulo II, deinde 1471-1484, Sixtus papa IV. Eubel; II, 15ss.

(11) Lege potius, licet non rectius, Aquilegensi.

(12) II, 306, 312; AF III, 680. Quem recepit ad ordinem Fr. Benedictus ab Aretio. Hunc et sequentes absque notis melius habes congestos ap. Pisanum, 347-9. Cf. AFH II, 104s., 471s., 628s., 634; III, 297s. etc.; Cf. AF I, 265s.

Portugallie tres reges, videlicet Fernandus, Petrus et Alphonsus ante mortem induti a ministro provintie sancti Iacobi; seppulti in conventu Ulixbonensi et in ecclesia catedrali. — De domo Trinaclie, idest Scicilie rex Federicus ante mortem de manu ministri Scicilie sumpsit habitum et seppultus in Messina in conventu nostro. [213r]. — De domo Cipri Henricus, virgo purissimus, habitum sumens et cum ipso decessit cum miraculis in conventu Fratrum. — De domo Armenie rex Iohannes tradens regnum suo nepoti Leoni cuius regnum Saraceni invaserunt, et ipse rex cum habitu sumens arma, facta strage magna Saracenorum, post victoriam mortuus est martir. — De domo Ungarie rex devotissimus Ludovicus per aliquos menses ante mortem effectus est frater et semper in coro ad officium cum fratribus et seppultus in conventu fratrum Minorum in Buda. — Item Rex Pacificus effectus est frater Minor et fuit homo sancte conversationis; habetur in cronicis Ordinis (1). — Item Pater huius regis presentis Castelle, idest Yspanie MCCCCXLVIIII, natus in die sancti Francisci et eodem die indutus habitum vivus et seppultus in conventu Tolecti; nomen eius Anricus (2). — Item Rex Rodoricus (3) omnium regnorum Ispanie rex, filocaptus de una Saracena, perdidit omnia regna preter regnum Portugallie, et confessus (*a*) cum archiepiscopo elixbonensi, ex penitentia in vase ligneo cum serpente, gallo et gatto (*b*), et in fine serpens cepit rodere genitalia cum quibus peccavit et mortuus est, et campanne a se ipsis pulsaverunt, et archiepiscopus dixit: Frater meus Rodoricus mortuus est. Qui dum intraret in vase, induit se habitu sancti Francisci, et tota Yspania postea recuperata est. Et iste rex postea habuit quatuor filios. Unus acquisivit regnum Portugallie. Secundus, Iacobus dictus supra, rex Aragonie; tertius Santius rex Navarre et quartus Alphonsus acquisivit regnum Tolecte dum sara[c]ini erant intus. Iste ferravit equos retro [et] ante qui fugientes [erant]. Et ipse in via quasi mortuum (*c*) se finxit, latente gente sua. Et Sara[c]ini post vestium extractionem (*d*) misserunt plumbum liquefactum in manu, ut viderent si esset mortuus, et substinuit et foravit sibi manum; postea se levavit cum gente latente et ingressus civitatem obtinuit, indutus habitu Fratrum Minorum in ecclesia katedrali Tolecti retro altare, et omnes isti quatuor filii in fine cum habitu sunt mortui. — Item rex Fernandus, rex Castelli, in conventu civitatis Sibilie. Item rex Iacobus, maritus regine Neapoli (4). Isti reges nostris in chronicis (5).

(*a*) C *confexus*. (*b*) C *gacto*. (*c*) C *mortuus*. (*d*) C *et chorum*.

---

(1) Videtur « Rex versuum » esse: l. c. 5sqq., 285s. AFH, II, 62s.: IV, 126.

(2) Rex Castellae (et Legionis) tunc (1449) erat Iohannes II (1404-1454), filius Henrici III (1390-1406), Infirmi dicti, eique successit 1454-1474 Henricus IV, Impotens cognominatus. Henricus III revera natus erat 4 oct. 1379, obiitque 25 dec. 1406. Cf. Nic. Antonius, *Biblioth. hisp. vetus*, II, Madrid 1788, 163. Barrantes, *Cronica del Rey don Enrique III*, ibid. 1868, 5ss.

(3) Totum est vetustissima fabula de Roderico, rege Hispaniae, sub quo Saraceni Hispaniam occupaverunt, anno 710 (?), quique ergo cum Ordine FF. Min. nil relationis habuit. Cf. N. Antonio, l. c. II, 350. Malo de Molina, *Rodrigo el Campeador*, Madrid 1857.

(4) Iacobus de Borbonio; cf. AFH IV, 126.

(5) AF IV, 347ss.

Tertio Duces. De domo Frantie Ludovicus primogenitus regis Caroli et cum esset dux Calabrie ratione patris in Scicilia et ratione matris in Ungaria debebat regnare, contemptis (*a*) utrisque regnis effectus est Frater Minor et denique episcopus Tolostinus (1). Item de dicta domo dux Carolus, primogenitus Ruberti, qui in infirmitate habitum sumpsit et cum ipso obiit et seppultus Neapolim apud fratres in ecclesia Corporis Christi. De domo Castelle primogenitus regis N. Castolli in conventu Tolecti indutus habitu. — De domo [A]ragonie dux Gerunde primogenitus regis Aragonie, dictus Petrus indutus habitu iacet in conventu Saracuse.

Quarto Comitalis. De domo [A]ragonie [213v.] comes Petrus de Pratis, filius regis Iacobi, dimisso seculo effectus est Frater Minor. In quo ultra annos XX laudabiliter vixit. Item de dicta domo dominus Iacobus filius regis Alphonsi, comes de Gelli cum habitu decessit in conventu Barzillonensi. De domo Ungarie dominus Berengarius, filius regis, comes Luniensis frater regis Petri Aragonie (*b*), filius primogenitus regis Maioricarum ordinem intravit et dictus est frater Iacobus de Maioricis. Dominus Filippus, frater regis Maioricarum effectus est Frater Minor ante mortem, decessit cum habitu. Item Iohannes frater regis Navarre in conventu Tolecti. Frater Petrus, frater regis Portugallie, effectus est Frater Minor et est laycus et vadit pro pane mendicando ad presens. — Item dominus Iacobus comes Castrisilici de domo regali et effectus est Frater Minor et vivit cum habitu (2).

AD QUARTAM ponitur: LUCIDISSIMUS MIRACULORUM SANCTITATE: 1. *Contemplatione.* — 2. *Miraculorum operatione.* — 3. *Martirizatione.*

Primo etc. De beato Francisco nihil dicam, cuius anima semper stabat in contemplatione divine maiestatis. Sanctus sotius eius, frater Bernardus, volabat sicut aquila divinam sapientiam perscrutando, et scripturam divinam subtiliter intelligebat sicut Iohannes evangelista et semel amplexus cum primo seraph. Et tante contemplationis erat quod per 30 annos ibat cum vultu erecto erga celum; et sanctus Franciscus timebat loqui cum eo, ne turbaret eius sanctitatem. Secundus sotius frater Iuniperus, tante humilitatis, quod diabolus non poterat stare in contrada ubi ipse ibat. Tertius frater Egidius sepe raptus usque ad tertium celum sicut Paulus Apostolus. Quartus Silvester loquebatur sicut Moyses cum eo quasi sicut amicus cum amico. Quintus Filippus Longus tactus calculo ignito ab angelo sicut Isaya[s]. Sextus frater Ruffinus nobilis de Assisio, de quo dicebat sanctus Franciscus, quod erat canonizatus in celo, vivens in terra. Septimus frater Petrus Captanii spectabilis ut sol preclarus in toto mundo, qui fuit vicarius sancti Francisci et generalis minister a beato Francisco institutus. Octavus frater Leo pecorella, sic a beato Francisco [dictus], tangebat pedes patris dum subspendebatur in contemplatione; prophetico spiritu illustratus mirabilis in patientia et aliis virtutibus. Nonus intimus sotius sancti Francisci frater Masseus de Maregnano, pervenit ad [apicem] humilitatis, et non sentiebat amaritudinem persecutionum. Decimus frater Moricus cum pane, herbis et leguminibus more sanctorum pa-

(*a*) C *contentus.* (*b*) C *Aroganie.*

(1) II, 472, 378ss. S. Ludov. episc. Tolosanus. (2) Cf. AFH IV, 126.

trum. Undecimus frater Angelus de Ariete. Sancto Francisco revelata Indulgentia Asisii, iste frater Angelus mirabilis sanctitatis, fuit ductus cum fratre Bernardo de Quintavalle et fratre Petro Captani a sancto Francisco, quando portavit sex rosas Pape Honorio et confirmavit predictam indulgentiam sancte Marie de Angelis. Duodecimus frater Iohannes de Capella (*a*) (1).

Secunda: Miraculorum operatione. Secundum magistrum Bartolomeum de Pisis Ordinis Minorum in libro secundo (2) de conformitate beati Francisci ad vitam Iesu Christi, inventi sunt trecenti fratres per quos Deus operatus est miracula, quorum nomina et sepulcra invenies in secundo et tertio libro conformitatum.

Tertio: Martirizazione. Secundum cronichas antiquas et dictum magistrum (3) plus quam centum fratres martirizati sunt pro fide Christi, quorum aliqua nomina caritatibus vestris intimabimus. Et primo a beato Francisco cum litteris Apostolicis [missi sunt] ad predicandum fidem Christi aput Marochium Saracenorum frater Vitalis, frater Beraldus et frater Petrus, frater Adiutus, frater Accurs[i]us, frater Antonius(!), qui constanter predicaverunt fidem Christi et post multa tormenta, carceres, flagella per totam terram [214 r.], conglutinati cum lapidibus et gladiis usque ad interiora et XX diebus sine cibo in profundo turris, sed angelica visitatione recreati sunt, et ultimo capite truncati sunt, cesi et missi in ignem, sed divino nutu extra ignem exiliabantur(!). Ultimo corpora eorum translata sunt in Ispania: innumerabilibus miraculis corruscarunt (4). Item ibidem decapitati sunt quinque fratres post annum (5). Item frater Danniel de Calabria, frater Angelus, frater Samuel, frater Domulus, frater Leo, frater Nicolaus, frater Ugolinus ibidem martirizzati sunt, qui constanter predicaverunt fidem Christi, et ultimo decapitati sunt, sed corpora eo[rum] seppelierunt mercatores Ianuenses in vico ipsorum. Mirabile! omnes videbant lumina de celo venientia circa corpora martirum et audiebant campanas per se sonantes et cantus angelorum, quorum dulcedine omnes stupefacti sunt, multis miraculis corruscantibus (6). Item in provintia Valentie iacent duo fratres martires, contra Machometum predicantes (7). — In Brusia iacent frater Conradus et frater Voberlaus martirizati pro fide Christi predicando (8). — In vicaria Orientis iacent tres martires pro fide Christi predicanda: videlicet frater Antonius de Mediolano, frater Moraldus et frater Franciscus de Marchia (9). In Salonista Persidis martirizati sunt frater Antonius et frater Ardobrandlinus (10). Item in provintia Aquilonarii martirizati sunt pro fide Christi frater Thomas de Tolentino de Marchia et

(*a*) In marginibus plures adsunt notae, quae phrasium seriei, non connectuntur, quasque ideo hic insimul ex ordine ponimus: (De B. Aegidio) in marg. lat.: *secreta cordium, rex francie.* In marg. lat. (de B. Pacifico): *vidit spadas transvessales (!) de ore Francisci.* Ibidem (ad Fr. Philippum): *Sanctus (?) Franciscus cum tribus fratribus fecit eum guardianum super se.... pre aliis... revelata indulgentia Asisii.* — In marg. inferiore: *fr. Leo dum ibat cum s. Francisco Asisio, audivit vocem de celo: Hec indulgentia confirmata est in celo.*

(1) I, 100ss. (2) AF IV, 304ss., 335ss. Omnino errat, cum haec nomina uti et alia infra, in libr. I conf. VIII et XI habeantur: AF IV, 240ss., 493ss.
(3) AF IV, 296, 304 ss. (4) AFH I, 96. (5) Iidem ac modo dicti, n. 4.
(6) L. c. 99. (7) 101. (8) 466. (9) II, 635. (10) II, 466.

frater Petrus de Senis, frater Demetrius de Tosellio et frater Iacobus de Padua, qui cum habitu in igne proiectus, capillus eius non est tactus, et postea sine habitu, super eo effuso oleo, ut melius arderet, sed divina virtute ignis extinctus est et finaliter innoxi sunt (!) (1). In vicaria Cathay Tartarie in civitate Armeloc pro fide passi (*a*) sunt frater Richardus episcopus Armeloch, frater Franciscus de Alexandria, frater Pascalis de Ispania, frater Raymundus de Provintia, frater Laurentius de Alexandria, frater Petrus de Provintia, et magister Iohannes de India. Ligatis manibus ad unum funem, pun[c]turis gladiorum et incisionibus manuum et omnium aliorum membrorum exclamantes: Ihesu, vera fides et spes christianorum, miserere nobis (*b*), et sic martirium compleverunt (2). — In Provintia Rusie pro fide Christi mortui sunt quinque fratres in Livonia qui paulatim incisi sunt omnibus membris (3). — In Geret Valachie duo fratres martirizati sunt pro fide Christi. In vicaria Bossone, regno Vulgarorum, in civitate Bidinium pro fide Christi passi sunt frater Andreas Ungarus, frater Gregorius de Iadra, frater Nicolaus de Marchia, frater Benedictus de Regno, frater Thomas de Fulgineo, exclamante[s]: Vera est fides Christi, vos omnes damnati, membratim incisi martirium compleverunt (4). Item frater Electus pro fide Christi passus, habens regulam in manu erectis oculis et manibus in celum, dixit suam culpam Deo, si in aliquo offendisset per dictam regulam (5). Item frater Nicolaus de Taulicis de Silinico cuius duos fratres carnales vidi Sibinichi; — frater Deodatus de Ruticinio provintie Equitanie, frater Petrus de Narbona de provintia Provintie, sotius fratris Paulutii de Fulgineo, frater Stefanus de Laruch in vicaria Corseche [214v.] multis annis in Ierusalem M°CCC°LXXXXI° die XI[a] Novembris audacter coram Cadi et triginta milia Saracenorum, et omnes contra fratres concitati, verberibus quasi mortui relicti die noctu<m>que, per tres dies sine cibo potuque, celesti cibo recreati sunt. In (*c*) tertio die in platea innumerabilibus ictibus corpora eorum incisa sunt. Bis ignis extinctus est super corpora eorum et tertium diem usque sero fecerunt ignem super ea, et tamen penitus fuerunt immaculata, et tamen fecerunt humari, ne christiani acciperent (6). — Et quamvis sint multi (*d*) quos ignoramus, sed stupenda de beato Stephano Ungaro caritati vestre annotabo (7), in civitate Sarra in parte Tartarorum. Qui cum esset XXV annorum et sacerdos, pro aliqua infamatione incarceratus a fratribus, quem diabolus aggressus est, ut fidem negaret et ad Saracenos adiret et sic factum est. Qui postea penitentia ductus secrete ac[c]epta penitentia a guardiano, qui sicut eum publice victuperavit, ita e contrario etc. Qui frater Stefanus ait: Pater mi, frater Michael, ego non sum dignus vocari christianus, roga Deum pro me, volo quod tu precipis. Et in die sollemni in pulpito coram decem milibus Saracenis delaceravit vestem, sub qua erat habitus beati Francisci, dicendo Machometum canem damnatum, Yhesum vero filium Dei. Et post tormentum lapidum semimortuus deductus ad Cadi, idest episco-

(*a*) C *paxi*. (*b*) C *miseratoribus*. (*c*) *In test.* — *sunt* in marg sup.
(*d*) C *multa*, subinde *ignorant*.

(1) II, 637s. (2) III, 297. (3) III, 700. (4) 306. (5) I, 99.
(6) III, 703. (7) II, 641; AF III, 515-24; AF IV, 333-4.

pum (a) ipsorum, sed firmus in Christi fide flagellatus usque ad mortem cum flagellis de coreo plenis arena, et nocte manuum et peduum (!) subspensus et in manu sinistra et pede saxa magna ligatis. Et in medio corporis ad saxum per duas dies et noctes sine cibo, et postea subspensus per ambas manus magnum saxum in brachiis, ita quod brachium egrediebatur quasi de humeris, clamabat Yhesum et Franciscum. Postea suspensus, et ignis et fumus subter; sed divina gratia ipsum deposuit et inter duas albas columbas orabat, et postea proiectus in fornace ardenti, et per totam noctem stetit illesus, ita quod videbatur de balneare [exiisse] sed Saracenus cum securi divisit collum eius usque ad medium, et alter in ventre quo viscera apparuerunt, et postea ligavit ad caudam equi et ipse precessit eum in igne cum manibus ligatis retro, et dum velle[t] se signare solute sunt manus et ingressus in igne iterum solutus est. Et iterum proiectus, inde exivit et postea totus incisus martirium sacrum complevit et animam sanctam Christo et beato Francisco tradidit. Amen.

Venetiis. P. Nicolaus Dal Gal, O. F. M.

(a) C *a Cadi... episcopus.*

(1) AFH II, 641; AF III, 515-14.

SUPPLEMENTUM

AD SPECULUM IMPERFECTIONIS FRATRUM MINORUM

COMPACTUM PER VENERABILEM ET RELIGIOSUM

P. F. JOHANNEM BRUGMAN O. F. M.

Iuvat hodie ceu coronidem imponere disertissimi Observantiae regularis praeconis, Patris nostri Iohannis Brugman, de ruinis Observantiae opusculo, cui titulus *Speculum imperfectionis Fratrum Minorum*, recens in lucem edito (1). Fortuito etenim manibus nostris intercidit in archivo nostro provinciali codex quidam miscellaneus, cuius praeliminari pagellae inscriptum legitur, instar *ex-libris: Ad usum P. Iacobi Polii* (2).

Codex autem noster ille reipsa videtur, de quo apud P. Servatium Dirks (3) agitur; unde et dicta P. Servatii interpretanda occurrunt iuxta notulam ab ipso P. Iac. Polio, manu quidem propria margini inscriptam codicis paginae 5ae, videlicet: *Ex libro quem R. P. Iosephus Bergaigne* (4) *a me accepit.*

Quod si notula eiusmodi marginalis, non mere primum libelli tractatum respiciat, sed potius volumen totum, 8 opusculis constans, tunc perspicuum foret P. Polium sibi copias istas collegisse ex originalibus, vel saltem copiis anterioribus penes R. P. Ios. Bergaigne, ab anno 1621-1638 Commissarium Generalem, depositis.

Quidquid est de originali et apographo opusculi R. P. I. Brugmanni, constat in codice nostro Bruxellensi, tertio loco, a pagina nempe 93 ad 106 inveniri *copiam* a P. Polio revisam, cui titulum ipsemet inscripsit: *Tractatus antiquissimus R. P. Iois. Brugman, olim in Provincia Coloniae vicarii provincialis, quod observantia minetur ruinam ob defectus annotatos.*

Unde vero transsumpta sit copia eiusmodi, primo obtutu patescit, quoniam in margine manu propria addidit et ipse praefatus P. Polius: *Ex manuscripto Confluentino* (5).

---

(1) Ap. AFH II, 1909-1910, 613-625. Videsis et eiusdem analysim P. Patritii Schlager, O. F. M., *Der Katholik,* an. LXXXX, Mainz, 1910, I, 401-409; cf. AFH IV, 191.

(2) Nationis Germano-Belgicae chronologus, Provinciae Thuringiae aliquando Commissarius Visitator, in Provincia matrice Coloniensi ab annis 35 saepius guardianus et 8a vice Definitor, qui cum anno 1647 Heidelbergae resideret, ut litteraliter Rmi P. Ioan. a Neapoli, Min. Glis patentibus satisfieret, tres S. Theologiae Lectores iubilatos in partibus inferioribus Provinciae eiusdem cooperatores accepit, videlicet P. Arnoldum Caesarium, P. Wilh. Hornium et P. Hennenberge. cfr. P. Van den Haute, O. F. M. *Miscell. anecd.*, vol. XIV, p. 227. Wadding, *Scriptt. O. M.*, 184 sq., 126² sq. 125³ sq. Sbaralea, *Supplem.*, 376. P. Schlager, O. F. M., *Gesch. d. Köln., Franzisk-Ordensprovinz während des Reformationszeitalters,* Regensburg 1909, 195 sqq., 204, etc.

(3) *Hist. litt. des Frères Min... en Belgique,* Anvers [1884], 6.

(4) De eo Dirks, l. c., 185-7 Wadding, l. c. 165, 187², 230⁸. Sbaralea, 471.

(5) Uti videtur ex Conventu Confluentino O. M., de quo Schlager, l. c. 4, 9, 26, 30, etc.

Quoad substantiam porro tota opella XIV capitulis constans, satis consonat cum MS. *Namurcensi*, iam in AFH iuris publici facto; menda tamen et naeva haud pauca aciem fefellerunt copistae Confluentini paulo minus vigilantioris. Ad calcem autem ultimi capitis, quod absolvitur, non secus ac in MS. Namurcensi, verbulo *Amen.* notavit P. Polius: *Hic deficit liber Confluentinus;* quoad sequentia vero inferius in eadem margine adiecit: *Haec ex libro Monasteriensi.*

Dein absolute incipit paragraphus, cui P. Polius ceu titulum praefixit: *De Guardianis, quomodo vivere debent.*

Ex ordine dein sequuntur capita tria quasi additítia, nempe de *Guardianis*, de *magistris iuvenum*, de *magistris novitiorum*.

De hisce quidem iam capitulis XIV et IX respective *Speculi imperfectionis* dictum fuerat in specie, satisque prolixe, non tamen, uti patet, methodo omnimode pari: quae enim defectuosa vel et minus honesta in eiusmodi officiariis, apostolica libertate increpanda haud dubitaverat vigilantissimus praesul, iam altius inculcare satagit commendatione virtutum suavi: illic quasi negativa procedit via, hic vero positiva. Stylus quippe, modusque promendi sententias omnino quadrare dignoscitur cum *Speculo Imperfectionis;* unde ambigendum non est, quin ab ipso P. Ioanne Brugman, ceu complementum fuerit adiectum gravibus suis monitis, penitius instillandis trinae classis officiariorum animis, a quorum moribus maxime pendet resurrectio vel ruina Observantiae, tritum iuxta effatum: *Regis ad exemplar totus componitur orbis.*

Supplementum Speculi Imperfectionis R. P. Ioannis Brugman « ex libro Monasteriensi ».

I. *De Guardianis, quomodo vivere debent* (1).

Primo guardianus debet esse communis, aequaliter omnes diligendo et eorum necessitatibus subveniendo; et quod obediat praelato suo, sicut vellet sibi a subditis obediri.

Item debet esse maturus in moribus, maxime coram saecularibus. Item quod alii sibi subditi possint... (2) debet ad instar Moysis aliis committere (3), ne nimium in excessivis graventur agendis. Item debet quandoque conventus sui amicos visitare maxime fideles, sed non nimis frequenter. Item debet tenere bonum commune, maxime refectorii, quia sibi fratres minus temperant, dum habendis privantur recreationibus. Debet debiles et infirmos patienter sufferre, et eos veluti mater consolari. Debet fratribus omnibus ita affabilem et benevolum se ostendere, ut possint necessitates suas manifestare, et providere decenter. Indiscretioni (4) fratrum aliquorum debet attendere et moderari. Diligentiam nimiam adhibere debet, quod divinum officium debite secundum scripta persolvatur. Sicut in correctionibus severum, ita in exhortationibus debet esse dulcis.

Debet diligenter studere scripta ordinis (5), ut sciat quid agere, quidve respondere debeat, officinas conventus debet interdum visitare, et cellas fratrum invisere interdum, deformata illic reformare. Debet esse discretus sibi ipsi in vigiliis et poenitentiis, ne destruatur. Diligenter attendere declarationes papales super depositione eleemosynarum

(1) Cf. AFH II, 623-5. (2) *Interstitium hic reperitur vacuum m. 0,025.*
(3) Num. 11, 16 sqq. (4) Cod. Indiscretionem. (5) Cf. AFH II, 617 sq.

pecunialium. Debet antiquos amicos conventus, qui tempore praedecessorum suorum guardianorum ordini benefecerunt, in charitate fovere, tanquam amator communis boni, non commodi proprii. Non debet se ita exterioribus negotiis occupare, ut devotionem extinguat in se et in subditis (1). Debet fratres et seipsum ad recollectionem inducere et devotionem; debet cavere, ne aedificia conventus destituantur, sed tempestive reparare. Non debet faciliter destruere, quod sumptuose et per alios est (2) constructum. Iuvenes et novitios magistris suis congruenter subiicere (3).

Non debet cito credere accusationibus fratrum, sed maturius deliberare, ut sit expertus. In officiariis conventus instituendis, magis (4) debet quaerere bonum commune et pacem conventus, quam propriam consolationem. Debet cum praedicatoribus semper, quantum valuerit (5) laborare, ut pacem teneant cum clero. Debet de suis confessoribus solerter providere, ne scopando (6) saecularium animas, sordes sibi ipsis et fratribus discriminose inferant (7). Debet prodigalitatem et destructionem rerum pro fratribus in cibo et potu, etiam vestium et candelarum, et quarumcumque rerum vitare. Debet discretos suos frequenter convocare, convocatos consulere, consulta vigilanter exequi. Debet habere otium odio in se et suis fratribus, et eos ad pia opuscula facienda moderate secundum mentem B. P. N. Francisci inducere.

II. *De magistris iuvenum* (8).

Debet esse magister iuvenum vir grandaevus, aut saltem provectae aetatis, aut certo canus sensibus, ne magis appareat magister iuvenis quam iuvenum. Debet se in recollectione interna et mentis devotione gerere, ut ibi hauriat quo iuvenes interdum reficiat, nulloque minus *(sic)* debet occupari in aliis negotiis exterioribus. Debet esse competenter exercitatus in libris devotionalibus, videlicet in eruditoriis religiosorum, et in similibus, maxime tamen in his quae tangunt professionem et Regulam, sicut sunt declarationes, statuta et huiusmodi. Conabitur, quantum poterit, ut iuvenes magis sub ipso proficiant quam deficiant, primam charitatem, ferviditatem, humilitatem, obsequiositatem relinquentes. Debet iuvenes sibi commissos ad minus bis vel ter in hebdomada convocare, et tunc lecta brevi lectione, ad devotionem vel ad morum reformationem spectante, debet eos dulciter, si quos (9) in eis defectus noverit, admonere, et ad mandata exhortari pro posse. Prae omnibus studeat eis scripta ordinis (10) inculcare, in quorum studio paucissimi post factam professionem sunt intenti, quia, proh dolor, *derelinquunt fontem aquae vivae* (11), scilicet ea ad quae tenentur de iure vel de congruo, et *fodiunt sibi cisternas dissipatas* (12) per collectionem scartabellorum (13). Non debet eos in libertate dimittere, videlicet vigilent quantum velint, aut nudi (14) incedant quantum velint; sed eis in huiusmodi limitem praefigere debent *(sic)*, ne seipsos destruant. Debet interdum eos et eorum cellas visitare, eorumque exercitia et occupationes examinare. Debet eos ad otium vitandum et ad recollectionem multi-

(1) *Regula II*, c. 5; *Opuscula S. Fr.*, 68. (2) *Bis ponitur* est.
(3) *Subaudi* debet. (4) Cod. magistris. (5) Cod. voluerit.
(6) Cod. scopandas. (7) Cod. infament. (8) AFH II, 620.
(9) Cod. quos si. (10) Cf. AFH II, 617 sq. (11) Ierem. 2, 13.
(12) L. c. (13) AFH II, 618. (14) *Subaudi:* Pedes.

pliciter insistendum, quantum valet, inducere. Inducat eos ad omnem reverentiam exhibendam omnibus, praelatis maxime, cavendamque familiaritatem cum sacerdotibus maxime senioribus.

III. *De magistris novitiorum* (1).

Debet esse magister novitiorum « maturus, discretus et doctus » ut statuta nostra volunt (2). Erga sibi commissos magnam habere debet circumspectionem, ut scilicet eorum ingressus sit purus per totalem et perfectam mundanarum rerum abrenunciationem, in progressu ad perfectam suiipsius abrenunciationem eos studeat inducere, et etiam in moribus componere. Debet eos docere, ut dulcis Iesu Crucifixi plagas et vulnera multiplicibus singultibus et suspiriis pia confessione deplangant, ut ad lachrymas vel in lachrymis sint gloriantes, in orationibus seduli et devoti. Debet laborare ut novitii studeant sibi in propriis oculis vilescere. Insuper, ut laborent in amore Dei et Christi fervescere, et non male iudicare (3) quidquid videant (4). Diligenter debet attendere, utrum quaerant (5) ex animo Deum in his quae agunt; utrum sint in contumeliis serio vel ioco illatis, etiam in adversitatibus patientes, et in prosperis humiles. Matrem se eis in omnibus lenitate in eorum tentationibus ostendat. Debet eos ad parva officia etiam abiectissima provocare, ut vilescant in oculis propriis. Debet eos communiter diligere, nullum excipere, et tamen nulli familiaritatem pueriliter ostendere, a scriptura et studio cohibere, religionis praerogativas detegere.

Bruxellis. P. Hieronymus Goyens, O. F. M.

(1) AFH II, 620.
(2) *Statuta Barchinonensia*, (1450). c. 1: ap. *Monumenta Ord. FF. Min.*, Salmanticae 1511, tract. II, f. 266 r.
(3) Cod. nomine mala indicare. (4) Cod. vidant. (5) Cod. quaerunt.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

[Octogesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est in Perusio per fratrem Iacobum Sarzuellam, Generalem, anno **1464**, in quo ipse Generalis pre nimia senectute et maxima oculorum cecitate renuntiavit offic[i]o (2), et frater Franciscus de Savona in 38 Generalem Ministrum electus est. Qui fuit postea Sixtus IV. Hic doctrina clarus et magister theologie, scripsit librum de potentia Dei, de sanguine Christi, de Conceptione Virginis et de futuris contingentibus (3).

[Septimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno supradicto, in conventu Mechelinie Provincie Colonie. In quo fuit electus in Generalem Vicarium frater Iohannes Macrifortis (4).

[Octavum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est anno quo supra in Sancta Maria de Angelis apud Assisium, in quo frater Marchus de Bononia 2 vice in Generalem Vicarium electus est (5).

Hoc ipso anno Dominus Papa volens litis finem ponere, que inter Beatum Iacobum de Marchia et Fratres Predicatores versabatur de sanguine Christi, Romam multos peritissimos viros et excellentissimos in sacra Theologia magistros (*a*) acce[r]sivit. (**61v**:). Qui omnes ante Summum Pontificem et Cardinalium cetum coadunati, oppinionem Francisci de Mayronis et Beatum Jacobum ab infamia heresis defensarunt (*b*). In qua disputatione magister Franciscus Generalis et frater Guillelmus Varilongus principes fuerunt. Frater Iacobus de Brixia, inquisitor, adstrictus (*c*) fuit verbo et scripto revocare omnia, que dixerat et scripserat contra Beatum Iacobum (6).

Magister Franciscus Generalis tum longe lateque di[f]fudit virtutem, sapientiam et doctrinam suam; ex qua [re] Paulus II eum promovit ad Cardinalatus honorem (7). Hic scripsit... (*d*).

(*a*) Cod. *multi peritissimi... excellentissimi... magistri.* (*b*) Cod. *herexis defensavit.* (*c*) Cod. *abstrictus.* (*d*) Hic in Cod. lacuna 3 linearum et dimidiae.

---

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III, 294-309, 700-15; IV, 122-37.

(2) Wadd. 1464, n. 9ss. Gubern. III, 116. Rodulph. 244r. Glassb. 411. ChHLeg. I, 135.

(3) Ll. cc. *Script.* 317, 216², 211³; Sbaral. 661ss. Eubel, *Hier.* II, 15, 19-21. Chevalier, II², 4291s. Pastor, l. c. II, 427-637. Infra, 321, n. 3.

(4) Wadd. 1464, n. 13. *Firm.*² 39-40r-v. Gubern. III, 117. Glassb. 411.

(5) Wadd. l. c. Gubern. 116s. Glassb. l. c. ChHLeg I, 135s.

(6) Wadd. sub anno 1462, n. 18 et 1463, n. 1ss. 1464, n. 1ss. Pastor, l. c. disputatio fuit an. 1462.

(7) Die 18 sept. 1467, tituli S. Petri ad Vincula. Eubel, *Hier.* II, 15. Wadd. 1468, n. 13.

Frater Guillelmus Varilongus prefatus, sacre Theologie magister Parisinus, vir quidem doctissimus, post disputationem fatigatus, incidit in gravem infirmitatem pectoris, non sine tristitia totius Romane Curie, de qua tandem moriens in sancta Maria de Araceli sepultus. Cuius exequie (a) per reverendissimos Cardinales ex iussu (b) Pontificis celebrate fuere. Hic super 4 libros Sententiarum et alios tractatus edidit (1).

Reverendissimus Ludovicus de Libreto, ex regio Francorum sanguine, Cardinalis Sancte Romane Ecclesie, devotissimus filius Beati Francisci etatis sue ... (*sic*) cum habitu Fratrum Minorum migravit ad Dominum et ut Frater solempniter sepultus est in Araceli anno **1465** (2).

[Octogesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Florentie per fratrem Franciscum Generalem, anno Domini **1467** (3).

[Octavum] Capitulum Ultramontanorum celebratum est eodem tempore in Monte Lucio Provincie Burgundie, in quo electus fuit frater Iohannes Philippi in Vicarium Generalem (4).

[Decimum] Capitulum Citramontanorum celebratum est Mantue, anno quo supra, in quo tertia vice fuit electus frater Baptista Taglacarne (5).

Eodem anno in loco Agnonis Provincie S. Angeli frater Thomas Theutonicus, Vicarius Provincie, ad regna celestia migravit, in cuius manibus celebrans (*sic*) hostia conversa est in pulcherrimum puerum (6).

Ipso quoque anno in Tuscia et loco S. Cerbonii apud Lucam ex hac vita functus, perrexit ad Dominum frater Christophorus Crivellus de Mediolano, laycus, vita et sanctitate clarus (7).

Anno **1468**, Ordinis vero 259, die 14 februarii, apud Senas migravit ad Dominum (**62** r:) frater Lodovicus, Vicarius Provincie, qui inter alia signa sue sanctitatis lebrosum sua tunicha indutum mundavit (8).

Anno iam dicto, in loco Forani Provincie Marchie, frater Franciscus de Castro Milo obdormivit in Domino, vir prodigiosus et sanctus (9).

Plurimi alii fratres ultra montes in diversis temporibus et Provinciis sanctitate micuerunt, videlicet:

In Provincia Bohemie et conventu Sancti Niccolai de Bythim requiescit frater Alexius sacerdos, de Signis regni Hungarie, miraculis gloriosus (10).

Iohannes de Misma, primus Vicarius huius Provincie, plurima miracula patrans, inter alia puerum defun[c]tum a mortuis suscitavit (11).

(a) Cod. *esequie*. (b) Cod. *iuxu*.

(1) Wadd. 1464, n. 1ss. *Script.* 157, 108², 108³; Sbar. 332; I², 351.
(2) Ludov. de Allebreto (Lebreto), ep. Carturc.; Card. S. Martini in Montibus, ob. 1465, sept. 1; Eubel, *Hier.* II, 14. Wadd. 1465, n. 10. Supra, 308, n. 9.
(3) L. c. 1467, n. 1. Rodulph. 244 r. Gubern. III, 167 s. Glassb. 482.
(4) Glassb. 428ss. Wadd. l. c. n. 2. *Firm.*² 39v. Gubern. III, 118.
(5) Aquil. 105ss. Wadd. l. c. Gubern. l. c. Komorovo, *Mem.* 195. ChHLeg. I, 136. (6) Wadd. 1467, n. 13; XV², 333. (7) Wadd. 1443, n. 15; 1467, n. 14ss.
(8) Wadd. 1449, n. 18; 1468, n. 130; XV, 323. (9) L. c. 322; 1468, n. 11.
(10) L. c. XV, 336. Greiderer, I, 563 sq., 571, 733, 834, 856. (de Sepusio, Zips). Hueber, 1472 (27 iul.).
(11) Wadd. 1453, n. 52; 1467, n. 8: XV, 336: Komorowo, *Memor.* 196 sq. Greiderer, I, ll. cc.

Simon de Liipniize in Clacovia Polhonie, innumeris miraculis corruscat (1).

Iohannes de Ducla (a), qui quinque mortuos suscitavit (2).

Niccolaus, laycus, miracula patrat in conventu Versavie (3).

Bimeth de Valentia, predicator, vir sanctus, in loco de Barchinona quiescit (4).

Iohannes de Taglacozo, Provincie Sancti Bernardini, predicator, in insula Cursice in vita et post mortem multis claruit miraculis (5).

Bertinus, laycus, miraculis clarus, in Famausta regni Cipri conditus est (6).

Faustinus de Chiaris (7) et Michael de Aquis, egregius predicator in loco Brixie, viri virtute et sanctitate memoria digni (8).

Daniel de Bergamo, predicator, doctrina et sanctitate decorus, miraculisque fulgens, in loco Bergami requiescit (9).

Robertus de Asula, vir beatus, apud Martinengum sepultus est (10).

Anno Domini **1468**, Paulus II Cardinalem fecit fratrem Franciscum Generalem (11).

Anno Domini **1469**, Ordinisque 260, frater Baptista Taglacarne, Vicarius Generalis, Rome in Sancta Maria de Araceli appositus est ad sanctos patres (b) (12).

[Octogesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Venetiis, per fratrem Franciscum Cardinalem, Vicarium Ordinis (13). In quo Capitulo fuit electus in 39 Generalem Ordinis frater Zannetus de Udine, Provincie Sancti Antonii (14).

[Undecimum] Capitulum Cismontanorum celebratum est anno quo supra in Insula Bisentina, Provincie Rome, per fratrem Iacobum de Corneto, Commissarium Generalem; in quo tertia vice electus est in Vicarium Generalem frater Marcus de Bononia (15).

[Nonum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Palcuncule, Provincie Castelle, anno **1470**, in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Franciscus Blonde (16).

(a) Cod. *Dulaleopolim*. (b) Cod. *a sanctis patribus*.

---

(1) Wadd. 1483, n. 8-35, Komor., 232-6 (obiit 18 iul. 1482). Greiderer, I, 421-5.

(2) B. Ioh. de Dukla obiit 1484, 27 sept. cuius festum agitur 19 iul. *Acta SS.* iul. IV, 510 sqq. AB XVIII, 1899, 270-1. Wadd. 1465, n. 15; 1484, n. 26 sqq. Komorowo, 246-9. Greiderer, I, 425-8.

(3) Passer, Komorowo, 236-7. Wadd. 1457, n. 73; 1454, n. 77 Greiderer, I, 438. Obiit 1476, 5 iun. (4) Wadd. XV, 345.

(5) Wadd. 1456, n. 62; 81 sqq., 1457, n. 10; Sbaralea, 464. AFH III, 144 sqq.

(6) Wadd. XV, 341. (7) L. c. 338.

(8) L. c.; 1480, n. 13; 1487, n. 14; 1491, n. 59; 1492, n. 39; 1495, n. 1; 1497, n. 12. (9) XV, 338. (10) L. c.

(11) Eubel, *Hier.*, II, 15 (18 sept. sed an. 1467). Cf. 321, n. 3.

(12) Aquil., 71 sqq., 83 sqq., 110. Komorowo, 222 s., 181 ss., 195 s. AFH III, 134, 136; II, 544. Wadd. 1469, n. 2. Supra, 136, n. 3.

(13) Wadd. 1469, n. 1. ChHLeg. I, 136. Gubernat. III, 119. Rodulph. 244r.

(14) Wadd. l. c. sqq., 1463 n. 128, 1472, n. 6 sqq., 1473, n. 28 sqq., 1475, n. 6 sqq. Glassb. 443 sqq.

(15) Wadd. 1469 n. 2. Gubernat. III, 119-20. ChHLeg. I, 137. Glassb. 445. Komor. 208.

(16) Wadd. 1470, n. 12. Gubernat. III, 120-1. ChHLeg. I, 137.

(**62** r:) Circha hec tempora in Provincia Calabrie ad sanctos fratres (*a*) appositus est frater Antonius Scozectus de Amantea, predicator, qui solo tactu multos infirmos sanabat (1).

Frater Antonius, laycus, de Stranconio, anno **1471**, die 7 februarii, in loco Sancti Damiani, apud Assisium, in Domino requievit, qui multis fulget miraculis (2).

Eodem anno, 9 die Augusti, fuit electus in Papam frater Franciscus de Savona, Cardinalis (3), qui Sixtus quartus elegit nominari, et in toto suo pontificatu tres Cardinales Ordinis creavit, videlicet fratrem (*b*) Iohannem de Vignone (4), fratrem Petrum de Savona (5), nepotem, et fratrem Gabrielem de Verona (6) de familia Observantie.

Anno iam dicto frater Franciscus Blonde, Vicarius Generalis Ultramontanus, prima die octobris, in monte Lucio Burgundie diem clausit extremum (7).

Hoc ipso anno Senis in Conventu ad (*c*) suos fratres appositus est frater Laurentius Iusti, sacre theologie magister et eximius predicator, vere memoria dignus (8).

Anno Domini **1472**, in Sancta Maria de Angelis, apud Assisium, ex hac vita migravit perfectissimus ac sanctissimus vir frater Iohannes Bonnisius de Luca, vita et prodigiis clarus (9).

Ipso quoque anno, apud Scarlinum, Provincie Tuscie, sanctus frater (*d*) Michael de Massa, laycus, hanc in perpetuam vitam feliciter commutavit (10).

(*a*) Cod. *a sanctis fratribus.*
(*b*) Cod. *frater Iohannes,... frater Petrus... nepos... frater Gabriel.*
(*c*) Manus moderna correxit *ad* ex *ab.* (*d*) Cod. *pater.*

---

(1) *Firm.*[2] 40 r-v. Wadd. 1436, n. 24; 1469, n. 2.

(2) Aquil. 17. Wadd. 1471, n. 13-20. *Acta SS.* febr. II, 146.

(3) Eligitur 10 aug. 1471; coronatur 25 aug., obiit 12 aug. 1484. Eubel, II, 16; Pastor, II, (lib. III) 426-637; Chevalier, II[2], 4291-2. Wadd. 1471, n. 1 ss.

(4) Iulianus (!) de Ruvere. archiep. Avinionen. 1474, 13 mai, alius Sixti nepos, una cum Petro Riario creatus card., Protector Ord. Min. factus 1471, postea Iulius II (1503-1513). Sed non erat O. M., licet Sixtus IV, uti Glis Minister eum semper secum in conventibus aluerit (Wadd. 1474, n. 5). Eubel, II, 17, 113. Pastor, III, 503-805. Chevalier, II, 2674. — Econtra Sixtus IV tertium ex Ord. Min. creavit card. Eliam de Bourdeilles, archiep. Turonen. (1468, 16 mai.); card. tit. S. Luciae in Silice, 1483, 15 nov.; obiit 1484, iul. 5. Eubel, II, 20, 283. Pastor, II, 516, 594. Chevalier, I, 680 s. B. Th. Poüan, *Le saint cardinal Hélie de Bourdeilles*, Neuville-sous-Montreuil 1900, in-4°, VIII, 477 pp. Wadd. *Script.* 105, 71[2], 72[3]; Sbaral. 226, I[2], 240.

(5) Petrus Riarius, nepos, episc. Tervisinus (1471, 4 sept.), archiep. Florentinus (1473, 20 iul.) Patriarcha Constantinopol. (1472, 23 nov.) creatus cardinalis 15 dec. 1471 tit. S. Sixti; obiit 5 ian. 1474. Eubel, II, 16, 150, 171, 272. Pastor, II, 431 ss. Wadd., 1471, n. 6, 22 ss. Rodulph. 225 s. Chevalier, II, 3942.

(6) Rangone de Verona, ep. Agriensis (Erlau [Eger]) 1475, apr. 24, creatur card. tit. SS. Sergii et Bacchi 1477, 10 dec., obiit 1486, 27 sept. Eubel, II, 19, 93. Rodulph. 226v. Pastor, II, 528, 591, 628, 714. Supra 133, n. 6.

(7) *Firm.*[2] 40v. Wadd. 1470, n. 12; 1471, n. 22. Glassb. 448 ss. 452.

(8) Wadd. 1437, n. 34; 1471, n. 22.

(9) L. c. 1472 (quo obiit) n. 33-59. *Acta SS.* mai V, 100-1. Wadd. *Script.* 194, 133[2], 132[3]. Sbaralea, 397. Rodulph. 100.

(10) Wadd. 1447, n. 39; 1472 (quo obiit) n. 60.

Hoc ipso anno frater Anastasius de Mediolano, laycus, in loco Pensauri, in Domino quievit, quo tempore stella nimio splendore micans, in magnitudine quasi ut sol apparuit supra locum, et ab Angelis anima eius in celum vecta disparuit (1).

Aquile in monasterio Sancte Clare, anno quo supra, ultima februarii obiit a seculo sancta soror Antonia de Florentia (2), prima abbatissa dicti monasterii, cum miraculorum gloria. In quo monasterio etiam infrascripte sanctitate fulserunt, videlicet: soror Lodovica (3) et soror Iacoba de Aquila (4), soror Paula de Fulgineo (5) et soror Bonaventura de Introdocho (6).

Sixtus IV inductus et persuasus a fratre Petro Cardinale nepote, subicere attemptavit Ministro Generali familiam regularis Observantie; sed totus orbis commotus in favorem ipsius Familie, ab incepto Papa destitit, et in gratiam non parvam familiam recepit, et multas gratias et favores contribuit (7). Ultra (*a*) et alias congregationes fovit (*b*) et nutrivit ad instar eiusdem familie Ministro Generali subiectas, videlicet:

Congregatio Capriolorum, a quodam fratre Petro Capriolo de Brixia exordium (**63** r:) habuit, qui tandem cum familia se univit; nunc Provincia Brixie dicta (8).

Congregatio Clarenorum, a quodam fratre Petro Castiliano incepta, que tandem tempore Iulii II cum familia se miscuit (9).

Congregatio Amadeorum, a quodam fratre Amadeo Hyspano, que congregatio adhuc cum non parva confusione Ordinis [permanet] (10).

Congregatio Minimorum, a Sancto Francisco de Paula Calabrese novitio incepta, nunc ab Ecclesia approbata (11).

Congregatio Colectaneorum, a beata Colecta sorore sancte Clare, initium h[ab]uit in Provincia Burgundie et Francie. Hec modo unita cum familia, in pace vivit. Has omnes Congregationes ipse summus Pontifex fovit et nutrivit, ac privilegiis munivit in scandalum Familie et mundi confusionem (12).

Duodecimum Capitulum Citramontanorum celebratum est Aquile, anno **1472**, in quo prima vice electus est frater Angelus de Clavasio, ubi fuerunt duo milia fratrum (*c*) (13).

Translatio corporis sancti Bernardini de ecclesia Sancti Francisci ad pergrandem ecclesiam in suo nomine dedicata[m] in prefato Capitulo peracta est (14).

(*a*) Cod. *Utrum*. (*b*) Cod. *fecit, vovit*. (*c*) Cod. *fratres*.

---

(1) L. c. 1472 (quo obiit) n. 60.
(2) Wadd. 1438, n. 7; 1447, n. 91; 1472, (quo obiit) n. 62-7. AFH IV, 184.
(3) L. c. n. 67. (4) L. c. (5) Wadd. 1447, n. 91; 1470 (quo obiit) n. 5-6.
(6) L. c. 1472, n. 67. (7) L. c. n. 3-4.
(8) L. c. 1467, n. 9; 1480, n. 4. Gonzaga, 22-5. ChHLeg. I, 140. Paul. Sevesi, O. F. M., *Saggio... sull' origine... della Prov. di Milano*, Brescia 1906, 26-8.
(9) AFH III, 254; Gonzaga 23.
(10) Wadd. 1467, n. 9; 1472, n. 32 ss. AFH IV, 48 s. Gonzaga, 23-5. ChH Leg. I, 125. Sevesi, l. c. 24-6.
(11) Wadd. 1507, n. 17 sqq. Minimi autem non erant Minoritae. *Acta SS.* apr. I, 105 ss. F. Lanovius, *Chronicon generale Ord. Minim.*, Lutetiae 1635. Hélyot, *Histoire des ordres religieux*, VII, 426-52. Heimbucher, *Die Orden u. Kongregationen*, II. Paderborn 1907, 527-34.
(12) AFH II, 447-56, 600-12, III, 82-97. Wadd. 1472, n. 31. Gonzaga, 39-40.
(13) Wadd. 1472, n. 6 ss. Gubernat. III, 121. ChH Leg. I, 138. Glassb. 458. Komorowo, 210 s. (14) Wadd. 1472, n. 8, 11 ss.

[Octogesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Ferrarie, per fratrem Zannetum de Udine 38 Generalem ministrum anno quo supra (1).

[Decimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Basilee Provincie Argentine, in quo eligitur in Vicarium Generalem frater Iohannes Chroin (2).

Anno **1474**, in loco Carceris apud Assisium, obdormivit in Domino frater Barnabas de Itera[m]ne, inventor Montis Pietatis, vir quidem doctor in seculo et in Religione sanctus (3).

[Nonagesimum] Capitulum Generale celebratum est Urbini (4), anno Domini **1475** et Ordinis 266, per fratrem Zannectum iam episcopum factum, olim Generalem Ministrum; in quo electus est in 39 Generalem Ministrum frater Franciscus Sanson Provincie Tuscie (5).

[Undecimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem anno et tempore, in Provincia Francie et conventu Sancti Audomarii (6). In quo in Vicarium Generalem eligitur frater Iohannes Philippi (7).

[Decimum tertium] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est tempore quo supra Neapolim (8). In quo prima vice electus est in Vicarium Generalem frater Petrus de Neapolim (9).

Ad instantiam Patriarche Maronitarum, Dominus Papa anno Domini **1476** et Ordinis 267, duodecima februarii, com[m]isit curam et regimen populi Maronitarum fratri Petro de Neapolim, ceterisque vicariis Generalibus qui pro tempore erant (10).

(**63** v:) Per hec tempora orta est dissensio non parva inter Minores et Predicatores circha oppinionem Conceptionis Virginis Marie. Quapropter coram summo Pontifice et tota Romana Curia solempnis disputatio celebrata est. In qua conclusum fuit ipsam (*a*) Virginem non obnoxiam labi peccati in utero matris sue conceptam fuisse, et tunc Generalis consecutus est cognomen Sanson (11).

Anno quo supra Sixtus cum tota curia, tempore indulgentie, venit Assisium ad visitandum et ad videndum corpus beati Francisci (12).

(*a*) Cod. *ipsa virgo obnoxia ab omni labe.... concepta.*

---

(1) L. c. n. 6. Gubern. l. c.

(2) Wadd. l. c. n. 11. Glassb. 454. *Firm.*[2] 41r. Gubernat. l. c.

(3) Wadd. 1461, n. 17; 1474, n. 9-13; AFH II, 34; III, 650ss.

(4) Wadd. 1475, n. 7. Glassb. 459. Komorowo, 212. *Firm.*[1] f. XXXVIIr. Gubernat. l. c. III, 122. ChHLeg. I, 188.

(5) Ll. cc. Wadd. *Script.* 135, 92[2], 93[3]; Sbaralea, 282 s; I[2] 293 s.

(6) Wadd. 1475, n. 8. Glassb. 459. *Firm.*[2] 41r. Gubernat. III, 122 s.

(7) Wadd. l. c.; 1467, n. 2, Glassb. l. c. 428, 435 ss. 448 ss. *Script.* 220, 150[2] 148[3]; Sbaral., 451.

(8) Wadd. 1475, n. 9. Glassb. 459. Gubernat. III, 123 s.

(9) Wadd. 1464, n. 13; 1467, n. 2, 6 ss.; 1475, n. 9; 1477, n. 17 ss.; 1481, n. 7. Sbaralea, 601.

(10) Quae cura commissa videtur 12 febr. 1475 Angelo de Clavasio, Wadd. 1475, n. 22 ss. Cf. Civezza, *Miss.* IV, 292 ss.

(11) L. c. 1477, n. 1-3. Komor., 222.

(12) Wadd. 1476, n. 4 (ex Mariano, l. V. c. 63). Est vero fabula. Crescimbeni. *Origine e propagazione dei falsi racconti sul s. corpo e sepolcro del gl. pat. S. Francesco,* Fuligno 1823, 23 ss.

Beatus Iacobus de Marchia in subsequenti mense Novembris, scilicet 28 die Neapolim spiritum reddidit suo creatori, ubi innumeris corruscat miraculis (1).

In Provincia Sancti Angeli quievit in Domino frater Franciscus Thommasutius de Campobasso, Vicarius Provincie, miraculis clarus (2).

In Tuscia et loco de Scarlino migravit ad Dominum frater Gaspar de Florentia, miraculorum patrator (3).

In Provincia Mediolani, anno Domini **1477** in Domino requievit frater Paulus de Brixia, praedicator, vir utique sanctus (4).

In Provincia Sancti Francisci, post festum Portiuncule ad suos patres appositus est frater Fortunatus de Perusio, Vicarius Provincie, vir vita, doctrina et sanctitate per Italiam famosus (5).

Anno **1478**, apud Alexandriam Egipti 20 martii obdormivit in Domino frater Alexander de Alexandria Lonbardie, Guardianus Montis Sion ac Provincie Tuscie olim vicarius provincialis, vita, scientia plurimum illustris (6).

[Quartum decimum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est Papie, anno quo supra, in quo secunda vice electus est frater Angelus de Clavasio in Generalem Vicarium (7).

[Duodecimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Thuronie (8), in prefato anno, in quo electus fuit in Vicarium Generalem frater (*a*) Guglielmus de Bertho (9).

Hiis quoque temporibus clarebant in Italia plurimi viri scientia et vita illustres, videlicet:

Marcus de Bononia, in theologica facultate et legibus eruditus, religiositate quoque, virtutibus, moribusque preditus, ac santitatis fama luminosus, qui Placentie tandem, miraculis clarus, quievit (10).

Petrus de Neapolim, Vicarius Generalis, vir scientie singularis (11).

morari non possent, nisi illis de aliquo provideretur subsidio, ex quo saltem in parte eorum necessitati victus et vestitus succurreretur, et propterea necessitati huiusmodi providere volens, nonnulla ex bonis sibi a Deo collatis Domui suae seu Conventui ac Ecclesiae praefatis dedit et elargitus fuit, quae nomine dictorum Guardiani et Fratrum usque ad annum Domini 1520, a quibusdam hominibus Societatis Scholae Veteris S. Antonii de Padua nuncupatae gubernata fuerunt. Qui quidem homines cum in regimine dictorum bonorum non bene se gererent, ipsique Guardianus et Fratres ad tunc existentem Romanum Pontificem recursum habuissent, dictus Romanus Pontifex bonae memoriae Fratri Ruffino Patavino commisit et mandavit, ut in praedictis provideret, ipseque Frater Ruffinus commissionem et mandatum Apostolicum exequens, gubernium dictorum bonorum a praefatis hominibus abstulit et illud duodecim Viris eiusdem Castri S. Petri demandavit. Sed cum dicti homines in eodem regimine similiter se male gererent, idque ex revisione computorum per nonnullos nobiles Venetos et Patavinos ipsius Ordinis Procuratores facta, appareret; regimen praefatum ab iisdem duodecim hominibus de anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo pariter ablatum fuit, et illorum loco alii quatuor homines eiusdem Castri deputati et subrogati fuerunt. Verum cum de anno proxime praeterito dilectus filius Frater Franciscus Bisonus, ad praesens dicti Ordinis in Romana Curia a Capitulo Generali in Coenobio Divae Mariae Arae Caeli de Urbe de praesenti anno celebrato electus Commissarius (1), tunc pro inspiciendis negotiis dictae Provinciae Sancti Antonii a Nobis Commissarius Deputatus fuisset, ipseque Frater Franciscus percepisset maximum damnum praefatis Guardiano et Fratribus per dictos homines in regimine eorundem bonorum illatum fuisse, ipsosque homines de eorum fructibus aliquam bonorum rationem non tradidisse et, quod peius est, nonnulla ex dictis bonis, et quidem ex commodioribus, absque aliqua sufficienti facultate vendidisse; regimen et administrationem dictorum bonorum ab iisdem quattuor hominibus, qui tunc omnes minime superstites existebant, abstulit; quodque de caetero pro tempore existens Minister Provinciae Sancti Antonii Ordinis huiusmodi, intra cuius limites nunc dicta Domus seu Conventus existit, pro suae voluntatis libitu duos deputaret homines cum quibus Guardianus pro tempore existens dictae Domus, eorumdem bonorum curam haberet, et de illis postmodum quibuscumque suis temporibus Ministro Provinciae Sancti Antonii huiusmodi congruam rationem redderet, necnon facultatem ex praedictis bonis in remotioribus partibus existentibus, pro dictis bonis in commodioribus et propinquioribus partibus existentibus redimendis, vendendi haberent, statuit et ordinavit illisque facultatem concessit. A quibus quidem ordinationibus praefati homines, nomine communitatis dicti Castri, ipsaque communitas et illius homines ad nonnullos Iudices saeculares Dominii Venetorum reclamarunt; qui quidem Iudices falcem in messem alienam imponentes, et venditio bonorum remotiorum huiusmodi pro aliis propinquioribus, ut praefertur, alienatis recuperandis fieret, Guardiano et duobus hominibus ab eo deputatis huiusmodi quamvis in his nullam haberent iurisdictionem non minus inique quam iniuste dictam venditionem minime fieri prohibuerunt. Cum autem sicut ea-

(1) *Chronologia hist. legal.* I, Neapoli 1650, 328; Wadding, XX, 345.

dem expositio subiungebat statutum, ordinatio et facultas bona huiusmodi remotiora vendendi a praefato Fratre Francisco ad tollendas contentiones, quae inde oriri poterant, attento quod dicta bona male alienata fuerint, facta et concessa extiterint, ita ut praefati Guardianus et Fratres illa, absque eo quod aliquid illis, qui ea emerunt, refundant, recuperare possint, et in evidentem ipsius Domus seu Conventus et illius Ecclesiae cedant utilitatem, ipsique Guardianus, et Fratres illa pro firmiori eorum subsistentia approbationis Nostrae praesidio stabiliri cupiant. Quare pro parte dictorum Guardiani et Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus statuto, ordinationi et facultati praefatis pro subsistentia eorum firmiori Apostolicae confirmationis robur adiicere ac aliter in praemissis opportunitate providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui in humilitatis spiritu sub religionis iugo Deo servivimus, piis omnium Christi Fidelium votis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus, ipsosque Guardianum et Fratres et eorum singulos specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, nec non Litterarum praefatarum ac statuti, ordinationis, et concessionis per Fratrem Franciscum, ac prohibitionis et aliorum Decretorum per Iudices Venetos praefatos factorum tenores etiam veriores, ac etiam bonorum praefatorum situationes, qualitates, quantitates et veros annuos valores, litiumque et causarum, desuper inter quoscumque ubilibet et in quavis instantia ac aliter quomodolibet pendentium, status ac merita ac nomina iudicum et colligantium praesentibus pro sufficienter expressis habentes, nec non lites et causas huiusmodi ad nos harum serie avocantes illaque penitus, et omnino extinguentes, ac ea pro cassatis, et extinctis haberi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum, ordinationem, et facultatem per eumdem Fratrem Franciscum, ut praemittitur, vel aliter quomodolibet super praemissis facta praefata, ac prout ea concernunt omnia et singula in iis contenta, et inde sequuta quaecumque licita tamen, et honesta, ita quod de caetero perpetuis futuris temporibus bona praefata nomine sanctae Sedis Apostolicae a dictis Guardiano et duobus hominibus, ut praefertur, deputandis, qui a praefato Ministro Provinciae S. Antonii pro tempore existente deputari ac ad nutum dicti Ministri amoveri possint, singulisque annis et quandocumque eidem Ministro placuerit rationem ipsorum bonorum sibi reddere debeant, regi et gubernari ac necessaria quaecumque et utilia in iudicio et extra in dicto regimine facere, fructusque, redditus provenientes et emolumenta quaecumque ex dictis bonis pro tempore provenientia, in utilitatem et necessitatem Ecclesiae et Domus seu Conventus ac Fratrum praedictorum convertere possint et debeant, Apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus et approbamus, illisque perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, necnon omnes et singulos iuris et facti, ac solemnitatum etiam de iure, necessitate et consuetudine aut aliter quomodolibet requisitarum et forsan omissarum et quoscumque alios defectus, si qui forsan intervenient, in iisdem supplemus, eaque omnia per eos, ad quos nunc spectat et in futurum quomodolibet spectabunt, perpetuo observari debere, nec

ab illis ullo unquam tempore resilire posse, sed ad illorum omnium observationem perpetuo obligatos fore et esse, et ad id etiam per censuras ecclesiasticas ac poenas pecuniarias cogi et compelli posse decrevimus. Et nihilominus pro potiori praemissorum cautela, quod de caetero bona praefata a Guardiano et duobus hominibus, ut praemittitur, deputandis, et ad nutum, ut praefertur, amovendis, qui singulis annis et aliter, ut supra, eidem Ministro rationem dictorum bonorum reddere teneantur, illaque nomine dictae Sedis Apostolicae regi et gubernari debeant, eisdem auctoritate et tenore perpetuum statuimus et ordinamus eidem Guardiano et Fratribus tot de dictis remotioribus bonis, quot pro vicinioribus, ut praefertur, alienatis bonis redimendis, sufficiant vendendi, et ex illorum pretio viciniora bona alienata huiusmodi, ita tamen quod pretium ex dictis bonis vendendis extrahendum penes aedem sacram aut aliquam personam fide et facultatibus idoneam, quousque in dictam redemptionem convertatur, deponi debeat, redimendi plenam, amplam, liberam et omnimodam concedimus et impertimus facultatem et auctoritatem; et insuper bonorum praefatorum, ut praemittitur, alienatorum possessoribus quibuscumque nunc et pro tempore existentibus cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis et conditionis fuerint, ut bona praefata pretio, quo illa emerunt eis oblato, statim ac omni mora et dilatione cessantibus, sub excommunicationis latae sententiae, nec non bonorum eorumdem amissionis, ipso facto per contravenientem incurrendis paenis, Guardiano, et Fratribus relaxare etc.

XIX.

Post hanc ultimam S. Sedis dispositionem P. Guardianus, vel absolute vel cum Procuratore comparet semper. Sic et in sequenti Documento, non necessariis omissis (fasc. V, p. 48-49; VI, p. 25 tantum citato):

In Nomine Christi. Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1569. Indict. XII, die vero Iovis, XXII, Mensis Decembris.

Cum... D. Nicolaus Nob. Maurocenus... desideret rem gratam facere Rev. Monasterio et Fratribus S. Jo. Evang. C. S. P. de iuribus utilibus ac melioramentis camporum sex... et in una clausura cum fabricis tam de muro quam de lignamine super eis positis, situatis in territorio C. S. P., in contrata vocata del Bastion, per ipsum Magn. D. Nicolaum nuperrime acquisitis... tamque vicinia (iura et melioramenta) aliis bonis Monasterii praedicti ipsis Rev. Fratribus et Conventui habentibus ius directum in campis praedictis, pleno iure cedere et relaxare ad hoc, ut considerato utili cum solidato directo dominio, fiant absoluti et totales patroni camporum sex praedictorum: hinc est, quod personaliter constitutus coram me, Notario et testibus infrascriptis, praedictus Magn. D. Nicolaus sponte per se et haeredes... suos iura etc. per traditionem et consignationem etc. in signum liberi dominii et translationis, dedit, cessit et renunciavit, ac dat, cedit et renunciat Rev. D. Fratri *Arsenio de Marostica* Guardiano et agenti nomine Monasterii s. Io. Evang. praedicti etc. Pro quibus omnibus, ut supra cessis et renunciatis, ac in ipsum Rev. Monasterium pleno iure perventis ipse Rev. Frater Arsenius de Marostica, quo supra, nomine, et de denariis Monasterii sui praedicti dare et solvere promisit ipsi Nob. Mauroceno cedenti in bancho descriptos Ducatos tercentum a L. 6: 4. pro Ducato et hoc per totam diem crastinam elevandos per eumdem cedentem ad omne ipsius beneplacitum etc.

XX.

In sequenti documento (fasc. V, 50-51 et VI, p. 25, tantum citato) Guardianus agit simul cum Procuratore.

Die 20 Decembris 1573. — Retulit Baptista Garbinus, Praeco Curiae C. S. P., in die 18 praesentis mensis, Mandato etc. Instantia Mag. D. Io. Michael qu. Mag. Altobelli Perdonis, Procuratoris localium Ecclesiae S. Io. Bapt C. S. P. nec non ad instantiam Rev. Fr. Arsenii de Marostica Guardiani dictae Ecclesiae DD. RR. FF. S. Francisci de Observantia in tenutam et pignus accepisse petiam terrae camporum duorum cum dimidio in circa etc. de bonis, quae fuerunt s. Vendramini Boldrini de Villa Roncorum Lauregiae Districtus C. S. P., modo tentam per D. Sebastianum Boldrinum, pro staris XVI frumenti et conciis XVI, vini, occursis et non solutis ab a. 1557, usque per totum A. 1573, in staris unius frumenti et conci unius vini singulo anno etc. salvo etc. Praesentibus etc.

XXI.

Sequens Documentum, in quo solus intervenit Guardianus, invenitur fasc. V, p. 52 et fasc. VI, p. 25.

1574. Giugno. — Cum sit, che dall'a. 1568 a dì 2 agosto il qu. mis. Francesco Toniolo per suo ultimo testamento avesse lasciato inter cetera, che Giovanni Lionello Toniolo, suo nipote et erede instituito, fosse obbligato spendere Ducati 10 da L. 6: 4 per ducato per adornamento dell'altare nel capitello del Monastero di S. Zuan Battista di C. S. P. dentro della porta immediate dell'inclaustro (1), e come appare in detto testamento rogato per il qu. mis. Carlo da Como notaro di C. S. P. predetto, Io Lionello predetto esequendo detto testamento spontaneamente do et consegno al Rev. Fra Arsenio di Marostica, benemerito Guardiano di esso monastero presente per se e suoi successori accettante, le ragioni del diretto dominio de mezzo quartiero di terra cortivale posto in villa de Tre Marende in contrà della Tergola... per la quale si scode ogni anno di livello da Zuanne Guizzon L. 2, de piccoli, e questo per ducati 5, a bon conto delli predetti duc. 10, promettendoli mantenerlo per bon e sufficiente consignazion, con cargo però, che lo sopraditto Rev. Guardiano e suoi successori siano obligati ogni anno celebrare lo annuale per l'anima di esso qu. mis. Francesco mio barba [zio], et hoc sub omni etc.

Et io Girolamo Gajardia qu. mis. Alessandro Notaro di C. S. P. fui presente a quanto è soprascritto et in fede mi ho sottoscritto.

Io Andrea Zatta qu. Zuanne Nod. di ditto Loco fui presente ut supra.

Idem Leonellus qui supra m. p.

XXII.

Denique in sequenti documento (fasc. VI, p. 54), exemplum et commentarius exhibetur, quomodo intellecta sit superius allata (Doc. XVIII) Bulla S. M. Pii Pp. V, et quomodo, inibi decreta sint servata.

1593. 14 Agosto. — Vertendo la lite tra il Rev. mis. Zuanne Paolo Piovan di C. S. P. da una, et il Molto Rev. Padre Fra *Serafin da Ve-*

(1) Delineatum in graphico exemplari a me superius (pag. 96, n. 2) memorato.

nezia Guardiano benemerito del Monastero di S. Gio. Batt. di questo Castello dall'altra, d'un pezzo di terra in Villa del Canton in contrà della Sega fra li suoi confini ecc. onde por fine alle liti con il mezzo del Clar. S. Federigo Morosino, il quale ha procurato di ponere tra loro accordo, et pace; sono convenuti all'infrascritta transazione, accordo e patto in questo modo: videl. Che il predetto Rever. Don Giovanni Piovano a gratificazione di esso Clariss. per sè e successori suoi rinunzia esso terren et tutte quelle ragioni et azioni che ha et potesse avere sopra esso terren, al detto Rev. Padre Guardiano, al qual terreno confinano etc. ad aver, tener e posseder in forma etc. All'incontro il M. Rev. P. Fra Serafino, benemerito Guardiano, con la presenza et consenso delli Spett. mis. Lionello Toniolis et Antonio Chello economi, Sindici et procuratori di esso monasterio, come appare da Procura di esso Spett. mis. Lionello in stampa del di 20 Zugno 1587, con il sigillo di San Francesco da me Nodaro vista e letta, conforme il Breve della bona memoria di Papa Pio V, Pontefice Massimo, sotto l'anno 1571 li 16 [*sic;* dum in Doc. XVIII est 15] ottobre l'anno VI. del suo Pontificato, con l'autorità a loro da esso Breve concessa et da me Nodaro vista e letta et anche con l'autorità del M. R. P. Provinciale et Vicario Generale il P. Fra *Giovanni Francesco Arpignan*, da me visto e letto, s'obbliga a dar, pagar et risponder per se et successori suoi al predetto Reverendiss. D. Giovanni Roncelle Piovano et successori suoi ogni anno in perpetuo alla festa dell'Assunzione della B. V. Maria del mese di agosto formento stara 7 padovani netto, secco, bello e ben crivellato etc.

XXIII.

Restat in fine aliquid demum referre de Conventus et Ecclesiae S. Ioannis variis, quibus post suppressionem subiacerunt vicissitudinibus: documenta enim habemus non omnino spernenda.

Ut in prafatione (p. 96) notavi, Conventus a Dominio Veneto a. 1769 suppressus fuit: et Conventus, Ecclesia cum capellis ac adnexis rebus bonaque omnia per Decreta ann. 1770 et 1772 Familiae Nob. Campi S. Petri iuspatronatum praetendenti consignata. Haec primo per Praepositum C. S. P., deinde per Rev. D. Andream Allegri veluti capellanum erga annuam lib. 261 solutionem unam missam planam quolibet die festo et unam cum cantu unico die festo S. Ioannis Baptistae celebrare curavit (fasc. III, p. 96-98). Quo statu autem septem post annos inventa fuerit Ecclesia Documentum sequens ostendit (fasc. VIII, p. 23).

Visita del Vescovo di Treviso alla Chiesa di S. Gio. di C. S. P. 1777 6 Settembre. — Nos *Paulus Franciscus Iustiniano*, ex Ordine Minorum S. Francisci Cappuccinorum, Dei et S. Sedis Ap. gratia Episcopus Tarvisinus, Dux, Marchio et Comes, Praelatus Domesticus ac Pontificio Solio Episc. Assist. etc. etc. etc. (1). Visitata la Chiesa campestre sotto il titolo di S. Gio: Battista dentro i confini della Parrocchia de SS. Apostoli Pietro e Paolo di C. S. P. ordiniamo e decretiamo.

I. Che non essendo più lecito construersi (*sic*) il Divin Sacramento in quella Chiesa ed affine pure di evitare il pericolo di falsa adorazione di fedeli, sia dall'Altar Maggiore rimosso il Tabernacolo, ed inferiore

(1) Episc. Tarvisinus ab a. 1750 ad a. 1787.

custodia del Sacramento. — II. Che nel mezzo dell'Altare stesso vi si trasferisca il simulacro di S. Gio. Battista, Titolare della Chiesa. — III. Che la pietra sacra del medemo altare sia più avvicinata alla parte anteriore, nè da alcun più sollevata. — IV. Che sia proveduta nuova tela cerata, volgarmente chiamata tela da ombrelle, da riporsi sopra la medesima pietra sacra in luogo della troppo picciola ed indecente che ora esiste. — V. Che restino tuttavia sospesi gli Altari di S. Diego, del Smo Crocefisso e di S. Catterina, poichè mancanti di pietra sacra e più o meno indecenti. — VI. Che resti sospeso l'Altare di S. Antonio di Padova esistente nella Cappella a lato del coro, finchè tutto sia coperto nella mensa di tela cerata volgarmente chiamata da ombrelle, come abbiamo prescritto pure nella precedente Nostra Visita Pastorale, essendo appunto tutta quella mensa consacrata. — VII. Che ciascheduno altare sia proveduto di nuova tela cerata da ombrelle sopra la pietra sacra in luogo della troppo picciola ed indecente. — VIII. Che ciascheduno Altare parimenti sia proveduto di tre tovaglie monde di lino, e non in minore o maggior numero, e neppur alcuna raddoppiata. — IX. Che restino sospese per sempre tutte le sottotovaglie indecenti, lacere e mal repetate (*sic*).

X. Che come abbiamo prescritto fino dalla precedente Nostra Visita sia rimosso dal Simulacro della B. V. il Bambino, dovendo quel simulacro rappresentare l'Immacolata Concezione della B. V., antico titolare dell'Altare e della Confraternità ivi eretta. — XI. Che è affatto superfluo l'eccedente numero degli Altari, ed alcuni indecenti, e già sospesi, possano, previe le dovute licenze, ridursi tali Altari a minor numero conveniente, e facendo le vendite di superflui e mal decenti, impiegarsi possa il ricavato da essi per ristaurare e ridurre a decenza maggiore la Chiesa. — XII. Che sia rimosso il Pulpito quale inconvenientemente nonchè inutilmente esiste al lato dell'Epistola, e non a quello del Vangelo dell'Altar Maggiore. — XIII. Che restino sospesi i laceri Messali. — XIV. Che sia proveduto almeno un Messale Romano, in cui inserite sieno anche tutte le Messe novisssime d'ordine Nostro stampate per uso della Diocesi, non dovendo valersi i Sacerdoti secolari di messale per uso di Regolari. — XV. Che sia proveduto d'un apparamento di color verde per farne uso ne' giorni dalla Chiesa e dal Nostro Calendario prescritti.

XVI. — Che resti sospeso l'apparamento indecente di color violato [violaceo] e conseguentemente sia fatto in suo luogo altro decente. — XVII. Che nel termine di mesi 3, sia dorato di nuovo il calice con patina già indicato. — XVIII. Che sieno decentemente accomodati gli Amiti, e vi si formi la Croce nel mezzo. — XIX. Che ai Corporali sia parimenti formato la Croce nel mezzo.

XX. Che si procuri che in questa Chiesa ne' giorni festivi celebrato venga ogni Messa in tempo, in cui non si celebri la Messa parrochiale, onde non distraere il popolo, specialmente dall'udire le Divine parole del proprio Parroco, ed anche per comodo maggiore del popolo stesso.

XXI. Che il presente debba essere sempre custodito ed esposto nella Sacrestia della stessa Chiesa per la dovuta totale sua esecuzione.

Dato ex Ædibus Parroch. de C. S. P. die 6 Mensis Sept. a 1777, in S. Visitatione 2da.

D. Episcopus Tarvisinus etc.

Angelus Berlesius, Canc. in Visit.

XXIV.

Nos Paulus Franciscus Iustiniano etc. ut supra (N. XXIII).

Visitato l'Oratorio pubblico sotto il titolo di S. Antonio di Padova (1) esistente nel termine dello Stradontino della Chiesa di S. Gio. Battista dentro i confini della Parrochia di C. S. P. ordiniamo e decretiamo.

Che resti sospeso l'Altare, finchè tutta la mensa, già consacrata, sia interamente coperta di nuova tela cerata detta da ombrelle, ed abbia tre monde tovaglie di lino e non più e non meno, nè alcuna di esse sia raddoppiata. — Dat. etc. ut supra (N. XXIII).

XXV.

Interim ab octo iam annis inter Conventum S. Francisci de Patavio et Nob. Familiam Campi S. P. lis pendebat circa bonorum immobilium proprietatem Conventus suppressi S. Ioannis de C. S. P., sicut in citato loco ab initio iam retuli (p. 96 s.), et de qua lite integrum volumen abundat actibus et instrumentis hinc inde allatis; ex quibus, quae ad rem nostram attinebant, in superioribus delibavi. Liti autem finem posuit sequens partium compositio edita fasc. VIII, p. 28, cuius hic est tenor:

Accordo tra i Coo. Campo S. P. e i RR. PP. di S. Francesco Grande di Padova. 1778, 12 Giugno. — Le cause tutte in ordine che in merito pendenti tanto al Consiglio Eccell. de sopra Monasteri tra li Nob. Sigg. Coo. Obizzo qu. Francesco, Tiso qu. Girardo ed Alvise e Ferdinando qu. Gregorio Campo Sampiero da una, ed il Sig. Dott. Antonio Bonaventura Sberti Sindico Apostolico delli RR. PP. MM. Osservanti del Convento di S. Francesco Grande di Padova dall'altra, restano composte, terminate e transate anche colla comendabile e benemerita interposizione delli Nobili Homini S. Benedetto Civran terzo, e S. Paulo Bembo nelli modi seguenti:

I. Quanto alla contradizione annotata dalli RR. PP. sudetti nell'Arbore prodotto nel Magistrato Eccell. de sopra Monasteri per essi Nob. Sigg. Coo. nel dì 2 Giugno 1773, sarà da essi RR. PP. rimossa, attesa la presente Convenzione ed Accordo, la Contradizione stessa con volontario Costituto di Laudo in F. C. in detto Sereniss. Consiglio di XL, C. V. della Sentenza di detto Eccell. Magistrato de dì 16 Marzo 1774, seguita a favore di detti Nob. Sigg. Coo. e contro detto Ven. Monastero.

II. Dal Corpo delli campi possessi dal Convento sudetto de' quali fu con Scrittura 11 Giugno 1771 da essi Sigg. Coo. prodotta nel Magistrato Eccell. de' sopra Monasteri dimandato il rilascio, restando da essi RR. PP. rilasciati alli suddetti Sigg. Coo. loro comodo et incommodo li seguenti Campi, cioè c. 6: 1. 131, circa, detti la Valle, tenuti in affitto dal Sig. Benedetto Tentori per rendita d'annue Lire 179: 16 altri c. 4: 189, circa appresso il Stradon tenuti in affitto da D. Domenico Franceschin per annua rendita di L. 90, e finalmente altri c. 4, q. 1, tav. 54, detti la Fratta, tenuti in affitto dalli fratelli Marangoni per an-

(1) Dictum de Nuce (vulg. *del Noce* aut *della Nogara*) unde Sanctus Thaumaturgus praedicabat.

nua rendita di L. 160: 4, quali campi tutti rendono in presente come sopra annue L. 430, come dalle Affittanze stesse risulta, sopra li quali campi non si è pagato sin ora da essi RR. PP. alcun publico aggravio, come tanto affermano e promettono, che sono stati liberi da qualunque aggravio sino in presente; stante il quale rilascio, che resta di buon grado e di comune consenso accordato promettono essi Sigg. Coo. per se, eredi e successori di null'altro pretendere, nè dimandare in tempo alcuno, sotto qualunque colore o pretesto ad essi RR. PP. presenti e futuri, salvo per altro nel caso, benchè non attendibile della soppressione del Convento di S. Francesco Grande di Padova, e della morte di quei Religiosi, che in allora si ritrovassero nel Convento stesso l'esercizio ad essi Sigg. Coo. e loro eredi e Successori delle ragioni tutte, che credêssero poter loro competere sopra li rimanenti beni abbracciati da detta pendenza.

III. Dovranno essi RR. PP. celebrare ogni anno un Anniversario, in sollievo e beneficio delli defonti e di quelli fossero per mancare della famiglia di essi Nob. Sigg. Coo. che Iddio Signore prosperi e feliciti, potendo essi Sigg. in capo d'ogni anno ricercar la Fede di detta celebrazione.

IV. Per li frutti delli Beni contenziosi, esistenti in deposito nel Santo Monte di Pietà di Padova, resta convenuto in relazione all'accordato rilascio, che abbiano essi Sigg. Coo. a conseguire il terzo delli depositi che attualmente vi fossero di tal ragione nel Santo Monte medemo.

V. Dovrà il presente Accordo esser presentato nel Consiglio Sereniss. di XL. C. V., per poterne sempre implorare dall'Autorità degli Eccell. Sigg. Capi Presidi in qualunque tempo e caso la inalterabile integrale esecuzione. Rimesse hinc inde le spese, e sarà sottoscritto dalle parti ed onorato anco dalla firma NN. HH. Mediatori sudetti.

Benetto Civran terzo fu del S. Benetto secondo affermo etc. etc. etc.

In hoc Documento apparet, quomodo Comites C. S. P. campos 14, 3. 164, perceperint, sed hisce alii C. 19, Q. 3. Tab. 53 iam statim post Conventus suppressionem obtenti adiungi debent, cum tantae extensionis in ultimo inventario post suppressionem facto spatium ab Ecclesia, Conventu, horto etc. occupatum computetur, quodque ex horum localium libera locatione non modicum poterant proventum retrahere. Ergo ipsi de facto receperunt C. 34. Q. 3. Tab. 7 et S. Francisci de Patavio Conventui remanserant C. 90. Q. 1. Tab. 195, secundum dictum inventarium a me supra in calce ad Doc. IV relatum: quod etiam divisioni in hoc Documento ad Nu. IV pactae scilicet in assignatione tertiae partis fructuum melius congruit. Sed quid dicendum de legatis ad tam parvum Missarum numerum reductis? Qua auctoritate hoc factum? Familiae Comitum nova camporum quantitas assignatur et forsan meliorum, et tertia fructuum, lite pendente, productorum pars etiam tribuitur: at Missarum numerus ab octo, iam annis determinatus, nec memoratur. Identidem S. Francisci de Patavio Conventui pro tot bonis concessis unum Anniversarium tantum imponitur. Fuit haec generositas erga Religiosos, an potius praeparatio quaedam ad Comitum utilitatem, quatenus spe suppressionis istius etiam Conventus et consequenter recuperationis illorum etiam bonorum pro tempore Conventui nunc relictorum quaeque inhiabant, viam sic sternebant sibi ad percipiendos postea sine oneribus proventus?

XXVI.

Videamus quantam de Ecclesia hi iuspatronatum tenentes curam habuerint. Quatuordecim post annos duplex, sed diversum de duorum dierum Episcopali Visitatione testimonium invenimus (fasc. VIII, p. 33-38), damusque.

Visita del Vescovo di Treviso alla Chiesa di Campo S. Piero.

C. S. P. 18 Settembre 1792. — Relazione del Reverendiss. Mons. Visitatore.

Visitata la Chiesa fu de' PP. Osservanti ora giudicata alla Famiglia Campo S. Piero sotto il titoto di S. Gio. Battista.

L'Altare maggiore ove si custodiva il SS. Sacramento netto di pietra e bello assai, manca la tela cerata, fodrata di tela bianca, che sopra la pietra sacra avendone anche bisogno per essere umido (*sic*).

Alla parte sinistra, vi è l'*Altare di S. Antonio, che si dice di sotto* e questo è bello ancora e non ha altro bisogno che di fodrare la tela cerata per l'umidità.

Alla parte sinistra pure altro *altare di sopra che si dice S. Antonio di sopra ove credesi che dormisse il Santo,* la Cappella è bella e non ha bisogno che di tela bianca sotto la cerata per l'umidità.

Altro altare in cornu Epistolae dedicato a S. Francesco la tela cerata deve esse cambiata. — Altro altare in cornu Epistolae dedicato a S. Pietro d'Alcantara sospeso nell'ultima Visita.

Da questa parte vi sono due confessionali ai quali non mancano che le pagelle e qualche imagine; di questi ne fa uso il Parroco e Cappellano in occasione di solennità de Santi che si venerano in questa Chiesa.

In cornu Evangelii un altare detto del SS. Nome di Gesù dicono sospeso, ma vi è tuttavia la pietra sacra; la pala è bella, di buona mano ma le aggiunte fatte la guastarono. — Altro altare di S. Antonio del fuoco, o sia Abate sia sospeso essendo in disordine la mensa, (la) pala, non è cattiva (*sic*). — Altro altare in Capella in mezzo la nave in cornu Evangelii la pala con l'imagine di S. Antonio essendo tutta lacera resti sospeso, fin tanto che venghi accomodata la pala e riconosciuta dalla Curia Vescovile; l'altare è bello e di fini marmi. — Altro altare, che era del Crocefisso, ove pretende diritto Cà Civran per avervi un deposito, fu sospeso nell'ultima Visita e levata la pietra sacra. — Altro di S. Diego pure sospeso e levata la pietra sacra.

Altro di fronte col titolo della B. V. della Concezione in statua di legno dorata ma logora in parte, posta in una nicchia chiusa di specchio sia fodrata di tela cerata di tela bianca sotto la nicchia; vi è altra nicchia chiusa con specchio, ove vi è un osso assai grande e più dell'ordinario senza autentica. — In vicinanza della sacrestia in picciola capella vi è un altro altare di S. Margherita sospeso nell'ultima Visita. — In chiesa vi sono molte sepolture. — Vi era Organo, ora distrutto, e levate le canne. — Vi è il pulpito. In sacrestia vi è tutto il bisogno e tutto decente.

Concordare cum originali etc. etc.

XXVII.

Altra Visita del suddetto. — 1792. 19 Settembre. Copia dal Registro delle Visite Pastorali di S. E. Reverendiss. Mons. Bernardino Marin, Vescovo di Treviso (1788-1817) dell'anno 1792.

Nos Bernardinus etc. Visitata la Chiesa campestre sotto il titolo di S. Gio. Battista situata entro a confini parochiali di C. S. P. di questa Nostra Diocesi era un tempo da PP. MM. Osservanti ed ora de Nobb. Conti C. S. P. di Padova ordiniamo e decretiamo.

I. Che rinovando il Decreto Vescovile, emanato nell'ultima visita del Nostro Predecessore sia rimosso per sempre dall'Altare maggiore il Tabernacolo, ed inferior custodia che servivano un tempo per riporvi il SS. Sacramento e ciò affine di evitare il pericolo di falsa adorazione de fedeli, e in loro luogo vi si trasferisca il simulacro di S. Gio. Battista Titolare della detta Chiesa.

II. Che la tela cerata, che copre la pietra sacra del sudetto Altare sia al disotto foderata con altra tela di canape per maggior difesa dall'umidità, e ciò sia fatto ad ognuno degli Altari.

III. Che all'Altare di S. Francesco la tela cerata sia cambiata in altra nuova.

IV. Che restino sospesi gli altari di S. Pietro d'Alcantara, di S. Antonio del fuoco, del Crocefisso, di S. Diego e di S. Margherita.

V. Che resti sospeso l'altare situato nella capella di mezzo la navata in cornu Evangelii con l'imagine di S. Antonio fin a che non sia acconciata e ristaurata con pittura la pala di esso altare.

In fede di che ecc. ecc.

Ex his visitationibus apparet in Ecclesia duodecim exstitisse altaria, nempe e fronte tria: I. Maior cum Tabernaculo SS. Sacramenti. II. a cornu Evangelii illud Immaculatae Conceptionis B. M. V. cum Confraternitate; III. a cornu epistolae S. Antonii de Padua (cum Confraternitate) positum sub Cella Visionis eiusdem Sancti. Haec tria adhuc absque ulla mutatione exstabant a. 1895, in ingressu PP. MM. Conventualium; item a cornu Epistolae ad Ecclesiae parietem (absque navi) alia tria, nempe IV. S. P. Francisci. V. S. Petri de Alcantara. VI. SS. Nominis Jesu; a latere sinistro duae erant alae vel naves pilatim divisae cum pluribus capellis irregulariter extra ipsas prominentibus, in quibus notata videntur sex alia altaria, videlicet: VII. S. Margaritae, VIII. SS. Crucifixi: IX. S. Antonii (iterum) de Padua; X. S. Antonii Abbatis; XI. S. Didaci; XII. S. Catharinae. Hisce adiungendum XIII. S. Antonii in Cella Visionis, ubi Sanctus dormiebat, et illi Infans Iesus se amplexandum obtulit: quae Cella attigua est parieti Ecclesiae dextero; ac etiam XIV. Altare Oratorii de Nuce (*della Nogara*), ubi quondam procera nux D. Antonio contemplationis oratorium, scribaria zothecula et praedicationis erat suggestus.

XXVIII.

Sed videamus quomodo capellae et altaria sint demolitae. Quinque ab ultima episcopali visitatione elapsis annis, Veneta cecidit Respublica (1797), succedente Gallica, a qua morali equidem certitudine Familia C. S. P. suppressionem S. Francisci Patavini Conventus exspectabat, et statim eodem anno, de tot altarium et ca-

pellarum volens se eripere cura, ante omnia a peritis Ecclesiae, non reparandae sed demoliendae necessitatem constare fecit ad hanc facultatem obtinendam ut duobus sequentibus clare insinuatur documentis (fasc. VIII, p. 39-43).

Perizia dello Stato della Chiesa sudetta. 1797, 25 Novembre.

Attestiamo noi sottoscritti con nostro giuramento, esser stati di commissione della Cittadina Maria Malchiori Campo San Piero relitta del qu. Tiso, tutrice e curatrice de suoi figli pupilli, a far un sopraloco nella Chiesa di proprietà di detta famiglia intitolata di S. Gio. Battista di C. S. P. onde riconoscere li bisogni nel stato minacciante rovina che si trova ad ora, osservando come nella Cappella di S. Margherita esser caduto parte del coperto e soffitto, il resto imminente, osservando inoltre li coperti di sagrestia e capelle esser sostenuti da travi intreciati e sostenuti da punte sopra li volti de soffitti, similmente osservando quello della Chiesa, vi sono alcuni travicelli e tavole marze [marcie] sotto li coppi e una cadena pericolosa e alcune marze nel muro, così pure il coperto del Chiostro poggiato alla Chiesa minaccia rovina.

Remigio Zambusi affermo con giuramento quanto di sopra.

Andrea Baselo affermo con giuramento quanto sopra.

XXIX.

Risposte Municipalità di C. S. P. al Dipartimento I Centrale di Padova.

1797. 10 Decembre. Giorno 20 Frimaire. 10 Dec. 1797. V. S. La Municipalità di C. S. P.

Abbiamo verificato che la Chiesa di ragione della Cittadina Maria Malchiori, una volta officiata da PP. MM. Osservanti di S. Gio. Battista è in decadenza e merita un necessario restauro di somma conseguenza previo però l'intelligenza con l'Agente di detta cittadina Melchiori se diveniva al piano di stabilire la riforma di detta Chiesa con le viste che tutto che impicciolita egualmente contenga tutti quelli che in quantità nei giorni festivi vanno colà ad udire la messa. Nel avvenire sarete partecipati del operato e vi diciamo Salute e Fratellanza.

Cecchina V. *Presidente*. Zorzi, *Segretario*.

Al Dipartimento I. Affari ecclesiastici.

In Nome della Republica Francese una ed indivisibile.

Il giorno 23. Agghiacciatore Anno 6 della Republica Francese 13 Dec. 1797.

Il Governo Centrale del Padovano, Polesine, di Rovigo e d'Adria.

Udito il Rapporto del Dipartimento I. — Relatore Greatti.

Decreta

I. È confermata la famiglia Camposampiero nella persona della cittadina Maria Melchiori Camposampiero come relicta del qu. cittadino Tiso Camposampiero e come tutrice e curatrice de quattro suoi figli nel diritto ad essa famiglia aspettante sopra la Chiesa, Convento e annesso fondo serrato di muro già di ragione de' PP. Minori Osservanti di S. Gio. Battista di C. S. P. a tenor del Decreto dell'Ex Senato Veneto 30 Dec. 1789.

II. È autorizzata la cittadina medesima come tale di restringere i restauri incombenti al sopraccennato diritto a quella porzione di Chiesa che basti ad assicurare la decorosa conservazione di un Altare per la celebrazione di una messa festiva a benefizio dei vicini concorrenti.

GALLINI *Presidente.* — ANDREA BONTEMPI, *Seg. Com.*

XXX.

Et demolitio quidem statim incoepta fuit, quando cives de C. S. P. unanimiter contra hanc demolitionem insurrexerunt, et per D. Vincentium Allegri iudicem adeuntes, ne permitteretur talis destructio, petitionem protulerunt, quam ex parte reportandam existimo, saltem ad il-rum civium devotionem et venerationem ostendandam (fasc. VIII, p. 479).

1798. 7 Marzo. Il più prezioso monumento di Religione che tutt'ora esista nella Padovana Provincia egli è la Chiesa di S. Gio. Battista di C. S. P. e l'annesso Convento, ne quali ebbe il Taumaturgo S. Antonio la sua stazione come in asilo di quiete e da dove diffuse le sua dottrina colla sacra predicazione e colli scritti da lui composti che si leggano, e dove operò tanti prodigi. Conservò quella pia popolazione per quel s. luogo una tale venerazione che giammai cessò, anzi si accrebbe per il periodo ormai trascorso di quasi sei secoli, e sogliono in essa quegli abitanti incessantemente portarsi a far le loro preci e ad invocare presso Dio l'intercessione del glorioso loro Protettore.

L'estinto Veneto Governo del 1769. soppresse quel Convento e consegnò quella Chiesa alla famiglia de Nob. Coo. C. S. P. colle suppellettili a quella inservienti, ma volendo preservar questo tempio e la divozione di quegli abitanti appose a quella famiglia l'inalterabile condizione e la stretta obbligazione di proveder successivamente e sempre la stessa di officiatori Sacerdoti sudditi dello stato, in proporzione al bisogno ed alle singolari pie circostanze di quel luogo dando il terreno conterminante e recinto di quel convento ecc. in proprietà della famiglia stessa. Con vera commozione di quei abitanti rilevasi dal fatto dei prossimi passati giorni, che la Nobil C.ssa Maria Melchiori etc. medita di demolir detta Chiesa e ridurla ad una piccola Capella colla celebrazione d'una Messa, e toglier in tal forma ad essi l'asilo più caro che abbiano per gli esercizi di religione e di pietà e levar a quella patria il più decoroso de suoi ornamenti. Ricorrono a riparo di questo emergente all'autorità della giustizia li Sigg. Vincenzo Allegri e LL. CC. abitanti di C. S. P. e riverenti implorano, che in confronto di detta Nobil Sig.ra Tutrice venghi terminato e deciso, che per la forma della concessione fatta alla famiglia C. S. P. dal fu Veneto Governo e per la forma delle obligazioni apposte nella concessione stessa la detta Signora e per ogni altro riguardo non possa devenire alla demolizione della medesima Chiesa e luoghi immediati ad essa inservienti ecc.

Gio. Maria Piazza Avvocato.

XXXI.

Lis hinc inde obiiciendo et respondendo variis est protracta mensibus. Inter alias rationes ex parte civium C. S. P. (in fasc. VII, p. XXIV continente ultimum recursum ex parte familiae C. S. P.) in-

venio et hanc potissimam sic expressam: « Rende conto, che nel giorno 25 aprile (festum Parochiae S. Marci parum distantis in eodem Castro C. S. P.) di questo anno (1798) alla S. Messa in quella Chiesa vi era tanto concorso di popolo, che non poteva esser contenuto, e ciò accade altre volte nel giorno di mercato ».

Unde haec devotio nedum in civibus C. S. P. sed et in populis circumstantibus tam alte insita etiam post FF. MM. discessum, nisi ex istorum zelo per tot saecula aucto et inexstinguibili quodam ardore profunde alito?

Sed quae victoriae spes, illis praesertim temporibus? Quod vidua minime fecerat ante demolitionem iam inceptam, nempe ad Dioecesani Episcopi auctoritatem recursum, nunc ad hanc novam superandam litem fecit die 14 Augusti 1798 (fasc. VIII, p. 66-69), plura promittens et alia reticens: et Episcopus *eodem die* responsionem dedit sequentis tenoris: (fasc. VIII, p. 69).

Die 14 Mensis Augusti 1798. Tarvisii in Cancellaria Episcopali. Illustr. et Reverend. D. D. *Bernardinus Marinus,* Dei et Apostolicae sedis gratia *Episcopus Tarvisinus* etc. Viso retroscripto supplici libello sibi reverenter porrecto parte et nominibus Nob. Co. D. Mariae Melchiori Vid. rel. a qu. Nob. Co. Tisone de Campo S. Petri civitatis Patavii, uti tutricis et curatricis Filios eius in pupillari aetate, nec non Nobilium Coo. Aloysii et Ferdinandi Fratrum Germanorum de C. S. P. dictae Civitatis, petentium, pietatis eorum intuitu et ad hoc ut Cultus Divinus augeatur, sibi licere serv. serv. procedere ad reaedifationem in meliorem formam faciendam Ecclesiae S. Io. Baptistae de Campo S. P. huius etc. alias Regularium Strictioris Observ., petitam licentiam concessit, dummodo opus exigatur ad formam Archetypi sibi modo exhibiti et adprobati; nihil innovare intendens desuper oneribus dictis Nobilibus Patronis iam iniunctis circa Ecclesiam ipsam eiusque cultum perpetuo servandum; reservato sibi iure desuper Visitatione et Benedictione, seu Consecratione dictae Ecclesiae, absolutum opus cum fuerit decernere quidquid etc. Et ita etc.

Bernardinus Episcopus Tarvisinus.

Io. Battista de Rubeis S. Th. D. Cancell. Episc. etc.

Hoc freta documento Familia C. S. P. die 18 Octobris 1798 a Regio Civili Tribunali Patavii litem vicit, D. Vinc. Allegri et Soc. reiecta instantia etc.

Quae fuerit supradicta praetensa *reaedificatio*, argui potest ex facto, quod altaris maioris Capella et murus dexter pro parte relicta remanserunt ut prius, exceptis tribus altaribus ab ipso muro ablatis; a sinistro vero latere demolita utraque ala seu navis cum omnibus altaribus, capellis et aedificiis, eaque divulsio ut absconderetur, intercolumnia rusticissime et ex exteriori parte horribiliter obturata sunt, campanaria turris solo aequata, sacristia cum pluribus circa eam receptaculis diruta, subrogata cum alia exigua indecenti per intercolumniorum pariter in claustro obturationem conclusa. — Ecclesiae frons, prius tam lata, eversa, ad novam altari maiori propriorem simplicissimam infra veteres muros substituendam; et sic totum spatium ad sextam pene partem reductum: et pro expensis talis aedificationis seu potius *destructionis* absque scrupulo appropriata sibi altaria, sacra

supellex, utensilia, contignatio, lapides et Ecclesiae ac capellarum res artisticae, mobilia etc. probabilissime etiam devendita. Posteris autem in superliminari relicta sequens inscriptio: « *Haec Ecclesia S. Io. Bapt. reducta fuit ab N. C. Maria Marchiori Camposampiero sumptibus suis - Anno Dni MDCCIC* ».

Sed respice finem! Octo post annos eadem Familia C. S. P. alieno sic praegravata aere et argento foenore sumpto, ut compulsa fuerit hastae omnia bona sua subiicere: unde die 20 Iunii (octava S. Antonii) 1803 in illa auctione omnia emit ille ipse D. Vincentius Allegri, qui pro Ecclesiae defensione condemnatus fuerat: sic transit figura huius saeculi. Et ab haeredibus huius Allegri Ecclesiam, Conventus, hortos et ipsa legata Ordo noster Min. Conv. acquisivit iterum.

Ultimo vide rerum cohaerentiam: Mense octobri, sacro S. Patri N. Francisco, die 9 anni 1770 Veneta Respublica transferens Ecclesiae et Conventus dominium a Franciscano Min. Obs. Ordine ad potentem tunc Familiam C. S. P. iniungebat (fasc. VIII, p. 17) inter alia sic: « Sesto. Non potrà in qual siasi tempo e caso e sotto alcun escogitabile pretesto o causa usarsi delle fabbriche antedette (del Convento ecc.) per uso di Convento, o per ricovero di Religiosi Regolari ». Eodem mense octobri, ut supra vidimus, alia Respublica Gallica per iudicis sententiam demolitionem decrevit Ecclesiae die 18 Octobris 1798; et denique mense octobri anni 1895 die 17 iterum Franciscani Min. Con. eumdem Conventum ingressi sunt et fere dirutam Ecclesiam vel potius Campestre Oratorium paucos post annos in magnificam convertere Ecclesiam.

P. Hieronymus M. Granić, O. F. M. Conv.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM
BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LEODIENSIS

Duo sunt fundi Manuscriptorum in Bibliotheca universitatis Leodii, vetus scil., qui fere totus constat codicibus monasteriorum in Gallicana perturbatione suppressorum; et recens, donatus Academiae a Cl. Wittert. Prioris fundi olim confectum est inventarium, quod, omnium fatu, scatet erroribus; posteriorem vero quod attinet collectionem, nuperrime prodiit opus magnae eruditionis: *Catalogue des Manuscrits légués à la Bibl. de l'Univ. de Liège, par le Baron Adr. Wittert*, par J. Brassinne, Liége 1910.

I. — Cod. n. 10. coll. Wittert. [Breviarium Chorale].

Membr. mill. 240×172, ff. 479, praeter insiticium in principio et ad calcem. Binis columnis, nitidissime ab unica manu conscriptus circa annum 1482. Plura, praesertim rubricae pro ordinatione divini officii, exarata sunt rubeo atramento; nonnullae vero Initiales litterae sunt mirae picturae, tam varietate colorum, quam perfectione lineamentorum. — Breviarium olim in usu fuit religiosorum, forsan Fratrum Minor. (?) civitatis Ferrariensis. — Sed nullo ex indicio certam originem seu potius indolem licet codici nostro assignare. Eum franciscanum esse non sine aliqua probabilitate coniicitur, ex eo quod unius familiae S. Francisci plura exhibet officia Sanctorum propria, et quod fol. 406vb habentur Commemorationes S. Patris nostri « per annum ». Alia vero ex parte, in praefixo calendario nomen S. Francisci et S. Clarae nigro atramento inscriptum est, secus ac festa principaliora; et inter « Suffragia » nonnisi S. Ioannis Baptistae et S. Bernardi inveniuntur antiphonae. — Aliqua desunt folia. Ligatura coreacea est ad modum Venetianum dictum. In recenti venditione Parisiis codex noster veniit 1000 franc. Haec notatumus:

1 (f. 311ra–313rb). **[Officium S. Antonii].**

Rubr. « In vigilia S. Antonii fratrum minorum. Ad Vesp. » etc. uti in *Breviar. Rom. Seraph.* — **Lectio I.** *Inc.* « In hyspaniis civitate Ulixbona que. *des.*: litteris imbuendum. = **II.** Qui dum annos. *des.* declaravit. = **III.** Spretis namque. *des.* monasterium transvolavit. = **IV.** Ad quod tandem morum. *des.* cognovit. = **V.** Verum etiam qualiter. *des.* rex immanis. = **VI.** Ubi plurimi. *des.* insonuit. = **VII.** Nam subito elephantis. *des.* obtinebat. = **VIII.** Felix iste. *des.* pertingere valeat. = **IX.** Cumque iam fratres. *des.* agentes abscedunt ». = Lectiones istae sumptae sunt ex Legenda exhibita in *Bibliotheca hagiagr. lat.*

(BHL) I, n. 593. Ad litteram vero textum lectionum codicis nostri exhibet: *Les offices propres des saincts de l'ordre des Frères Mineurs,* partie d'esté, Paris MDCXLII.

Post lectionem IX. sequitur *Respons. IX:* « Sanctus hic de titulo etc. ». — Verbotenus uti textus ap. Hil. Felder, O. M. Cap., *Die liturgischen Reimoffizien auf die hl. Franz.* etc. Freiburg 1901, 131-2. = Antiphona ad Bened. « O Jesu » sic terminatur: « lumen det *religio,* charitas ardorem, frustra virgo fatua gloriam in alio querit venditorem. Cf. Felder, l. c. 132 cum 2 variantibus hic oblique impressis: *opinio,* quer*et.* = Post Orationem propriam festi sequitur: « In commemoratione S. Antonii singulo die per annum, ad Vesp. antiph.: Sapiente filio pater gloriatur, hoc et in Antonio digne commendatur ». Vers.: Os justi. Resp. Et lingua. Ad *Bened.* Antiph.: « Celi terrae marium » [Antiph. 4 ad Laudes]. ℣. Iustum.

2. (f. 368rb–370va et 477ra–477va). [**Officium Sanctae Clarae**].

Rubr. « In vigilia s. Clare Virginis: *Ad Vesp. Antiph.* »: Iam sancte ». = *Hymnus:* « Concinat » [hocce unico verbo indicatur hymnus vesperarum]. = Ad Magnif. *Ant.*: « Duce celesti. *des.* ac beatorum agmine, gloria tibi Domine ». = Initialis F, orationis festi, exhibet pulcherrimam miniaturam S. Clarae prae manibus tenentis suam regulam et lilium virginitatis. = Ad Mat. Invitat.: « Regi, qui... ». = *Hymnus:* « Generat Virgo », [haec sola verba].

« Incipit Legenda S. Clare Virginis. — *Inc.* **Lectio I.** Venerabilis Christi sponse deoque dedicate virginis clare natalitium diem fratres Karissimi honorificentia debita celebrantes... originis quidem nobilitate. *des.* clarius illustrabit. *Resp.* Francisci. **Lect. II.** Quo edocta oraculo... *des.* reficiebat viscera pupillorum. **Lect. III.** Sancte orationis... *des.* sanctitatis. **Lect. IV.** Audiens *des.* committit. **Lect. V.** Iubet ex hoc. *des.* duxerunt. **Lect. VI.** Hec enim decuit. *des.* cantaret. **Lect. VII.** gravi post. *des.* commigravit. **Lect. VIII.** In huius. *des.* actitare. **Lect. IX.** Huius itaque. *des.* demonstraret ». Est Legenda BHL n. 1817; ed. ap. Mombritium, *Sanctuarium,* Mediolani [ante 1480], I, 165-8. — Cf. AFH I, 123.

Iam sequitur. *Rubr.*: « *Ad Laudes et per horas Antiph.:* Post vite ». = *Hymnus:* O Clara [nonnisi sola haec verba citantur].

Post hocce officium in corpore Breviarii, sequuntur in parte supplementali, scil. f. 477ra–477va: Hymni. = *Rubr.*: « In s. Clare Virg. ad Vesp.: Generat virgo filias ». Cuius *hymni* haec ultima stropha: « Per hanc nos tuo lumine ‖ claros fac sancta claritas ‖ . Pater, Nate cum Flamine ‖ o lux beata trinitas ». ‖ *Ad Noct. hymnus:* « Concinat plebs fidelium ‖ virginale praeconium... ». Cuius hymni *paenultima stropha* sic inc.: « Legimina carnis vilia. = *Pro Laudibus hic hymnus exhibetur, quem non indicat* Chevalier, *Repertor. Hymnol.* I, n. 6244; III (Suppl.), 26595 ss.; nec in *Suppl. altero* n. 37361 ss.

Festum Clare deo care ‖ devota psallat concio,
Quam locavit, qui dotavit ‖ in celi colegio.
Mente pura mundi cura ‖ viam justorum abiit,
Per quam lata deo data ‖ proles de celo prodiit.
Quod latebat et fulgebat ‖ virginale (1) preconium,
Revelasti que celasti, ‖ Iesu lux vera mentium.
Vilem (2) sibi claram tibi ‖ Christe probas egregie,
Dum tot signa dat benigna ‖ en gratulemur hodie.
Dum duravit, ministravit ‖ exemplo, verbo sedula.
Dat defuncta bona cuncta, ‖ plaude turba paupercula.
Plaudant nate sublimate ‖ tante matris preconio.
In hoc fecit et perfecit ‖ laus regi plena gaudio,
Per hanc nos tuo lumine.

(1) MS. *virginea, virginale.* (2) MS. *milem.*

3. (f. 403rb-406vb) [**Officium S. Francisci Assis.**].

Rubr. « In vig. S. Francisci. Ad *Vesp. Antiph.* Franciscus vir ». = In hymno « Proles de Celo prodiit », hae solae variantes occurrunt. II vers. III^{ae} strophae: « In montem veri luminis »; *IV^{a} stropha:* « Assumptus cum Apostolis ‖ notum secutus symonis, ‖ quem huius non defuit ‖ numen vel omen nominis ». = *Vers.* « Ora pro nobis b. francisce ». = Initialis D orationis festi, non exhibet miniaturam S. Francisci, quod tamen fecit pictor pro plurimis festis Sanctorum. = In I^{o} noct. Antiph. « Hic vir in vanitatibus nutritus indecenter etc. uti in *Brev. Roman. Seraph.* et ap. Felder, 111 sqq. = *Antiph. III* uti ap. Felder, 112: « sed non penitus ‖ in primis per languores ‖ qui captis armis celitus ‖ ad plenum mutat mores ». = Lectiones IX desumptae sunt ex *Leg. Min.* S. Bonaventurae lect. 1-5, cum lectiones ibi editae in Cod. in plures dividantur. = **Lectio IX.** *des.* « tota destruitur ». Cfr. S. Bonav., *Opera omnia,* VIII, 565-79; ed. separat. *Legendae duae,* 219-222.

Post lectionem nonam iam sequuntur in codice nostro *Responsoria:* 1) Sex fratrum..... 2) Quadrans.... 3) Archana... 4) Grex.... 5) Euntes... crastinum zonis es... 6) Regressis..., uti apud Felder, 118-20; cum sola variante seu omissione notata.

Ad Laudes *hymnus*: « Plaude turba » *hac variante* relate ad *Breviar. Rom.-Seraph.* in *III^{a} stropha:* « Vicit algorem, caumata, Christi dum gestat stigmata », uti est etiam ap. Felder, 122. — Post Laudes sequitur *Rubrica:* « Resp. brevia et vers. dicuntur de uno confess. pontifice » (*sic*). = « In commemoratione. Francisci per annum. Ad Bened. Ant.: S. Francisce... Ad Magnif. Salve S. Pater... Vers. Iustum deduxit.

4. (f. 420va-421vb) [**Officium S^{ae} Helisabeth Hungariae**].

Rubr. In sce Helisabeth. *Oratio:* Tuorum corda. = Sequuntur lectiones Nocturnorum. *Incip.* « Vas admirabile opus excelsi... *Des.:* fastidientis indicio, nec laboris studio denotanda ». = Hae novem lectiunculae exhibent n. 1. 2 et 3 Legendae antiquae per totum exscriptae in: *Catal. codd. hagiogr... in Bibl. Nat. Parisiensi,* I, p. 355 ss. cfr. BHL, n° 2510.

II. — Codex n. 343. [**LEGENDAE SANCTI FRANCISCI**]. Partim membraneus, partim charteaceus, ita ut singula quaterna constent 6 ff. chartaceis cum duobus membraneis, initio scil. et fine; mill. 277×208, ff. 160 (numeris notata sunt 1-163, sed desunt ff. 157, 161 et 162) praeter duo insititia in fronte voluminis. Binis columnis, unica manu, uti videtur, exaratus ineunte saec. XV. — Initiales litterae et tituli rubro sunt conscripta minio. In operimento coreaceo supersunt reliquiae uncinorum.

Originem et aetatem codicis nonnullae tradunt notulae: altero fol. insiticio verso legitur: « Liber conventus ordinis fratrum S. Crucis leod. », et F. 160rb: « finitus a. d. M^{o}CCCC^{o}VIII°. Hocce *MS.* summatim iam descripserunt *Analecta Boll.*, V, 1886, p. 361-2, et P. Sabatier, *Speculum Perfectionis,* Paris 1898, CLXVIII-IV. Codex continet:

1. (f. 1ra-28ra), [**Legendam Trium Sociorum**].

Rubr. « Hec sunt quedam scripta per tres socios b. francisci de vita et conversacione eius in habitu seculari, de mirabili et perfecta conversacione ipsius et de perfectione originis et fundamenti ordinis in ipso et in primis fratribus et hoc per hunc modum sequentem ». *Littera dedicat.* « Reverendo in Christo patri fratri Crescensio, dei gratia generali ministro, fr. Leo, fr. Rufinus et fr. Angelus

olim socii... *des.*: data in loco grecii III. Idus augusti anno domini M°CC°XLVII° » (*sic*).

Rubr. « Incipit vita b. francisci cum duodecim sociis suis. In primo de Nativitate beati... *des.* pauperes. = *Incip.* Franciscus de civitate Assisii... *des.* ut ad celestem gloriam perveniret. Amen. Expliciunt miracula cum vita beatissimi patris francisci ». = Lectio huius codicis omnino correspondet textui exhibito in *Act. SS.* ad diem 4m Octobris, t. II, pp. 723-742, cum vetere tamen partitione capitum. — Cf. BHL I, 467 seq., n. 3114.

2. (f. 28ra–90ra) [Speculum Perfectionis].

Rubr. « Incipit speculum perfectionis status fratrum minorum. — *Prolog.* Istud opus compilatum est per modum legende ex quibusdam antiquis etc. Cf. Sabatier, l. c. 250; *des.* continetur. — *Iam sequitur statim: Rubr.* Quo modo beatus franciscus respondit etc., uti Sabatier, 251, 1 sqq. = Cap. I. *Incip.* Postquam secundam regulam quam etc. », uti Sabatier, 2.

Textus codicis habet capita XIII capita, cum 124 paragraphis, quibus tot prefixi sunt tituli, uti ap. Sabatier, 1-246. Notandum, textum nostrum in fine cap. Vi non exhibere «Carmen Portiunculae»; quod poema reiectum est in finem codicis. = Sabatier, ll. cc.; BHL I, n. 3118.

3. (f. 90rb–163rb), [Actus B. Francisci mirabiles].

Rubr. « Incipiunt actus quidam mirabiles beati francisci et sociorum eius primorum: Hec scripta sunt... et devota. = *Textus incip.* Primo igitur sciendum... ». Omnia uti editio ap. P. Sabatier. *Actus B. Francisci et sociorum eius,* Paris, 1902, 1-192, sive 66 capitula. = *Rubrica* « Explicit liber de actibus quibusdam mirabilibus beati francisci et sociorum eius primorum, finitus anno Domini M°CCCC°VIII°. In proximo die sequenti ascencionem domini ».

Cum f. 157 ablatum sit e codice nostro, non nisi finalem et quidem minimam partem *Epistolae S. Francisci: Ad omnes Christianos* exhibet Ms. Cf. *Opuscula S. P. Francisci,* Ad Cl. Aq. 1904, 87 ss.

4. (f. 163v) [Carmen in laudem Portiunculae].

Incip.: « Sanctus sanctorum vere locus iste locorum,
Digne magnorum censetur dignus honorum ».

In codice nostro poema 24 habet versus. Cfr. P. Sabatier, *Specul. Perf.*, 165 sq. (cap. 84).

III. — Cod. n. 57. membr mill. 420×310 ff. 313 praeter insiticium in capite. A nitidissima manu, binis columnis, mediante saec. XIV exaratus. Nonnullae initiales volutis vel figuris phantasticis eleganter ornatae; omnes vero tituli rubricati sunt. Corio ligatum est volumen, et reliquias habet uncinorum.

Hicce codex sicuti subsequens n. 58, tomus est tripartiti alicuius pretiosissimi Passionalis, uti dicunt, iam summatim descripti ap. *Anal. Boll.*, V, 320-334. In verso folii insiticii legitur: « Hunc librum fieri fecit Dominus Robertus de Craenwic (1) piae memoriae, Dei gratia abbas huius monasterii St. Trudonis ». — Unica in codice occurrit legenda ad hagiographiam franciscalem spectans scil.:

(1) Dominus de Craenwic fuit 45us Abbas monasterii Benedictinorum in oppido S. Trudonis (1350-1364) Vide: P. Julien Lambrechts O. F. M., *Necrologie de l'abbaye Bénédictine de S. Trond,* S. Trond 1889, 102.

1. (fol. 265vb–304ra) [**Vita Sancti Francisci: Legenda Maior S. Bonaventurae**].

(fol. 265vb) *Rubr.* « Incipit prologus in vitam Sancti Francisci. = Apparuit gratia Dei Salvatoris... *des.* subnectuntur. = *Rubr.* Cap. I. De Conversione S. Francisci in habitu saeculari. = *Inc.* Vir erat in civitate Assisii... des. (fol. 293vb) magnificentia virtutis Altissimi, cui est honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen. = *Rubr.* Cap. XVI. Miracula aliquot a S.° Francisco post eius obitum edita. = *Incip.* Ad omnipotentis Dei honorem... *des.* Francisci. Ad laudem et gloriam unius Dei et Trini, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen » = Cfr. S. Bonaventurae, *Opera omnia,* VIII, 499-564; ed. separat. *Legendae duae,* 1898, 1-217; BHL I, 3107.

IV. — Cod. n. 58. Cod. membraneus, mill. 420×310; ff. 272; exaratus saeculo XIV, columnis binis. Codex similis est alteri N° 57. Cf. AB l. c. 334-45. In recto folii insiticii habetur: « Liber iste pertinet venerabili monasterio ordinis Sancti Benedicti in Sancto Trudone Leodiensis dyocesis ». Unam exhibet biographiam ad Ordinem spectantem:

(f. 117rb–121vb) [**Legendam S. Elisabeth Hungariae**].

(f. 117rb) *Rubr.* « Incipit vita Sanctae Elizabeth viduae. = *Incip.* Erat beata Elyzabeth filia regis Hungariae, qui nuper mortuus est; et talis ac tantae filiae patrem se fuisse plurimum gaudebat, et exsultabat: mater vero eius Gertrudis vocata est filia nobilissimi ducis Meralensis, cuius fratres uterini fuere bertolfus patriarcha... = *des.* abstersis alie paulatim renascuntur ».

Notandum, quod circa finem, scil. f.° 121va a linea 9 ad 41 occurrit *parenthesis,* cum marginali mentione « omittendum ». *Inc.* parenth.: « Quantus dolor pauperum atque infirmorum defuncta beata Elizabet illuc.., *des.* in capella modica sepulta est ». = Textus noster, cuius mentionem non habet BHL, est extractum seu epitome Legendae ibidem notatae sub n° 2494, scil. vitae B. Elisabeth auctore *Caesario Heisterbacensi,* quam edidit Alb. Huyskens, ap. *Annalen des histor. Vereins f. den Niederrhein,* LXXXVI, Köln 1908, 17-50. = Quem textum in AFH edemus.

V. — Cod. n. 133. partim membr. et partim chartac., mill. 284×208. ff. 304. Initio et fine habet fol. ad custodiam. A diversis amanuensibus tum plenis lineis tum binis columnis, saec. XV exeunte conscriptus. Tituli necnon et variae rubricae minio exarata sunt. Originem codicis indicant haec verba in f.° insiticio ad caput: « Pertinet fratribus *Sanctae Crucis de claro loco prope et extra muros opidi Huyensis* Leodiensis dioecesis ». Ipsum volumen nostrum PP. Editores S. Bonav. *Operum omnium,* VIII, notant inter non collata, sub n° erroneo 77; cf. LXVI. Inter varia enim codex exhibet:

(f. 1ra–41vb) [**Apologiam pauperum S. Bonaventurae**].

(f. 1ra) *Rubr.* Incipit prologus. = *Incip.* Summi Legislatoris... *des.* protegantur invicti. = *Rubr.* Caput I. Primae responsionis prima particula... = *Incip.* Igitur libellum illum calumniosum, *des.* a persequentibus animam meam. Amen. = Demptis nullius momenti variantibus, textus noster, omnino concordat cum Editione cit. VIII, 233-330. *(Continuabitur).*

Namurci. P. Hugolinus Lippens, O. F. M.

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 1264 chart. mill. 340×230 ff. 171 binis columnis et ab unica manu saec. XV exaratus. Ligatura recentior; in dorso haec profertur superscriptio: *S. Bernardino | Prediche | Sec. XV.*

Fol. 1r: « Qui chomincano le prediche di Santo Bernardino, fatte in Firenze nell anno 1423 a di 8 Mago (*Marzo*) primo di di Quaresima in Santa ✠ ». « In nomine Patris .... Lava faciem tuam etc. scribitur Mattei sesto capitulo et in evangelio hodierno. Sopra delle quali parole si dinota la quarta inluminatione ». *Des.* f. 170r. « le buone dottrine che v'o dette, e che cci die grazia dubidire a suoi santi comandamenti e chel suo servo frate Bernardino mi conservi nella sua grazia e al fine a voi e a me che da lla sua grolia, el quale vive e regna per tutti e seculi da seculi. Amen, Amen, Amen. Finite le prediche di San Bernardino fate in Firenze nell anno mille quattro cento ventitre. Deo gratias. Amen. Christo Ihesu Ghaspar Simoni scribitur ». = Cfr. Morpurgo, op. cit. p. 327. Sbaralea, 132s.; I², 138s., ubi hunc cod. citat.

Cod. n. 1270 chart. mill. 310×235 ff. 140 saec. XV exaratus. Corio ligatus. In corpore codicis plura folia vacua remanent. Adest:

f. 90r-138r. [Interpretio in vulgari **Aeneidos Virgilii** Fratris **Anastasii de Florentia**].

Tit. Incipit prologhus translatatoris super Virgilii Eneidos ». *Inc.* « Arbitrasti che li excellenti fatti e le vertuose opere ». *Des.* « con giemito fuggie indegniata per lombre ». = Alius huius operis codex invenitur Parisiis in Bibl. Nationali n. 7763. Cfr. *Misc. franc.*, I, 76. Sbaralea, 723; I², 34.

Cod. n. 1273 (P. IV. 8) chart. mill. 295×215 ff. 98 saec. XV exaratus partim lineis plenis (1r-62v) partim binis columnis (64r-96v) et ab unica manu scriptus. In principio duo sunt folia pro custodia insitic. vacua et aliud membr. Ad calcem duo etiam folia pro custodia inveniuntur vacua. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle. Adsunt:

f. 1r-62v. [**Meditationes** vitae D. N. I. C. **italice**].

Inc. « In tra l'altre grande virtude che si legono di santa Cecilia vergine si e questa una grandissima ». *Des.* « cholui del quale noi parliamo nostro sengniore Iesu Xpo il quale benedetto e laudabile sopra tutte le chose pro mai senpre in secula seculorum. Amen. Facto fine pia te laudo, Virgo Maria. Qui sono compiute le meditazione de la vita di Xpo. Deo gratias ». = Nonnulla in medio desunt folia, quare opus mutilum iacet. Cfr. Morpurgo, op. cit., p. 334.

(1) Cf. AFH I, 116-25; 433-42; II, 123-30; 319-24; 480-4; III, 333-40; 551-58; 739-48.

Traductio italica huius operis, quod S. Bonav. fuit attributum, prodiit v. gr. Mediolani, 1823. = Cfr. **Cod. n. 1052;** AFH III, 744, Sbaralea, 158; I², 163.

Cod. n. 1278 (Q. I. 26) chart. mill. 295×210 ff. 109 saec. XV exaratus. In principio duo adsunt folia insiticia pro custodia, chart. unum, alterum membr. in quo notula circa fundationem ordinis Praedicatorum invenitur. In fine duo alia inveniuntur folia pro custodia, quorum primum indicem continet. Initiales litterae rubricatae sunt, tabulisque ligatur cum pelle in dorso. Notatu digna habentur:

1. f. 1 r-68 v. [**Floretum S. Francisci** italice].

In principio mutilus est. *Inc.* « l'Umana fragelita niente puo fare ». = In summitate primi folii in recto manus recentior scripsit; « Ed. Firenze, 1718 cap. II. p. 3 lin. 31 ». Hic revera incipit codex, eademque offert usque ad fol. 31 v. quae in ed. cit. inveniuntur usque ad pag. 139 cum multis tamen variantibus. Codex usque ad folium 68 v. plura alia continet, quibus editio caret.

a) f. 61 v-62 r. *Exemplo di gran divotione. Inc.* « In anno Dni. MCCLXXX essendo Papa Nicholaio terzo in chamera sua col generale ministro et alquanti . . . ». *Des.* « contemplando con la mente et lassciando il mondo ». = Passerini, *I Fioretti,* Firenze 1901, ubi p. 286-305 haec ed. e cod. Riccard. 1670 (Q. I. 26).

b) f. 62 r-63 r. *Miracolo di Sancto Francesco. Inc.* « In Ispagna nel regno di Chastella nella citta di Rodoch ». *Des.* « quando il sopradetto vescovo risuscito ». = Passerini, l. c. p. 287 sqs.

c) f. 63 r. *De la ymagine di S. Francesco ussci sangue. Inc.* « In uno convento di frati Predichatori era dipinto ». *Des.* « predicho il sopradetto miracholo ». = Passerini, l. c. p. 290 sq.

d) f. 63 v. *Miracolo dele Stimate. Inc.* « Nel reame di Chastella fu uno uomo ». *Des.* « sanato et libero. Ad laude di Iesu Xpo Crucifisso. Amen. ». — Passerini, l. c. p. 292 sq.

e) f. 64 r. *Uno evidente miracholo a tucto il popolo. Inc.* « Una volta Santo Francesco essendo nella citta dallessandria di Lombardia ». *Des.* « ritorno a la mente sua. A laude di Xpo Crucifisso. Amen. ». = Passerini, l. c. p. 293 sq.

f) f. 64 r-65 v. *Chome Sancto F. mando i frati da prima in Inghilterra et del gran miracolo che Xpo mostro andando per la via. Inc.* « Frate Angnolo da Pisa fu ordinato e facto ». *Des.* « et e sepulto in Sansonia. Ad laude di Xpo Crucifisso. Amen. ». = Passerini, l. c. p. 294 sqq.

g) f. 65 v-66 r. *Chome uno huomo da Spuleto molto perverso si converti. Inc.* « Nella citta di Spuleto era uno huomo ». *Des.* « De frati Minori. Ad laude de Xpo Crucifisso ». = Passerini, l. c. p. 298.

h) f. 66 rv. *Miracholo di grande stupore come Xpo nelle braccia de la sua madre benedisse benedisse* (sic) *il popolo a Sca. Maria degli Angnoli al tempo de la indulgentia. Inc.* « Al tempo della indulgentia anno dni. M.CCC.III ». *Des.* « et tumulto. Ad laude di Xpo. Amen. ». = Passerini, l. c. p. 299.

i) f. 66 v-67 v. *Uno altro miracolo de la dicta indulgentia. Inc.* « Uno gentile huomo ». *Des.* « ad gaudi celestiali. Ad laude di Xpo. Crucifisso. Amen. ». = Passerini, l. c. p. 300 sqs.

k) f. 67 v-68 r. *Come Sco. Domenicho confermo la indulgentia di Portiuncola. Inc.* « Una dona de Lamagna ». *Des.* « indulgentia. Ad laude di Xpo Crucifisso ». = Passerini, l. c. p. 302 sq.

l) f. 68 r-68 v. *Chome lonperadore di Constantinopoli si fece frate minore per revelatione di Dio. Inc.* « Lonperadore di Costantinopoli ch'ebbe nome Giovanni ». *Des.* « passo a vita beata. Ad laude di

Xpo Crucifisso et del beato meser santo Francesco. Amen.». = Passerini, l. c. p. 303-305.

2. f. 69 r. [Oratio « Tranfige » italice].

Incominciamo i trafiggi. Inc. « Trafiggi et trapassa dolcissimo Yesu ». *Des.* « sempre la mente el cuore mio ».

3. f. 69 r-72 r. [Tractatus asceticus anonymus].

Inc. « Prima studia quanto puoi te medesima, vilissima et indegna di tanti benefici ». *Des. Contra superbiam capitulum* « ..... ai ignoranza dimostri dunque che tu se' ciecho. Finito il libro di Sco. Francesco ad laude di Xpo Crucifisso et del beato messer Sco. Francesco. Amen. ».

4. f. 95 v-96 r. **Lauda** Fratris **Iacobi de Tuderto**].

Tit. « Lauda di frate Iacopone ». *Inc.* « Che fai anima preda[ta]? Faccio male son dannata ». *Des.* « proverrai l'umilta ». = Tenneroni, *Misc. franc.*, I, 118. = Tenneroni, *Inizii,* p. 244; [cf. AFH II, 499 ss.]. *Laude di fra Iacopone d. T. sec. la stampa fiorent. del 1490*, ed. G. Ferri, Roma 1910, [cf. AFH IV, 161 ss.], n. XVI, p. 23 s.

Cod. n. 1279 (Q. II. 7) chart. mill. 290×215 ff. 101 saec. XV exaratus binis columnis cum titulis rubricatis. In principio tria adsunt folia insitic. pro custodia, in quorum sec. r. legitur: *Viaggio di Terra Santa, di Fra Niccolò da Poggibonsi. Vite di Santi e altro.* In tertio rect. invenitur index operum, quae in codice continentur. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pele. Continet:

1. f. 1 r-35 r; 89 r-101 v. [Itinerarium Fratris **Nicolai Podiobonitio** O. F. M. in Terram Sanctam].

Rubr. « Al nome di Dio et dell sua santissima madre vergine Maria et del beato Sco. Francesco et di Santa Chaterina et di Santa Barbara et di tutti i suoi sancti et sancte che cci doni sua gratia ». *Inc.* « Si chio possa dire per ordine et contare le sante .... Fra' l mese di março a piu di negli anni del nostro signore Gesu Cristo M. CCC.°XLV io mi parti da Poggiboniçi et passai per Firençe et per Bologna ». *Des.* « Anco le citta di Ierusalem sie lo tempio di Salomone et ivi Gesu Cristo fece miracoli molti etc. Explicit liber sanctuarius de ultra mare editus et ordinatus cum magno labore a fratre Nicholao de Podioboniçi. Qui scripsit scribat et semper cum Domino vivat. Amen. ». = Iuxta hunc codicem Alberto Bacchi della Lega hoc opus ed.: *Niccolò da Poggibonsi, Libro d'Oltramare*, in coll.: *Scelta di curiosità letterarie*, Bologna 1882, 2 voll. in-12°. Morpurgo, op. cit. p. 340. — Civezza, *Saggio,* n. 516.

f. 87 v. [Extractum ex opere **S. Bernardini Senensis**].

Rubr. « Questi sono certi modi co quali agevolmente ci possiamo ricordare de nostri peccati, tracti del tractato della fede cristiana di frate *Bernardino da Siena* ». *Inc.* « Il primo modo e. ». *Des.* « et coll' opera adinpiendo ». = Sbaralea, 132; I², 137: *Quadrag. de relig. christiana.*

Cod. n. 1282 (P. III. 13) chart. mill. 295×220 ff. 50 saec. XV exaratus binis columnis. Tituli rubricati et litterae initiales rubeae et ceruleae. In principio duo folia pro custodia insit. quorum secundum indicem profert. Ad calcem nonnulla folia vacua remanent. Tabulis ligneis ligatur et in dorso pelle. Notandum est:

2. f. 1 r-25 v. [**Breviloquium quatuor virtutum cardinalium** Fratris Ioannis Guallensis O. F. M.].

Rubr. « Expositioni sopra le quattro vertudi extratte del Maximo Valerio et d'altri philosophi ». *Inc.* « Si come la misericordia et verita guardano lo Re et la clementia ». *Des.* « oro et ariento diceva lo mio thesoro io porto meco nel pecto et non in parte che mmi possa cadere ». = In codice nomen auctoris non exprimitur. Pluries editum. Cfr. **cod. n. 1105**; AFH III, 744; Sbaralea, 429.

Cod. n. 1286 chart. mill. 295×230 ff. 64 binis columnis saec. XIV-XV exaratus cum litteris initialibus et titulis rubricatis a diversis manibus. Pluribus in locis mutilus est. In principio folium adest pro custodia insitic. vacuum. In primo folio num. nomina diversorum possessorum codicis indicantur. Adsunt inter alia:

f. 2 r-42 v. [**Meditationes** vitae D. N. Iesu Christi].

Rubr. « Incominciamento del prolago delle meditaçioni della vita di Cristo e parte di quelle della vergine Maria ». *Inc.* « In tra l'altre grandi virtudi che ssi leggono di santa Cicilia ». *Des.* « oggi nuova allegrezza . . . ». = Mutilus relinquitur. Cfr. **Cod. n. 1273.**

Cod. n. 1287 chart. mill. 275×210 ff. 71 saec. XIV exaratus cum titulis et initialibus rubricatis. Ultimum fol. membr. Ad calcem folium adest pro custodia chart. vacuum. Ligatura etiam membr.

f. 1 r-58 r. [Versio itala **Legendae Maioris S. Francisci** a S. Bonaventura conscriptae].

Rubr. « In nomine Domini nostri Ihesu Xpi. Amen. Questa e la Leggienda del beato Sco. Francesco, ponsi prima il prolago ». *Inc.* « Apparve la grazia di Dio nostro salvatore ». Fol. 2 v. *Rubr.* « Incomincia la leggienda del beato messer Sco. Francesco e prima de la sua conversione e conversazione in abito seculare ». *Inc.* « Uno huomo fu nella citta ». Fol. 46 r. *Rubr.* « Qui finisce la vita e lla Leggienda del beato Sco. Francesco. Qui si cominciano i miracoli del Beato sco. Francesco i quali idio per li suoi meriti a dimostrati dopo la sua morte. E prima de le sante stimate. XVI ». *Inc.* « Al nome e all'onore ». *Des.* f. 58 r. « pero che vedendolo sempre li dava memoria della crocce di Xpo della quale egli fue ghonfaloniere. Explicit Leggienda et Miracula beati sancto Franciesco Amen, copiata del libro nello armario dello studio del Chonvento di frati Minori di Firenze scritto questo libro di mano di Simone di Dino Brunnaccini del popolo di sco. Romeo di Firenze per se e per le sue erede a di X di Febbraio MCCCLXXXXIII. Deo gratias amen. ». = S. Bonav., *Opp. Omnia,* VIII, 501 sqq. Post *Legendam* sequuntur alii tractatus ascetici anonymi.

Cod. n. 1290 chart. mill. 270×200 ff. 223 saec. XV exaratus, cum titulis et initialibus rubricatis. Partim lineis plenis, partim binis columnis (160r-223) scriptus. In medio nonnulla folia vacua iacent. Ligatura recentior. Notanda inveniuntur:

1. (f. 104v-116v). [Dicta **B. Aegidii** italice].

Rubr. « Ave benigne Iesus Christe. Tavola di certi detti o vero dottrina del beato frate Egidio il quale fu terzo compagno di Santo Francesco. = De vitii e delle virtu. — Della fede. — Della umilitade. — Del santo timore di Dio. — Della patientia. — Dell'otiosi-

tade. — Del dispiacimento delle cose temporali. — Della castidade. — Delle tentationi. — Della penitentia. — Della santa oratione. — Della santa cautela spirituale. — De predicatori utili et inutili. — Del bene parlare e del male. — Della buona perseveranza. — Della vera religione. — Della santa obbedienza. — Della memoria della morte. — Deo gratias ».

In fine cuiuslibet tituli indicatur folium, cui correspondet in antiqua numeratione, quae incipit cum fol. 106. Fol. 105r: *Rubr.* « Di santo Egidio che ffu terzo chonpagno di Santo Francesco. De vitii e delle virtudi. Capitolo primo ». *Inc.* « [L]A gratia di Dio e delle virtudi sono via e scala ». Ult. capitulum des.: « dico in quella perpetua gloria celestiale, alla quale ci perduca esso buono iddio signore e Re nostro Ihesu Cristo amen. Chi a scritto leggha e chi leggie adoperi. Deo gratias amen ». = Cf. *Dicta Fr. Aegidii Assis.*, Ad Cl. Aq. 1905, XV sq. Antiquissima editio italica habetur in Bibl. Nat. Florentiae, *Magliab. cust. B. n. 1.*

2. (f. 116r). [Poëma anonymum in honorem B. M. V.].

Inc. « Gaude Virgo mater Cristi que per aurem concepisti ». *Des.* « cum perhenni gaudio. Amen ». = Chevalier, *Repert. hymnol.*, n. 7013 ss.

3. (f. 118r-120r). [Proverbia Fratris **Iacobi de Tuderto**].

Rubr. « Incomincia i proverbi di Iacopone ». *Inc.* « Pero che luomo domanda detti con brevitate ». *Des.* « dov'e tutta letitia con visione plena. Amen. Deo gratias Amen ». = Tenneroni, *Inizii*, p. 212. Sbaralea, 366.

4. (f. 149v ol. 148v). [Vita **S. Elisabeth** Hungariae].

Rubr. « Qui comincia la leggienda di Santa Lisabetta, e in prima della dispositione del suo glorioso nome ». *Inc.* « Lissabetta tanto e a dire quanto idio mio ». Fol. 149. *Rubr.* « Della vita di santa Elisabet e della sua dilettevole istoria ». *Inc.* « [S]Anta Elisabet fu figliuola del gentilissimo Re dungheria ». *Des.* fol. 156r (olim 155r). « Il papa Gregorio caloneço la detta santa Elisabet a Perugia nel MCCXXXIIIJ° anno. Deo gratias. Amen ». = Est versio vitae *Legendae aureae*, ed. cit. 752 sqq. Cf. **Cod. n. 1254,** AFH III, 478.

Cod. n. 1292 (Q. I. 14) chart. mill. 280×210 ff. 169 binis columnis saec. XV exaratus ab unica manu. Ligneis tabulis ligatus et in dorso pelle. Continet inter plurima:

f. 106r-124r. [Vitam **S. Clarae** italice].

Prol. « [A] volere narare e schrivere la vjta e 'l fine della Vergine groliosa madonna Chiara chonvjenej inpetrare la divina gratia dello spirito santo e della madre delle gratie, cioe della groliosa vergine madonna santa Maria, la quale donj per sua piatà al mio intelletto grande intendimento, del venerabile santo dottore frate Bonaventura chardinale che chompuose e chompilo questa legienda la quale e aprobata e hordinata dal Cholegio della santa Romana echlesia, della qual chosa sia lodato il nostro Salvatore Ihs. Xpo benedetto e la sua groliosa vergine madre madonna santa Maria ne sia esaltata, e gli uditori bene edifichati sicche seghuendo le sue vestigie infiammati del suo fervore pervegniamo a quel felicie porto di salute per llo quale siamo chreati, e a me, suo figliuolo, servo per l'abito e religione bene che indegnio choncieda gratie di salute. E chio al suo honore possa chon piena gratia chonporre e schrivere questa legienda e recharla in volghare a ccio che le persone che non sanno gramatecha cabbino utilita e devotione. E ben

chio sia idiota e inghiorante molto piu massichuro a ffarla per chonsolatione delle divote anjme e si per che la Santa ne sia honorata, preghando ciaschuna persona che lla legiera che la chorreghi e schusi la mia ignioranza di non sapere meglio dire, ma ghuardi alla buona volonta e cho mecho facino insieme horatione ad questa venerabile santa e al nostro santissimo padre messere San Francischo che chome eglino furono d'una citta terrena e hora in grolia sempiterna trionfano in cielo rengniando . . . etc. etc. *Inc.* [A]l tempo che venne la nuova gratia nel mondo del grolioso padre messere San Franciesco uomo serafico. *Des.* e sempre ti chustodicie si chome madre el suo figliuolo di tenero amore le ama, tu signior mio sie benedetto che mi chreasti. Finis. Per me Piero de Zanobi di Benedetto di Charocio Strozi ad di XVI d'Ottobre MCCCCLXXXVIIII in venerdi a hore XXII in villa in Polverosa. A llaude e grolia dell'onipotente dio e della sua groliosa senpre vergine Maria. = Videtur esse *Leg. S. Clarae* auct. Fr. Thoma de Celano, *Acta SS.* Aug. II, 754-67; ed. Fr. Pennacchi, Assisii 1910; cf. AFH III, 753.

Cod. n. 1294 et n. 2760 chart. mill. 295×220 ff. 193 ex duobus compactus codicibus saec. XIV. Binis columnis exaratus cum litteris initialibus coloratis. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Rime | e | poesie | sacre | sec. XIV.* Inter plurima inveniuntur.

1. f. 83 v-84 r. [**Lauda Fratris Iacobi de Tuderto**].

Tit. « Una lauda de la croce cap.° XXIIII° ». *Inc.* « Fuggo la croce che mi divora ». *Des.* « che la fortuna nollo faccia spezzare. Amen. ». = Tenneroni, *Inizii*, 114. N° LXXV, p. 116, ed. Ferri.

2. f. 84 rv. [**Lauda** eiusdem].

Tit. « Una lauda di Gesocristo cap.° XXV ». *Inc.* « O Cristo omnipotente come siete ». *Des.* « Gesu Xpo e in croce chiavato. Amen. ». = Cf. Tenneroni, l. c. 170. Ferri, n. XLI, p. 57.

3. f. 91 rv. [**Lauda** eiusdem].

Tit. « Questa e una lauda bellissima e divota di Xpo cap.° L ». *Inc.* « O cristo amor dilecto ». *Des.* « di presente rinnovare. Amen. ». Tenneroni, *Inizii*, p. 170.

Cod. n. 1295 (Q. I. 27) chart. mill. 290×210 ff. 74 saec. XV exaratus cum titulis rubricatis. In principio duo inveniuntur folia insitic. chart. pro custodia, quorum secundum indicem continet. Sequuntur alia duo folia membr. scripta, ad alium codicem pertinentia. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle. Adsunt notanda:

1. f. 1 r-25 v. [**Legenda Maior S. Bonaventurae** de S. Francisco italice].

Rubr. « In nome dello Spirito santo incomença lo libro de Miser sancto Francesco preclarissimo electo da Dio. Extracto de gramadega in volgar ». *Inc.* « Aparse la gracia di Dio Salvador nostro ». *Des.* « et questo iocondo testimonio vidente lo veschovo singularmente li anceli dello amicho loro in quella nocte donaron . . . ». = Mutilus in fine.

2. f. 25 r-61 v. [**Floretum S. Francisci** italice].

Inc. « In prima e da considerare chel glorioso miser san Francescho in tutti ». *Des.* « de seguitare in questo mondo che per virtu de le sue plage gloriose nuy meritemo de essere salva⟨n⟩di in paradixo. Ad laude di Xpo Amen. Deo gratias ». = Cf. **Cod. n. 1278.**

(Continuabitur). P. Athanasius López, O. F. M.

DESCRIPTIO RARISSIMAE EDITIONIS

QUAE TRACTATUS CONTINET

DE CORONA SEPTEM B. M. V. GAUDIORUM

Iis quae in AFH IV, 182 promisimus, fidem tenentes, perrarae et non parvi momenti materiam praebentis descriptionem exhibemus editionis, quam Catalogus cl.mi Leonis S. Olschki (1), Bibliopolae Florentini, venalem offert, et nobis humanissimus eques obtulit examinandam.

Externam descriptionem quam Catalogus ipse praebuit antea inserimus, deinde quae ad internam pro re nostra notatu digna sunt visa.

2034. **Corona della Vergine.** CORONA DELLA VERGINE MARIA. | SIVE SETE' ALEGREZE. | S. l. ni d. (Venise, vers 1500), in-4°. Avec 11 superbes figures gravées sur bois et quelques initiales sur fond noir. = [Venit] Fr. 600.

Copinger-Reichling 1808. Voulliéme *4623 (2).

334 ff. n. ch. (sign. ✠ a-z, &, ꝯ, ꝶ, A-Q). Caractères ronds; 36-37 l. et 2 col. Au recto du premier f. l'intitulé cité et un ornement semblable à une couronne de pierreries. Au verso un beau bois au trait, h. 125, l. 80 mm.: le Christ en croix, riche composition animée de 7 figures humaines et 2 anges: bois vénitien. Au recto du f. 2: TABULA | *Incominza la tauola de tut- | to el libro.* | F. 5 recto: PROLOGO | IN NOMINE *aeternae deita | tis indiuiduaeque trinitatis patris | & filii & spiritus sancti. amen. | Incomenza el deuotissimo | libro de li sete alegreci siue de la | gloriosa corona de la beatissima | & imaculata madre del nostro | signor miser yhesu xpo sapientia | de lo eterno padre nouamente | induto e in lingua materna com | posto e uulgarizato per uno ue- | nerabile padre del* ordine glo- | rioso de li frati minori de obser | uantia *soto la bandiera del Se | rafico sancto Francesco za qua | ranta doi anni perseuerato a lau | de de dio...* Le texte est divisé en 7 traités, dont chacun est orné, au commencement, d'une magnifique gravure sur bois. 2 de ces bois sont d'origine vénitienne, le 5 autres ont été empruntés à quelque livre d'heures français. Le 7e traité finit au verso du f. 318; à la page opposée: OPTIMO *Modo de fabrichare la bella e grande Corona | ala gloriosa Regina de le uirgi- | ni uirgine madre maria:.* Au recto du f. 329 se trouve encore une fois le grand bois du Christ en croix. F. 334 recto: *Laus deo & beate ma | rie alleluia.* | FINIS. | *Registro.* | ... Au verso: CORONA DE LA VIRGINE MARIA. | et l'ornement du titre répété.

Incunable d'une rareté singulière et, à peu près, inconnu... Voir les 2 fac-similés aux pages 537 et 538.

Ut divisio gaudiorum et tota libri materia pateat, tabulam submittimus, quae tractatuum rubricas exhibet.

---

(1) *Choix de livres anciens rares et curieux en vente à la librairie ancienne Leo S. Olschki,* vol. 1, Florence 1907, p. 536s. n. 2034.

(2) Adde: Sbaralea, *Suppl.*, p. 60[1]; I, 61[2], n. 359. Hanc ed. notat sub voce *Anonymus Italus,* cui alia tria opera italico sermone exarata tribuere videtur. Sed potius eadem lingua idemque fere argumentum sub uno nomine illa opera adunavit.

F. 2r. *Tabula.* | § *Incominza la tavola de tutto el libro.* | *Nel primo tractato se dira del primo gaudio overo alegreza, cioe como ab eterno fo ordinata la redemptione della humana natura. E como fo ellecta la inmaculata sempre virgine maria per madre degnissima del redemptore. E come assumete carne in essa e de essa.* [Capp. XXXVIII, ff. 5r-93r.]

§ *Nel secundo tractato se tracta del secundo gaudio, cioe como nacque'* (1) *el dolce bambino iesu. Ma prima se dira como essa inmaculata virgine maria essendo graveda del verbo divino ando a visitar sancta helysabeth e del magnificat glorioso cantico, e como nacque sancto zohanne baptista de sancta elisabeth, e esso Cristo de essa intemerata semper virgine maria.* [Capp. XIV, ff. 93v-138r.]

§ *Nel terzo se tractara del terzo gaudio che ebbe nela visitatione e adoratione delli tre magi; ma primo se dira come xpo fo circonciso, poi deli magi, e como fo presentato al sancto templo e cognosciuto da sacto* (sic) *simeone e sancta anna.* [Capp. VIII, ff, 138v-180r.]

§ *Nel quarto tractato se tractara del quarto gaudio che hebbe dela gloriosa resurectione. Ma prima se dira deli smaniosi dolori' chebbe del apassionato e crucifixo fiolo, e poi delo ineffabile gaudio chebbe quanto li aparse gloriosamente resuscitato, e poi come aparse ai apostoli e marie.* [Capp. XXI, ff. 180v-244v.]

§ *Nel quinto se tractara de quinto gaudio, cioe come xpo gloriosamente per propria virtude ascendete in cielo in presentia dela sua madre e deli soi dilecti discipuli e discipule.* [Capp. III, ff. 245r-256r.]

§ *Nel sexto se tractara del sexto gaudio, quando fo mandato e descese el spirito sancto sopra essa virgine maria e discipuli e discipule.* [Capp. V, ff. 256r-274r.]

§ *Nel septimo tractato se tractara del septimo gaudio come fo assumpta in celo. Ma prima se dira come e quanto vivete in questo mondo dapo* (sic) *la escensione del fiolo iesu, e che compagnia ebbe, e come morite e resuscitoe, e come fo assumpta in anima e in corpo e collocata sopra tutti li chori deli sancti angeli.* [Capp. XIV. ff. 274v-318v.]

§ *Poi come e dito in fine de tutta lopera se metera el devoto modo de fabricare la bellissima corona ha essa virgine matre maria.* [ff. 319r-334r.]

§ *Cosi sera terminato esso divoto libro a laude e gloria del eterno Dio e dela virgine Maria.*

§ *Incominzano le rubriche del primo tractato* etc.

Quae rubricae, sive capitum tituli usque ad f. 4v procedunt. Sequitur inde Prologus, f. 5r-7r, qui post verba supra exscripta definitive incipit:

Prologus: | *Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Cant. quarto cap. Se siamo tenuti, dilectissimi e amantissimi in christo yhesu, de laudare e magnificare.* Des. *E pero se poteria domandare questa opera Libro de li sette alegreze, overo libro dela bella corona de la gloriosa sempre virgine maria.* Sequitur Rubr. I tract. eisdem fere verbis quibus supra enunciata est. Incipit tract. I [f. 7r]: *E da sapere secundo la sententia de molti sancti doctori, e maxime del devotissimo sancto Bernardo e de lo illuminato Francescho da Mayrone de lo ordene sancto deli minori.* Neque in prologo neque in totius operis decursu memoria fit de novitio O. F. M. qui huius vel similis coronae exercitium, ab ipsa B. V., uti fertur, primus accepit. (Cf. Wadd. *Annales*, a. 1422, n. 8 ss.).

---

(1) Apostrophus hic et alibi signat divisionem duorum verborum propius inter se adhaerentium.

Singuli tractatus desinunt cum stropha gaudium de quo actum est referente, ex hymno assumpta iam a saec. XIII pro eiusdem generis coronis usitato. Cf. S. Bonaventurae, *Opp.* VIII, 677 s. — I tract.: *Gaude virgo mater christi* (ibi, I gaudium); II: *Gaude quia deo plena...* (ibi, II); III: *Gaude quia quem perdidisti, Illum in templo invenisti, Invenire meruisti In doctorum medio. Gaude quia quem invenisti, Illum in nazaret duxisti Cum amoris incendio;* IV: *Gaude quia tui nati...* (ibi, III); V: *Gaude Christo assendente* (ibi, IV); VI: *Gaude quia te replevit, Cum beatis quos ellegit, Spiritalis unctio.* In fine VII tract. omnes strophae reassumuntur; pro tertio gaudio tamen haec ponitur tantum: *Gaude quia magi dona...* (ibi, nota ultima). *Des.* tract.: *Per lo septimo | Gaude quia post ipsum scandis...* (ibi, V) *Oratione | Ubi fructus ventris tui* (ibi, repetitio ad singula gaudia)... *In perhenni gaudio | Amen. alleluya alleluya alleluia* (1).

Plures alii rhythmi italico vel latino sermone rebus tractatis inserti inveniuntur. F. 113v-4r: *Nela degna stalla delo dolze bambino* (Tenneroni, *Inizii* [cf. AFH II, 499], p. 159, n. [locus initii in eadem pagina] 1; f. 114: *El verbo e fato carne de la virgine maria* = versio rhythmi latini: *Verbum caro factum est de Virgine Maria* (Chevalier, 21348; Mone, 51, quin tamen cum textu ibi dato plene còncordet); f. 114v: *Di Maria dolce con quanto desio* (Tenneroni, 98 n. 10); f. 117v: *In natale domini gaudent omnes angeli* (Chevalier, 8698); f. 118r: *Laudiamo lamor divino* (Tenn. 142 n. 9); f. 141v-2r: *O dolce amore iesu quando sero* (Tenn. 173 n. 3); f. 295r-7r.: *Canti zoiosi e dolce melodia* (Tenn. 74 n. 1). Cap. III, tract. I, f. 12v, versio inseritur Maiorum Antiphonarum adventus: *O Sapientia* etc. F. 21 strophae italicae adsunt quibus septem mulieres veteris Testamenti, sua quaeque prece Deum adprecatur ut mater Redemptoris fiat. Apud Tenn. 212, n. 3, initium habes secundae strophae, quae Sarae tribuitur, ordine id est quo in codd. saec. XV pluries inveniuntur: *Per nostra colpa voy ne damnasti;* hic vero ab Eva incipitur incomptis stropha et versibus: *Signore da voy vengo pero che io sono quella per la quale ogni male venne. Ma per la vostra infinita clementia piaceve acceptare la colpa mia e cavarne de tanta tenebria* » Stropha pro B. Virgine proinde hic omittitur. Plurimas tamen prosas rhythmicas ad modum antiphonae passim invenies ad finem operis: *Optimo modo de fabrichare la bella* etc. f. 319-34, inter quas noto f. 328v sequentiam *Stabat Mater.*

In tract. I, capp. XII-XX, ff. 25r-44r, integer includitur tractatus de Immaculata Conceptione B. M. V., cuius fontes facile indicari possunt in coaequalis B. Bernardini de Bustis operibus de eodem argumento (2). — In tract. IV, capp. III-XIV, ff. 192v-220v dolores exponuntur quos B M. V. tempore passionis D. N. I. C. sustulit, quique in 15 sunt divisi: 1° persecutio Hebraeorum; 2° Christus mortem suam matri revelat; 3° captus; 4° flagellatus; 5° coronatus; 6° damnatus; 7° ad mortem ductus; 8° cruci affixus; 9° *Mulier, ecce filius tuus* etc.; 10° *Sitio;* 11° *emisit spiritum;* 12° latere transfixus; 13° e cruce ablatus; 14° sepulchro immissus; 15° inde B. V. discessio. — In VII tract., qui totus circa assumptionem B. V. volvitur, duo capita doctrinam de huius mysterii veritate

---

(1) Easdem strophas invenies apud Mone, *Hymni latini Med. aevi*, Friburgi Brisg. 1854, nn. 254-60, passim, ubi tamen strophae quas integras dedimus. desiderantur. Cf. Chevalier, *Repertorium hymnologicum,* I, 7013 ss.

(2) Cf. *Bibliographia seu Bibliotheca Franciscana de Imm. Conc. B. V. M.* in *Acta Ordinis Fratr. Min.,* XXXIII, 1904, p. 463; seorsim edit. Ad Claras Aq. 1904, 36s.

explicant: cap. VII, f. 297r-300r: *Come se prova per molte rasone che la gloriosa virgine maria e resuscitata gloriosamente in anima e in corpo;* cap. XIV, f. 314r-318v: *Alcuni auctoritade de essa gloriosa assumptione de essa felice e sanctissima virgine maria.*

Auctoritates, quas citat A. vel a quibus dependet, sunt: evangelia apocrypha, quae narrationem vitae M. V. plurimum informant, quin tamen evangelia ipsa citentur; immo Auctorem a secundario fonte omnia derivare nonnulla probant (cf. f 109r, ubi citat Fr. Bartholomaeum Pisanum pro loco qui in Proto-evangelio Iacobi invenitur (1). Adducitur testimonium 12 Sibyllarum adventum Christi prophetantium, tr. II c. XI, f. 124v-128r. Inter Doctores scholae franciscanae A. citat Scotum (f. 25r, 36v), Petrum Aureolum, Lyranum ad quaestionem Immaculatae Conceptionis (36v), saepius Franciscum de Mayronis (f. 7r, 31v, 36v, 315r etc), Alexandri Alensis opus super Cantica (f. 314v): S. Bonaventuram ne semel quidem. Auctor denique praedilectus huius operis scriptoris est Ubertinus de Casali, eiusque opus *Arbor vitae crucifixae Iesu* (2), cuius sententias saepissime in medium affert (110r, 139v, 168v, etc.), immo fere integra capita, in vulgare versa, sibi transcribit. C. XXXII tr. I, f. 63v-75r: *Como il sanctissimo fiolo de Dio assumete carne humana dela inmaculata sposa virgine maria,* ff. 70r-73r vertit quae *pone el devoto Ubertino de casale ne lo titulo yhesus emissus celitus ne lo primo libro a la fine de lo octavo capitulo,* id est a f. 4rb huius capitis usque ad finem; ubi tamen phrasim addit, qua Auctorem nostrum non editione sed aliquo manuscripto usum esse dignoscitur, simulque editionem a versione compleri: *E se ho dito como doveva pregote christo che da ti sia aprovato e da li toi* (desinit edit.). *Se anchora non ho dito quello che doveva perdoname tu cristo e li toi.* — Tract. III c. VII, ff. 166r-170r, de fuga in Aegypto, inserit f. 166v-7r 1^am^ columnam fere integram cap. VI, lib. II: *Iesus infans fugatus.* — C. I tract. IV, f. 181v-7r, sic inscribitur: *Como fo incomprehensibile lo dolore che hebbe cristo in questa presente vita secundo Ubertino;* et est versio integri cap. IX, l. IV, *Iesus futura previdens, Iesus orans prostratus.* — Denique cc. VII-XIII, tract. VII, ff. 300r-14r, versio pene litteralis sunt cc. XXXVII-XLI id est ultimorum 4 lib. IV ipsius *Arboris vitae,* de assumptione et glorificatione B. V.; quod indicat Auctor rubrica cap. VII: *Prohemio de Ubertino nel tractato dela gloriosa assumptione dela virgine matre maria.* — Habes igitur in hoc libro primam versionem partialem typis editam celeberrimi operis Fr. Ubertini de Casali, et pro ll. I et II, usque nunc, quod scimus, unicam (3); quod novissimos etiam Fr. Ubertini historiographos penitus effugerat.

Expletis 7 tractatibus, incipit *Optimo modo de fabrichare la bella e grande corona....,* f. 319r; quem modum sive methodum, cum longior et minime simplex sit, nunc brevi explicare omitto, sperans me hoc esse daturum statim ac alia eiusdem generis opuscula, quae plurima antea vel saec. XV et XVI confecta exstant tum manuscripta tum typis edita, examinare et invicem conferre mihi fas fuerit. Hic tantum refero Anonymum non sequi divisionem septem gaudiorum, quae iam illustravit; sed nova specie ductus, coronam artificiose effingit circulo con-

---

(1) Cf. I. Alb. Fabricius, *Codex apogryphus novi Testamenti,* Hamburgi 1719, p. 103. (2) Venetiis 1485.

(3) Bibliographis nota tantum est, typis excusa, versio IV libri: *Il quarto libro del R. P. Ubertino da Casale... tradotto per il padre fr. Lorenzo da Foiano dell'ord. de Predicatori,* Foligno 1564. Cf. *Miscell. Francesc.* I, 1886, 171s.

stantem, cruce et decem radiis, pro quorum singulo meditationes, lectiones, preces, laudes etc. suppeditat, pene infinitas. Desinit haec methodus et liber, f. 333v-4r: *O anima fidele e divota.... pregoti per caritade de non ti domentichare de pregare essa gloriosa virgine* (f. 334r) *maria.... per quella povera e meschina anima, la quale per gratia de essa... a posto insciema cum parole e in scripto questa bella fabrica acio che conseguischa lo effecto dela perfectissima opera. A laude e gloria de essa Imperatrice e regina celestiale v. m. matre... de lo glorioso yhesu... El quale sia laudato regratiato in secula seculorum.* | *Amen Amen Amen* | *Laus deo et beate virgini mar* | *ie alleluia.* | *Finis.*

De auctore huius libri nihil aliud ex ipso opere erui potest, quam e veneta regione eum fuisse (veneto enim vernaculo, ut lectoribus iam patuit, operis vulgare idioma est permixtum) eumdemque aliqua usum esse familiaritate cum B. Angelo a Clavasio. Nam postquam latino et vulgari sermone exscripsit decretum Synodus Basiliensis a. 1439, quod Immaculatam Conceptionem B. V. M. proclamat (f. 41v-43r), addit: *El beato patre fratre Iacobo de la marca scrivendo una lettera ad uno di nostri patri dice in essa havere visto uno transumpto autentico de essa bolla, e che crede essere ha capistrano ne li scripture de lo beato patre Zoanne da capistrano; la quale copia io ho vista e lecta. El reverendissimo p. f. Angelo di chiavascho, p. v. g. reverendissimo, ha dito a mi haver veduta essa bolla piombata e autentica, e questo me disse del 1492 adi 13 de febraro* (1). *Per questa adoncha bolla* etc. Haec unica adest nota personalis in totius operis decursu.

Indoles tandem operis, potius quam doctrinalis, est ascetica et affectibus redolens. Disquisitionibus theologicis, methodo scholastica instructis, non caret, ex quibus nonnullas notavi; sed devotionis argumenta praeeminent, quae ardens animi fervor pervadit. Ad dramatis formam saepe narratio assurgit, multis cumulata phantasticis circumstantiis, tempori tamen non alienis; et inter diversas quas inserit laudes, devotas et populares cantiones, ipse Auctoris sermo pios cantus aemulatur. Coronidis ergo sequentem locum transcribo, indolem totius libri meis verbis evidentius praebentem. Ex cap. V tract. III, in quo postquam Iesu praesentationem in templo auctor narravit, vitam domesticam sacrae Familiae describere nititur, f. 159v-160r: *Retornati adoncha ala inmaculata virgine maria e sancto Ioseph cum lo sanctissimo fantino Ihesu in nazaret, pensa anima fidele que consolatione e gaudio e contentamento haveveno questi doi ellecti de lo altissimo e soi amici e parenti cum el suo dolze e belissimo e sanctissimo bambino yhesu. Io penso che molte volte el corteso yesu per tenereza de amore de la inmaculata matre li gittasse alo collo li soi divini brazoli e*

(1) Potestne ex his relatis circumstantiis aliquid pro tempore, quo opus conscriptum sit vel etiam editum, deduci? P. Angelus a Clavasio, qui hic Vicarius Generalis vocatur, iam ab anno 1493, mense maio 26, ex hoc officio cesserat et a. 1495 e vivis est sublatus. Determinatio quoque diei *(13 de febraro)*, quo colloquium inter A. et B. Angelum habitum esse dicitur, tempus proxime elapsum indicare videtur. Inter annum ergo 1492 et 1493 ante maium mensem haec scripsisse Anonymus noster dicendus esset. Num etiam editus liber intra hoc temporis spatium sit, aliis relinquimus definiendum. Notamus Reichling, loc. cit., asserere praesentem editionem « non iam saec. XV » esse; at interna operis indicia ad tempus quo typis idem sit proditum determinandum, aliquid, quod non esset negligendum, conferre censemus.

la basasse dolcemente dicendo: Mamma bella, Matre sancta, Regina inmaculata, dame la dulcissima popa. E penso che essa cordialissima matre tuta strugesse in amore de esso cordialissimo fiolo yhesu. E per uno baso che recevesse dal dolce fiolino, ne desse deci dicendo cum ineffabile dolzeza: Fiolo mio sanctissimo, Oro mio gratiosissimo, Patre mio reverendissimo, Signore mio clementissimo, Sposo mio cordialissimo, Vita mia bella, Anima mia dolze, Speranza mia certa, Conforto e salute mia maxima. Et questo dicendo lo basava et rebasava cum summa reverentia e ineffabile dolzeza e gaudio. Poi li dava la sanctissima popa piena de late celeste. O quante volte tetando el dolze yhesulino poneva quelle sanctissime mani che fabricareno el cielo ali immaculate mameli dela gaudiosa matre cum guardi liza-(160r)*dri e divini, penetrativi del core materno, piu delectevoli che la aurora e piu iocundi chal el levare del sole. O anima, stalli apresso inzenuchiata cum summa reverentia e sincero e puro amore, cum li mani gionti e cum la testa inclinata, e contempla vivamente e ferventemente queste devotissime e amorevole cose cum molte altre che sono difficile a dire et scrivere. Poi contempla la immaculata madre cum summa diligentia ministrare et servire alo suo dolze fiolo e signore. Poi vede el fantino yhesu consolare la sua dilecta matre e ariderli in fazia cum iocundeza ineffabile. Poi contempla sancto Ioseph contemplare cum solicitudine e amore e devotione tutti li acti e dela inmaculata matre e delo innocentissimo filiolo cum stupore et extasi. E vedelo usire fora de si per vehementia de gusto de la dolzeza divina. E vedelo qualche volta per excesso de amore tore el dulcissimo filiolo de dio e dela virgine cum summa reverentia neli soi brazi e dolzemente basarlo e poi meterselo suli zenochii e cum lui recrearsi. Alo quale vede che lo dulcissimo yhesulino da infiniti e ineffabili consolatione. Ma non te dimenticare la matre; la quale non se deslonga da loro ma sta inzenochiata apresso a lo bambino e li fa careze e festa. O quante volte essa gaudiosa matre, e dormendo e vegiando e tentando* (!) *esso fioliolo yhesu, lo contemplava cum ineffabile leticia e summo gaudio dicendo: Amore mio, a ti tutta mi do. Io penso che pensar non se posa li infinite consolatione e piaceri che havevano essa matre inmaculata cum sancto Ioseph de loro signore filiolo Ihesulino grande e picolino cum li soi amici e parenti* etc.

P. Benvenutus Bughetti, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. *Die Sächsische Franziskaner–Provinz vom Hl. Kreuze. Jahrbuch 1906, herausgegeben vom Provinzialat zu Düsseldorf.* — Düsseldorf, L. Schwann 1906, in–4° 154 pp.
2. *Jahrbuch der Sächsischen Franziskaner–Provinz v. Hl. Kr. herausg. v. Prov. z. D.* — Ibid. 1907, in–4°, [II], 150, (151–249) pp. — (4 Mark).
3. *Beiträge zur Geschichte der Sächsischen Franziskaner-Prov. v. Hl. Kr. her. v. Prov. Separatausgabe des Jahrbuches 1908.* — Ibid. [1909] in–4°, [II], 134 pp. — (4 M.).
4. *Beiträge....* [uti sub. n. 3].... *Kr., herausgegeben im Auftrage des Provinzialates von* P. PATRICIUS SCHLAGER O. F. M. *II. Band. Jahrgang 1909.* — Ibid. [1910], in–4°, 192 pp. — (6 M.).

Inde ab anno 1903 Provincia Saxonia O. F. M. S. Crucis typis vulgavit Annuarium quemdam, qui de eventibus praecipuis singulos per annos, de laboribus sive in cura animarum sive aliis in campis a FF. Min. Saxoniae peractis, atque de statu et progressu singulorum conventuum concisam relationem continebat: *Die sächsische Franziskaner-Provinz vom Hl. Kreuze. Jahresbericht 1903 herausgegeben vom Provinzialat zu Düsseldorf.* Düsseldorf L. Schwann, 1904; in-4°, 48 pp. Cuique annuario adiecta quoque est tabula Missionum internarum, quas Patres per Provinciae fines plurimis in parochiis habuerunt, necnon et subnectuntur quaedam de Missionibus exteris, praesertim in Brasiliae Provinciis S. Antonii et B. M. V. Immaculatae a Saxonia resuscitatis, atque in Sinis. In fine demum leguntur Necrologia Patrum et Fratrum per annum pie in Domino defunctorum. — Eodem quoque modo disponitur Annuarius pro 1904. *Die sächsische Franzisk.-Prov... Jahresbericht 1904*, ibid. 1905, in-4°, 69 pp. Ibi legitur v. gr. necrologium P. *Ignatii Jeiler*, qui ad Claras Aquas obiit 9 dec. 1904 (64-9). — Die 16 april. 1904 concreditus fuit Prov. Saxoniae Vicariatus Shantung Septent. (54). — Annuarius an. 1905, *Die sächs. Franz..... Jahresbericht 1905*, in-4°, 122 pp., ibid. Düsseld. Tageblatt, [1905], relationibus singulorum conventuum, tunc numero 25 Prov. Saxoniae, quasdam inseruit notas et documenta historica eorumdem. Occasione enim *Memorialis, quod de renovatione Provinciae Saxoniae* (inde ab an. 1830 sqq.) conscripserat P. Ignatius Jeiler (1), Superiores Prov. Saxoniae, quibus moderantibus annuariae relationes prodierant, consilium ceperant notitiis quoque et

(1) *Beitrag zur Geschichte der sächsischen Franziskanerordensprovinz vom hl. Kreuze, herausg. v. Provinzialat (Manuskript)*, Düsseldorf, Schwann, 1904, in-8°, 40 pp.

documentis historicis Conventuum fata illustrare (67). Hanc ob causam p. 7-15 quaedam vulgata sunt documenta: *Luctuosa delineatio Prov. Saxoniae*, circa an., uti videtur 1820 (7-11), et *Acta Provinciae an. 1847*, occasione Capituli Prov. in Wiedenbrück auctore P. Ferd. Volbach (11-15). — Aliae quoque notitiae historicae per hunc fasciculum sparsae sunt, v. gr. *Diploma*, quo *P. Caspar Schmitz* O. M., decanus facultatis theologicae Universitatis *Heidelbergensis*, 17 dec. 1796 R. P. *Marcellinum Molkenbuhr*, O. M., doctum et celebrem, SS. Theologiae Doctorem creat (28-9). — P. 55-58, occasione relationis de Collegio Seraphico in Harreveld (cf. AFH III, 175 s.) vulgantur: *Regulae ac privilegia pro liberalium artium Professoribus* in gymnasiis Prov. Saxoniae, quas statuit P. Albertus Watringa, Min. Prov. 7 nov. 1675. Sequitur in fine relatio de FF. Minoribus Prov. Saxoniae in Brasilia (79-119) de qua vide infra in *Chronica*. Notandum relationes Conventuum etiam de Confraternitatibus etc. et imprimis de Tertio Ordine modo in ecclesiis conventuum exsistentibus quaedam referre. Plures insunt imagines etc. conventuum.

1. Iuxta an. 1905 constituta, una cum titulo qui inscribitur *Liber Annuarius*, pro *Relatione annuaria*, an. 1906 auctus fuit etiam tenor *Annuarii* Saxoniae atque in duas partes divisus, scil. I: *Quellen und Studien*, (7-63) et II: *Jahresbericht*, 65-154, modo solito de conventibus (65-108) et Missionibus internis (109-115) et externis (116-146) necnon et de Fratribus defunctis (147-154) narrantem. — Pars I haec continet: 1°) *Ein Bruchstück der ältesten Chronik der sächsischen Franziskaner-Provinz*, 7-13, i. e. ultimam partem Chronicae Fr. Iordani de Yano, quam idem R. P. Leon. Lemmens, denuo tersius edidit in hoc AFH III, 50-4. — Tunc R. P. Patritius Schlager (cf. AFH III, 758), quo moderante abhinc haec pars prior Annuarii Saxoniae prodit, breviter, fontibus non notatis, de Fr. Iohanne de Plano Carpinis, qui 1232-38 Minister Prov. Saxoniae fuerat, disserit (14-22): *Johannes aus Piano de Carpine. Ein Franziskanermissionar des 13. Jahrhunderts*, et R. P. Caietanus Schmitz, O. F. M., biographiam texit Fr. *Hugonis Linderath*, (1828-1905), Fratris laici Prov. Saxoniae, et celebris sculptoris, qui ornavit praesertim maiore altari magnifico lapideo, styli gothici, et *Via Crucis* ecclesiam conventus Düsseldorpii. Plures statuae ab eo sculptae in effigiebus inibi exprimuntur. — Tertia dissertatio biographiam dat R. M. *Theresiae Reigers* (1838-1905), abbatissae piissimae et insignis monasterii Clarissarum Monasterii Guestphalorum: *Mutter Aebtissin M. Theresia Reigers. Nach Aufzeichnungen des Klarissenklosters in Münster*, 55-61. — R. P. Patr. Schlager, edit *Ordinationes* de relationibus, chronicis, archivis etc. factas circa an. 1660 a Natione Germano-Belgica (23-4) et *Ordinationes Scholasticas de anno 1798*, quas dederat P. *Marcell. Molkenbuhr*, tunc Min. Prov. Saxoniae (50-51). Quae idem R. P. Director brevius exponit de bibliographia historica Prov. Saxoniae (62-3) colligenda et in sequentibus Annuariis evulganda optime statuta sunt, sed nondum effectui mandata. — P. 149-151 est Necrologium Fr. *Hugonis*, sculptoris, de quo supra l. 32-6.

2. Relate ad partem alteram Relationes anni 1907 continentem (153-249), ubi plura de Missionibus in Brasilia (204-45), prima pars quae ibi intitulatur: *Pars scientifica*, longe magis excrevit in Annuario 1907, (1-150). Haec pars etiam separatim publici iuris facta est, ne disquisitiones de historia conventuum et documenta in Annuario abscondita laterent. In hoc R. P. Leon. Lemmens: *Eine Kapitelstafel unserer Provinz aus dem Jahre 1472* (1-3) evulgat tabulam Capituli Prov. Obser-

vantium Saxoniae, quod 1472 in Conv. Cellensi tenuit P. *Henningus Sele* (cf. AFH II, 99). Conventus Observantium tunc ibi erant 16, de quorum reformatione plura addit cl. editor (8-9). — R. P. PATR. SCHLAGER, *Zur Biographie des Theodorich von Münster,* (O. M. Obs., 10-33) doctis cum notis edit (15-33) vitam istius scriptoris et concionatoris celeberrimi. Prov. Coloniae (cf. AFH III, 759), quae a P. *Jac. Polio,* O. M. an. 1654 pro Bollandistis conscripta, nunc adservatur Bruxellis in Bibl. Reg. MS. n. 8917 (Collect. Boll. 11 dec. 255). P. 15 l. 20 lege *insulsum* pro *infulsum.* — IDEM. Historiam Conventus Lubecae olim existentis, ab an. circ. 1225 usque 1531, quo Protestantes in eo scholas instituere, narrat: *Zur Geschichte des Franziskanerklosters in Lübeck,* 52-72. Partes quaedam conventus adhuc supersunt gymnasio et bibliothecae municipali inservientes, dum ecclesia conventus an. 1335 renovata et S. Catharinae dedicata cultui adhuc inservit protestantico. Societati domicellorum « *Junkerkompagnie* » addicta erat Capella circuli (*Zirkelkapelle*) (54-6), iuxta quam « societas pistorum » altare habebat (57) etc. Post an. 1462 pluries attemptatum fuit Observantiam in conventum inducere, sed frustra (60s.). In hoc residebat ordinarie custos Custodiae Lubecensis (61). Duo sigilla diversa Conventus, vulgo ad « *grawen broderen* » dicti, noscuntur (62). In eo 1368-80 lector fuit Fr. Dietmarus (Costerboek) et forsan idem ac Min. Prov. Saxoniae (1388-94) cf. (AF II, 218), chronista urbis Lubecensis. Hic, rogantibus urbis aedilibus, *tres chronicas* urbis conscripsit I: 1105-1276; II: 1105-1386; III: 1101-1395 (1400), quas ed. K. Koppmann, *Chroniken der deutschen Städte,* Lübeck, I-III, Leipzig 1884-1902; cf. Potthast, *Bibl. hist.,* I², 374. Confrater eius anonymus eam continuavit 1400-13; Koppmann, II, 127-165.

De litibus inter episcopum Lubecensem atque FF. Minores Praedicatoresque circa ius sepulturae etc. (70-1) annis 1277-1280 ac denuo 1297-1308, cf. Koppmann, l. c. II, 323-332. Anno 1466 episcopus Fratribus Min. prohibuit, ne personas quascumque in IIIum Ordinem reciperent (1). — Narrationem de Conv. Lubecae cf. AF III, 235-7 (62-3); addimus aliam formam eiusdem haberi in *Cod. Assisiensi* 442, e qua illam hic edemus; aliamque narrationem de eodem conventu inveniri ap. Iohannem Vitoduranum, *Chronicon,* ed. Eccardus, *Corpus hist. med. aevi,* I, Francof. et Lipsiae 1763, 1783-85; ed. Wyss, Zürich 1856, 64-6: tertiam quoque, sed mancam in Cod. Gymn. Schneebergensis, I (A 15 fol. 107 r.

R. P. BEDA KLEINSCHMIDT, O. F. M. *Der romanische Tragaltar zu Paderborn* (34-45) describit altare portatile circa an. 1100 arte confectum in monasterio O. S. B. Helmwardshausen, et modo in Conventu O. F. M. Paderbornae adservatum. — IDEM. *Ein Reliquienverzeichniss und der Kirchenschatz des Barfüsserklosters zu Fritzlar aus dem Jahre 1528,* copiosum catalogum reliquiarum, quas an. 1528 a FF. Minoribus *Fritzlariensibus* emit Card. Albertus archiep. Moguntinus, edit denuo ex op. *Studien aus Kunst und Geschichte Fr. Schneider zum 70. Geburtstage gewidmet,* Freiburg 1906, 119 ss., ubi Dr. J. Kissling hunc catalogum vulgaverat ex Archivo Herbipolensi (Magunt. Episc. 3035 K. 950). — *Nomina Franciscanorum exsulum* [praecipue Gallorum et Belgicorum] *ab an. 1794 ad an. 1796* in Prov. Saxoniae commorantium edidit

(1) P. 71; *Urkundenbuch des Bistums Lübeck,* I, 1856, n. 208 ubi vetuit, ne quemdam « *myt grawen clederen efte andere varwe* [coloris] *butenwendich* [exterius] *noch mit schepeleren unde kerden* [chordis] *bynnenwendich in sodane regelen unde levend der penitenten* », reciperent. Cuius vetiti causa ignoratur.

R. P. AUTBERTUS GROETEKEN, O. F. M. (73-8). P. 76 legendum coniicio: *Prov.* [*ad*] *Mosam* pro *Brisam*. — In commentario *Beschreibung zweier Predigtwerke aus dem Mittelalter,* (79-82) R. P. FERD. DOELLE, O. F. M. describit breviter Ioannis Mindensis, Min. Provincialis Saxoniae (1396-1406), *Quadragesimalis partem II,* scil a dominica: *Oculi* [III^a Quadrag.] usque ad Parasceven in Cod. Theol. in-fol. 62 (al. 7; 137) Bibliothecae publicae Luneburgi, (79-80) et eiusdem *Postillam* sermonum in epistolas dominicales a Dom. II Adventus usque ad Caenam Domini in Cod. theol. in-fol. 61 (al. 8; 138) eiusdem Bibliothecae. — R. P. CAIETANUS SCHMITZ, O. F. M., *Die Gründung des Franziskanerklosters in Düsseldorf* (83-111) fuse et belle ex actis narrat, quomodo Conventus novus Dusseldorpii fundatus sit an. 1853, ope praeclara et unanimi civium. Alius Conventus O. F. M., Provinciae Coloniae, ibi fuerat 1661-1803, cuius aedificia cesserunt parocho, scholis et Academiae Artium; ecclesia vero secunda parochia urbis effecta erat. — Cl. D. WILH ZUHORN, historiam Conventus Warendorpiensis exponit: *Geschichte des Franziskanerklosters zu Warendorf,* (112-141), ab an. 1628 usque ad an. 1887, scil. eius restitutionem, cum an. 1875 suppressus fuerit. — Demum p. 142-151 R. P. L. LEMMENS aliqua opera recenset, quae ad historiam Prov. Saxoniae faciunt. — In parte altera notamus (256-8) necrologiam R. P. *Kiliani Hille,* Dr. Phil. et Lic. Theol. (1864-1907), qui in editione *Operum Omnium* S. Bonaventurae ad Claras Aquas (1887-1904) incubuerat et Indicem in tomos I-IV confecit (1901).

3. Ab anno 1908 *Liber annuarius* duabus partibus, prorsus distinctis prodit, quarum altera inscribitur *Jahresbericht de sächs. Franziskanerprovinz v. hl. Kreuze, 1908,* ibid. [1909] 62 pp. solitas relationes etc. continens, e cuius Necrologiis (52-61) notamus eam R. P. *Ireneaei Bierbaum* (1849-1907), insignis moralistae, qui denuo edidit opera PP. Sporer et Elbel etc. Deest ibi bibliographia, desunt quoque plurimae notae chronologicae praecisae. — Parti priori Annuarii dehinc titulus praefigitur: *Symbola ad historiam Provinciae FF. Minorum Saxoniae S. Crucis.* Annuarii director, R. P. PATR. SCHLAGER, *Inschriften auf Chorstühlen in mittelalterlichen Franziskanerkirchen* (1-15) evulgat inscriptiones in stallis Chororum Conventuum O. F. M. Illa Conv. *Berolini* (fundat. ante an. 1250), enumerat 34 Ordinis Provincias, 6 Vicarias, cum numero Conventuum primi (summa: 1733) et secundi Ordinis (summa: 452), qui insimul 2185 erant. Depicta fuisse videtur haec series c. an. 1400, ita ut coaevae forent seriei Pisanae, AFH I, 22, a qua tamen discordant. — Alia Series Provinciarum, cum pluribus notitiis historicis circa Conventus et Ordinem FF. M. etc., picta est in stallis Conv. in *Görlitz* an. 1484 (fund. 1234), sed male laesa est. Accurate enumerat Conventus 83 Custodiasque 11 Saxoniae: « *Ordo... habet XXXIII* [legas XXXIV] *Provincias, Vicarias VII, Custodias CCXL, Loca Fratrum MDCCXLIII et eo iam multo amplius, loca vero S. Clare CCLII, et sunt sic MMCLXXXIII* ». — Inscriptiones Conventus in *Oschatz* saeculi XV enumerant 2283 Conventus O. M. et S. Clarae 452.

Epigraphae Conventuum in *Wismar,* et *Greifswald,* (8, 10, 15) notitias potius locales exhibent. — P. 7 l. 11; p. 14 l. 8 consecrator ecclesie O. M. Gorliciensis ep. *Ebronensis* fuit de quo cf. Eubel, *Hier.*, I, 283. — P. 14 n. 19 l. 3 leges « Fratrum *Martyrum* de Ord. Min. ». — Conventus XI Custodiae Thuringiae, (6 not. 9), videtur fuisse *Mellenbach,* non *Molmke.*

R. P. L. LEMMENS, *Das Franziskanerkloster zu Nordhausen* (16-28), historiam Conventus Nordhusani FF. Min. Conv. adumbrat (1226-1525),

usus praeprimis documentis Archivi municipalis dicti oppidi. Proponit litteras indulgentiarum, Confraternitates, 7 domus terminarias (20), lites cum clero parochiali, conventionem FF. Minorum cum FF. Praedicatotoribus circa dies quibus utrisque praedicare licebat (22-3), nomina plurium Fratrum (23) et Guardianorum (24-5). Aedificia destructa fuerunt 1805. — Documenta ipsa si auctor edidisset, gratior et utilior fuisset dissertatio. Epistola Gundisalvi 12 febr. 1310 non solum ad Saxoniam sed et ad alias Provincias directa erat; AF II, 116; Wadd. 1310, n. 8 (VI². 172-3). — In com. *Zur Geschichte des Klosters Halberstadt* (56-64). B. P. Adiut. Rhode, O. F. M., edit breves notas chronologicas de Conv. Halberstadensi (56-7); R. P. Henr. Haddick, O. F. M., epistolas 8 edit (57-63) annorum 1614 et 1615 illinc ad Prov. Coloniae missas, ut conventui isti, unico tunc superstiti Saxoniae, opem afferret Colonia; denique R. P. Patr. Schlager, pauca (64) refert de picturis in stallis chori exeunte saec. XVII factis, Vitam repraesentantibus S. P. N. Francisci. — In *Beiträge zum Studium und zur wissenschaftlichen Tätigkeit der Franziskaner zu Erfurt, I. Teil: Von der Gründung des Klosters bis zum Ausgang des 13. Jahrhunderts,* (65-96) R. P. Ferd. Doelle, O. F. M., de historia Conv. Erfurtensis per saec. XIII agit. Fundatus certo est iuxta Iordanum, n. 39 an. 1224, sed praesertim A. tractat de Fr. *Helwico,* O. M. lectore Erfurdiensi et Magdeburgensi, cuius « *Denarius sive decachordum... valde devotus* » primum editur 87-96 e Cod. Berolin. theol. in-fol. 501. Incip. *Convertere anima mea.* Est tractatus asceticus gratias Deo ob beneficia collata agens pie et dulciter. Quaedam extrahit (71-6) ex tractatu *De dilectione* in Cod. Vratislav. I. F. 280 fol. 65 b-92 b. Incip. *Magister quod est.* Quibus inter se collatis (71-6) concludit P. F. D. utriusque auctorem Helwicum fuisse, illum, qui Erfurti obiit 28 sept. 1252, qui etiam (77-80) *Lombardum metricum* composuerit, in cod. Berolin. theol. in-fol. 315. Ab hoc differre dicit autem Fr. *Helwicum de Germar.*

Similitudines autem inter tria illa opera eadem unius esse auctoris probabile aliquatenus facere poterant, sed non probare, cum plures res inter tractatus aequales indolis generalioris sint. Addimus vero Helwicum de Germar fuisse O. F. Praed. non Min., cf. Preger, *Gesch. d. deutsch. Mystik,* II, Leipzig 1881, 152 ss., 439 ss. Cum insuper constet Helwicum auctorem Decachordi fuisse O. Min., ipso teste (93), addimus etiam auctorem tractatus *De dilectione* certe fuisse Gelwicum O. Praed., ALKG II, 231; Quétif-Echard, *Script. O. Praed.,* I, 511; immo tractatus iste in Cod. Vratislav. non est nisi pars prior tractatus *De dilectione Dei et proximi,* qui falso inter *Opera* S. Thomae Aquin. editus est; edit. Parisiensis (Vivès) XXVIII, 324 sqq.; ed. Parmen. XVII, 1864, 235-65 (-84). Nec in Cod. cit. auctor dicitur O. F. M., sed neque auctor *Lombardi metrici,* qui proin dubius remanet. — P. 81-86 accurate ea enumerat quae cl. Holder-Egger, ap. *Monumenta Erphesfurtensia,* Hannoverae et Lipsiae 1899, 486-723 ediderat tanquam Anonymi Erfurdensis O. F. M. scil. *Chronicam Minorem* eiusque continuationes 486-704, *Indiculum Ordinum religiosorum,* 707-11 atque: *De ordinatione ecclesiae el missae,* 711-23.

R. P. Caietanus Schmitz, O. F. M., in commentario suo *Zum Jubilaeum der Ordensprovinz vom Hl. Herzen Jesu in Nordamerika* (97-112), usus etiam archivo Prov. Saxoniae, e quo ignota quaedam pandit, initia Provinciae SSmi Cordis in Statibus Unitis, Saxoniae filiae, exponit iuxta librum de quo cf. AFH III, 378. — Statuam S. Annae « *Selbdritt* » dictam, i. e.

S. Annam cum B. M. V. et Iesu Puerulo, in Conventu Dorstensi, saeculi XV describens: *Die St. Anna-Selbdritt im Franziskanerkloster zu Dorsten* (26-35), necnon et aliam in Conventu Attendornensi, R. P. Beda Kleinschmidt, O. F. M., plures congerit notitias de S. Annae festis tum extra tum intra Ordinem O. Min. P. 28 l. 17 lege *Vicarii Glis Angeli de Clavasio*. — In *notitiis minoribus* R. P. Patr. Schlager, enumerat (113-4) studentes et Professores O. Min. in Universitate Gryphswaldensi (1456-1487); edit (114) Statum Prov. Saxoniae an. 1670; R. P. Autb. Groeteken, recenset (114-9) Professores in Gymnasiis Prov. Saxoniae archidioeceseos Monasteriensis Guestphalorum 1776-1802, et Professores Prov. Saxoniae Universitatis Monasteriensis 1776-96, (119-21), additque notas ad *Exsules* in Saxonia moratos; cf. supra p. 374-5. Demum adest brevis bibliographia, auctore R. P. Leon. Lemmens (131-4). — P. Matthaeus Schneiderwirth, O. F. M., notat obiter (130) in ligatura libri bibliothecae Conventus O. F. M. Dorstenae 4 folia celeberrimi poematis Wolframi « *Parzeval* » detecta esse. — De diss. R. P. Autberti Groeteken, O. F. M., *Das ehemalige Kloster und Gymnasium der Franziskaner zu Recklinghausen*, 36-55, iam diximus; alia enim in forma, licet re eadem prodiit (in-8°, 50 pp.). Cf. AFH III, 375. — Caeterum plurimae ex dissert. Annuarii seorsim quoque prodiere, forma utique non mutata.

4. In Annuario an. 1909 paucae sed longiores et graviores dissertationes continentur. R. P. L. Lemmens, *Die Provinzialminister der alten sächsischen Provinz*, (1-12) catalogum exhibet Ministrorum Provincialium Saxoniae ab anno 1230-1521 completum, ope praecipue Glassbergeri AF II, 50-561, usus etiam plurimis aliis documentis. Anno 1517 nullus Conventus FF. Min. Conv. in Saxonia supererat (11); an. 1521 maxima Provincia divisa est in duas scil. Saxoniam Inferiorem et Saxoniam Superiorem, seu Thuringiam. Sed inde series Ministrorum deficiunt. « Aenigma » Fr. *Iacobi de Belgern* (7) explicari quodammodo ex eo nobis videtur, quod eius nominatio Schismatis Occidentalis aevo facta sit (1409), ideoque documenti illius tenor cum salis grano accipiendus sit. — R. P. Caiet. Schmitz, *Geschichte des St. Agnetenklosters in Wiedenbrück* (13-68) pluribus cum documentis (55-68) historiam Conventus S. Agnetis enarrat, qui Conv. Monialium an. 1458 fundatus, an. 1469 Regulam S. Augustini definitive accepit. — Cum an. 1644 Fratres Min. Wiederbrugum advenissent (26) paulatim reformationi Monialium intendentes, 28 febr. 1669, promovente praesertim P. *Felice Sylvio*, Min. Provinciali, eisdem Regulam Annuntiatarum imposuerunt, (39), aliquibus reluctantibus, accersitis Annuntiatis e Coesfeld. An. 1675 scholam puellarum in Conventu Moniales instituerunt (41). An. 1810, 16 Dec. suppressus fuit a gubernio, et an. 1829 municipium ex eo Hospitale efformavit. — Accuratissime et diligentissime facta quaecumque minima pertractans, usus plurimis documentis archivorum, librisque (69-71) ex ordine historiam Conventus in Bielefeld copiose enarrat R. P. Diodorus Henniges, O. F. M., *Geschichte des Franziskanerklosters zu Bielefeld* (69-192). Documenta decurrunt a p. 154-188. Conventus O. F. M. Observ. Prov. Coloniae primus extra urbem in Monte S. Iudoci an. 1498 fundatus fuit (78), unde 1511 in Conventum novum intra oppidum translati fuerunt (85). Fuse agit de benefactoribus Conventus (88-99), de eius privilegiis civilibus, eleemosynis etc. (99-111) de eius Guardianis usque ad an. 1627, quo Saxoniae cessit (111-19), de sequentibusque annis inter bella etc. (119-126). Exponit quoque quid pro scientiis et litteris prae-

stiterint Patres Bielefeldae, ubi semper fere studium fuit (126-30) quibus etiam curantibus scholae pro pueris (ab an. 1707) et puellis institutae sunt (131-4). De iure ab an. 1672 ecclesia Conventus parochialis facta est. Patres vero etiam aliis circumcirca catholicis inserviebant (130-40 in comitatu Ravensbergensi. Conventus nonnisi anno 1829 suppressus est (148). — P. 156 n. 4 l. 6 nihil est mirandum. — Doc. V authenticum ex se certo apparet absque probatione e doc. 6 eruta Bulla Alexandri VI, 25 sept. 1501 iam edita est ap. Wadding, XV², 598 s; cf. 242. — P. 161 l. 20 legas *immeritus*. Notanda Guardianorum series, 171-3. — Relatio anni 1909 plura refert de VII¹ ab Ordine centenarii celebratione facta in 26 conventibus prov. Saxoniae, atque in Collegio Seraphico, de quo plura in dicto *Jahresbericht... 1909 herausg. v. Prov.*, ibid. 1909, in-4°, (60 pp.) 42-52.

In hoc periodico docto investigationibus localibus praeprimis addicto istiusmodi disquisitiones minimis etiam minutiis insistentes plurimum laudandae videntur, ob finem eiusdem specialem, quippe qui unius Provinciae fata gloriosa sed parum cognita investiget, proponatque accurate et diligenter. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

Jelenic, Iulianus, Dr. P. O. F. M. — *De Patarenis Bosnae dissertatio inauguralis pro obtinendo gradu doctoris S. Theologiae in regia scientiarum Universitate Budapestinensi.* — Sarajevii, typis Vogler et Consortium. 1908, pp. 121 in-12°.

Doctam de Patarenis Bosnae dissertationem, in qua non tam res novae quaerendae sunt quam rerum notarum pulcher conspectus dispositioque optima, P. Jelenić O. F. M. in duas dividit partes. Facto prius verbo de fontibus ac litteratura historiae Patarenorum Bosnae (pp. 1-10 cl. Auctor in prima parte agit de origine et propagatione Patarenorum tum extra Bosnam tum in Bosna (pp. 11-33) et exponit eorum credenda et agenda, regimen et organizationem, ritus et disciplinam (pp. 34-55). In secunda vero parte auctor agit de Patarenorum bosnensium repressione, ad quam obtinendam SS. Pontifices adlaborarunt tum missiones et inquisitionem in Bosna organizando (pp. 59-81) tum expeditiones cruciatas promovendo (pp. 82-92). Dissertationi demum finem ponit breviter describendo Franciscanorum actionem et laborem contra Patarenos Bosnae usque ad Mahumedicam Bosnae occupationem (1463), quae secum traxit plenam Patarenismi bosnensis exstinctionem (pp. 93-121).

Inopportunum ducentes extraque debitum locum recensere hic illam dissertationis partem, quae ad historiam franciscanam non spectat, de ista non dicimus nisi forte, quod P. J. operi non parvum addidisset valorem, si attendisset ad gallicam quoque litteraturam, quae de Patarenorum historia exstat, quaeque satis est ampla: de eodem prorsus, ut unum tantum afferam exemplum, tractavit argumento L. Leger apud *Revue des quest. hist.* « *L'hérésie des Bogomiles en Bosnie et en Bulgarie au moyen âge* » Paris 1870, II, t. VIII, pp. 479-517.

Veniamus ad partem in qua cl. auctor de actione Franciscanorum Bosnae contra Patarenos disserit. Primum Franciscanorum adventum in Bosnam alii post Waddingum ad an. 1235, alii, quorum sententiae ipse auctor calculum adiicere pronus videtur, ad posterius reponunt tempus (p. 93 s). Obiter noto seriem provinciarum, quam Waddingus sub anno 1260 edidit (nn. 14-17; t. IV. pp. 129-36), non isto anno in ge-

nerali capitulo Narbonensi, sed tempore posteriori redactam esse. Sicut de adventu Franciscanorum in Bosnam, ita etiam de prima eorum actione in conversione Patarenorum non constat, cum nullum, ut asserit auctor, documentum nec ante nec sub bano Ninoslavo († 1250) eiusdem mentionem conservaverit (94), ideoque auctor primum Franciscanorum laborem contra Patarenos Bosnae reponit sub principe Stephano Carolo, quando sedes apostolica an. 1288 ablegavit ad eum duos Franciscanos, Marinum videlicet et Cyprianum (pp. 94 ss, Sbaralea, *Bull. Fr.*, IV, 27s). Dubitamus, utrum hoc sit recte dictum, cum forsitan tempore Nicolai III quidam Franciscani in Bosnam venerint. Etenim paulo superius (p. 75 s) auctor, sortem Patarenorum post confessionem Bolinopoliensem exponens, verbum fecit de legatione Acontii an. 1221 habita ad exterminandos Patarenos Bosnae et retulit verba Farlati asserentis quod Acontius « tres fere annos nihil operae praetermisit, ut Patarenos ab haeretica insania revocaret » *Illyricum sacrum*, t. IV. p. 47. Iamvero ex alio eiusdem operis Farlati loco, qui auctorem fugisse videtur, (t. III. p. 253; cf. etiam Zlatović: *Franovci*, Zagreb, 1888 c. 1) dicendum esset quod Acontius versus Bosnam iter faciens, aliquos Franciscanos in Dalmatiam arcessiverit, ut mitteret eos in Bosnam, Serbiam et Bulgariam.

Quidquid id est, legatio Marini et Cypriani ad Stephanum Carolum optimos sortita est effectus, ita ut, rogante Stephano, Nicolaus IV imperaverit ministro provinciali in Slavonia, ut duos Franciscanos in Bosnam mitteret 23 mart. 1291 (BF IV, 237 s.), et an. 1298 Bonifacius VIII eidem ministro provinciali mandaverit, ut duos alios Franciscanos tam quam inquisitores in Bosnam mitteret (pp. 95 s; BF IV, 474.

Hac ultima dispositione orta est inter Franciscanos et Dominicanos lis de munere inquisitoris, e qua, agente praesertim quodam P. Fabiano, victores exierunt Franciscani, tempore Joannis XXII. Anno enim 1330 Joannes XXII commisit Fratribus Minoribus officium inquisitionis non solum in Bosna sed per totam peninsulam balcanicam (pp. 97-100). Ast tunc Franciscanis deficit auxilium potestatis saecularis, usque dum an. 1339 in Hungariam et in Bosnam advenit Gerardus Odonis (rectius cum documentis pontificiis: Geraldus Othonis), minister generalis Ord. FF. MM. (1329-42), qui, postquam interna Ordinis in Hungaria negotia composuerat, de Patarenorum quoque exstirpatione egit cum Stephano, bosnensi bano, et quidem optimo cum effectu (pp. 101-104). Sedes apostolica Geraldum an. 1342 Antiochenum patriarcham creavit.

Huic verae notitiae minus recte addit P. J. « unde serius ad episcopatum Catanensem in Sicilia translatus fuit ». Geraldus enim episcopus Catanensis factus non est, sed administratio tantummodo istius ecclesiae ei commissa est, et non « serius » cum litterae, quibus ei committitur talis administratio, eodem die et anno (27 nov. 1342) datae sint ac litterae, quibus patriarcha Antiochenus nominatur [cfr. Eubel: *Bull. Francisc.*, VI, nn. 169 et 170]. Eiusmodi errores vitasset auctor si fontes potius consuluisset quam litteraturam. Quod autem ad documenta pontificia Ordinem spectantia attinet, obiter noto ea accuratius esse edita apud Eubel, BF, quam apud Theiner, *Monumenta Hungariae*, et Fermendžin, *Acta Bosnae*.

Opus promotum per Geraldum Othonis continuarunt superstites in Bosna Franciscani cum suo vicario Peregrino de Saxonia, qui, sive qua vicarius (1339-49) sive qua bosnensis episcopus (1349-56) multa pro Ecclesia et Franciscano Ordine peregit (pp. 104-106). Ad ostendendum

quo cum successu Franciscani tunc laboraverint cl. auctor refert (p. 107) locum epistolae Urbani V ad Ludovicum, Hungariae regem, 1367, ubi dicitur « multa millia personarum.... relictis damnabili schismate aliisque erroribus » ad Ecclesiam rediisse. Explicitius tamen de successu Franciscanorum in Bosna testimonium dat Generalis Minister Marcus Viterbiensis, in litteris quas an. 1366 misit Ministro Provinciae S. Francisci. Hae litterae inseruntur *Chronicae XXIV Generalium* (*Anal. Franc.*, III. 561 s; ap. Wadd., ad an. 1366, n. 16) quam consulere auctor forsan est oblitus. Inter alia scribebat Gen. Minister se ex litteris regis Hungariae et Vicarii Bosnae comperisse, Fratres adeo ibi laborasse ut, quamvis multi sint numero, nullo tamen modo sufficiant currentes ad sacrae regenerationis lavacrum baptizare et ministrare hominibus sacramenta divina;... ad petitionem... regis Hungariae Vicarius meus Bosnae ad quandam patriam regno ac Vicariae contiguam VIII Fratres nostri Ordinis sibi subditos destinavit, qui... infra L dies ultra CC millia hominum baptizarunt ». Hunc Franciscanorum successum continuavit S. Iacobus de Marchia, qui an. 1432 iussu Ministri Generalis Gulielmi de Casali in Bosnam se contulit, ut ibi fratres reformaret (pp. 110-112). « Sua energia, uti optime notat auctor (p. 112), S. Iacobus in Bosna non solum reformationem in ordine perfecit, sed etiam contra Patarenos praedicavit ac pro fratribus formulam cum Patarenis disputandi composuit ». Ulterior Observantium actio in opere convertendi Patarenos, quam P. J. exponit (pp. 112-120), cessavit an. 1463, quo Mahumedus II Bosnae invasit regnum, illudque breve inter tempus occupavit. Patareni, qui supererant, videntur Turcarum religionem accepisse (p. 120 s.). Sic feliciter alsolvit P. J. doctam suam dissertationem, quam proculdubio non sine fructu leget quisquis de sorte Patarenorum Bosnae succinctum simulque adaequatum quaerit conspectum. **P. Adrianus Vanderhoeven**, O. F. M.

1. **Hittmair, Rudolf**, Dr. — *Der Josefinische Klostersturm im Lande ob der Enns.* — Freiburg i. Br., Herder. 1907, in-8°, XXX, 576 pp. — (10 M.).
2. Franz, **Hermann**, Dr. — *Studien zur kirchlichen Reform mit besonderer Berücksichtigung des vorderösterreichischen Breisgaus.* — Freiburg i. Br., Herder. 1908, in-8°, XXVI, 331 pp. — (7 M.).

1. Reformationes religiosas et politico-religiosas Imperatoris Iosephi II, praesertim in regione Austriae Superioris supra flumen Anisum accurate describit cl. Dr. R. H., Lincii professor Theol., usus et amplissima litteratura hac de reformatione, et documentis in Archivis publicis exstantibus, quae maximam partem libri constituunt, licet non in singulis casibus documenta expresse allegentur.

A decreto imperiali 12 ian. 1782 (textus est p. 65-9), omnes Conventus « Carthusianorum etc., Eremitarum ("Waldbrüder"), Clarissarum, Sororum Franciscanarum et Capuccinarum suppressi sunt. Eodem quoque anno alii conventus Religiosorum aboliti sunt (123) et iuxta Consilium Provinciale, 23 oct. 1783, plures e Conventibus Mendicantium delendi erant (135). — Decreto 24 mart. 1781 nexus quilibet cum Superioribus maioribus etc. extra Imperium prohibitus fuit (48). Die 27 nov. 1781 interdictum fuit tabulas solitas « in festo Portiunculae », indicentes indulgentiam Portiunculae « toties quoties » lucrari posse, in ecclesiis appendere (52-3); 17 iul. 1788 dictum festum sollemnius

celebrari inhibuit decretum (53). Iam 50 mai 1781 cuilibet conventui numerus fixus religiosorum etc. impositus erat (54-5; 141-2), quem praetergredi non liceret.

Conventus O. F. M. CONVENTUALIUM seu "Minoritarum" iuxta vocem ibi usitatam, fundatus 1280 in *Wels* exstinctus fuit 1784 (185-90), tunc habebat 12 Patres et 4 laicos; e quibus 6 in Conventum Lincensem se receperunt, alii curae animarum se dederunt. In ecclesia 7 altaria erant. Activa Conventus erant 58667 fl.; passiva autem 6619; plures ei redditus erant. Postea successive inservivit: militibus, tribunali civili, demum archivo municipali et habitationibus. — Conventus O. M. Convent. in *Enns* fund. ante an. 1309, eodem tempore exstinctus est (185-90); ei tunc 28219 fl. activa, passiva 1316 fl. erant. Tantum capellam habebant 6 Patres et 4 laici incolae. Conventus postea domus erat militum; tunc theatrum, usquedum 1859 Provincia O. FF. Min. Tyroli Septentr. eum emit 10000 fl.

Conventus O. M. Conv. *Lincii* fundatus circa 1284 (1236?) 5 mai 1785 est suppressus. In eo tunc erant 17(?) Patres ac 4 Laici; activa 85755 fl., passiva 7248 fl. praeter activa ecclesiae: 5600 fl. Patres curae animarum se tunc dederunt, cui ecclesia adhuc inservit. Conventus dicasteria in se recepit (1786). Cf. 204-7, 22, 51, 257-8.

Conventus O. F. M. REF. in *Grein, Prov. S. Bernardini,* fundatus 1623 (cf. AF I, 167ss.) aboletur 1784, Fratribus: i. e. 10 Patribus et 2 Laicis Puppingam translatis, Inventarium, 207-8, 194, in quo notanda sic dicta « *virga sancta* », una scil. illarum cum quibus Christus flagellatus fuisset (194). E conventu fieri debuisset manufactura pro utensilibus e ligno conficiendis; sed habitationibus et officiis: dicasterii, vectigalium etc. inservit; ecclesia autem in carcerem commutata est (193-5; 207-13).

Conventus O. F. M. in *Pupping* (cf. AF I, 161) fundatus an. 1478, supprimitur 1785. Ibi tunc erant 13 Patres et 14 Laici (203); destructus fuit una cum ecclesia 1801; sed an. 1879-93 reaedificata fuit; est nunc Conventus Prov. S. Leopoldi (218-24).

Conventus F. M. CAPUCCINORUM an. 1785 suppressi fuerunt; illi in *Wels* (fund. 1630), *Urfahr* (fund. 1690) et *Ried* (fund. 1642) una cum ecclesiis in parochias commutati sunt (225 ss.). In primo erant tunc 17 in secundo 20, in tertio 23 Religiosi (142). — Conventus in *Linz,* fundatus erat 1606; in illum ex aliis conventibus collecti sunt Fratres et parochia S. Matthiae ibi fundatur (182 ss., 243 ss.), in qua Capuccini uti cooperatores remanserunt, (524 ss.). — In Conventu in *Steyr* an. 1785 fuerunt 25 Fratres (142); modo in eo sunt saeculares incolae (241-3). — Conventui in *Gmunden,* fundato 1636, conceduntur an. 1785 Patres 10. — Conventus in *Freistadt,* fund. 1643, an. 1785 cum sua ecclesia venditus est, et an. 1896 in eo convictus studentium a municipio institutus est (239-41). — Anno 1779, 13 maii cedebant Austriae tres Conventus O. Cap., antea Prov. Bavariae, scil. in *Braunau* fund. 1621, in *Schärding* fund. 1628 (1635) et in *Ried* fund. 1642, qui eodem anno (1785) excidio devoti sunt. Primi Conventus ecclesia modo theatrum est (235-6), sed ab an. 1895 novum ibi Conventum fundarunt PP. Capuccini Tyroli Sept., itemque 1862 in *Ried* (236-9), ubi priorem conventum occupaverunt, dum in Conv. in *Schärding,* qui usque ad an. 1816 substitit, carceres, dicasteria etc. instituta sunt (500-1).

In genere Mendicantes, qui se pro cura animarum offerebant, aptique inveniebantur, in hac occupati sunt; ceteris pensiones parvae a statu subministrabantur. Plurimae de Franciscanis aliae notitiae per

librum eruditum dispersae inveniuntur ad vitam et excidium Conventuum horum circa annos 1780-1810 utiliter facientes. Re ipsa patet in libro etiam agi de ceterorum Ordinum monasteriis et conventibus, et quidem saepius longe diffusiore calamo, iuxta singulorum monasteriorum, O. S. B., O. Cist., Canonic. Regul., etc. momentum, possessiones etc. Ea pecunia, quae e conventibus etc. venditis etc. promanavit, in « aerarium Religionis » dictum, collectum et transmissum fuit.

Maria Theresia imperatrix iam decreto 15 iun. 1776 vetuerat, quominus ullus in « *Tertium Ordinem* » quemcumque ultra reciperetur (38), unde an. 1783 nonnisi unus Tertiarius in Conventu O. Min. Puppingae erat (113). Decreto vero imperiali 23 sept. 1782 abolitus fuit *totus Tertius Ordo,* quacumque in forma exsisteret sive intra sive extra Conventus O. M. (112-3). — Plures Congregationes mulierum Tertiarum ideo se dissolvebant, qualibet rem suam accipiente, id quod et decretum datum 1783, 23 febr. confirmavit, v. gr. pro domo Sororum III Ord. in *Schlierbach,* et partim quoque pro domo Sororum in *Grein,* quae solummodo ab an. 1754 regulam III Ord. S. Fr. acceperat. — Conventus *Sororum S. Elisabethae* aegrotis inservientium *Lincii,* fundatus 1741, cui Gubernium res pretiosas summa 6671 fl(orenorum) abstulit an. 1788 (348 ss. 355 ss.), iam 1785, ob novitiarum defectum aegrorum curam praestare non potuit; mox civitas saeculares pro hoc ministerio pecunia conducere debuit (425-31), quae Sorores adiuvarent. Conventus iste cum Hospitali annexo adhuc perdurat (518). — Eremitoria, quae 8 numero erant, ineunte an. 1782 abolita sunt (108-10). Non apparet, utrum Eremitae revera Tertii Ordinis S. Francisci fuerint, necne.

E conspectu moderno Ordinum religiosorum in Austria Superiore (516-9) patet: tres Conventus dictos « *Minoritarum* » interiisse; item Conventum unum *O. F. M.* scil. in Grein; modo autem ibi *O. F. M.* esse 2 Conventus (Pupping et Maria Schmolln) atque 5 Hospitia: omnia Provinciae S. Leopoldi. E 9 Conventibus PP. *Cappuccinorum* 6 interiere; 2: Ried et Braunau [hic vero alio in situ] denuo sunt constructi; 2: Linz et Gmunden demum adhuc consistunt.

2. D. Dr H. Franz in opere suo quod ipse etiam plurimam partem collegit ex archivorum actis, exponit reformationes et innovationes, quas idem Iosephus II perfecit, praecipue in Brisgovia, quae regio tunc temporis Austriae erat.

Vi decretorum iam dictorum Confraternitates omnes (1783, 9 aug.) praesertim vero « Tertius Ordo » (1782, sept. 23) prohibitus et abolitus est (76ss.). Earum catalogum per Brisgoviam, scil. 144, habes p. 85-87; cui adde « Tertii Ordinis » Congregationes, quae apud 10 Conventus O. S. Fr. fundatae erant (83; cf. 93, 95). — De numero Conventuum in genere a Iosepho II deletorum, cf. 114ss., 136ss.; catalogum Conventuum etc. in *Brisgovia,* habes p. 144: ex quibus I°) 3 erant « *Minoritarum* » i. e. Conventualium: Villingen, Breisach, Heitersheim; II°) 2 *O. F. M.* Friburgi et Kenzingen; III°) 7 *Capuccinorum:* Friburgi, Villingen, Breisach, Laufenburg, Waldshut, Staufen, Rheinfelden; praeterea IV°) 2 monasteria *S. Clarae:* Friburgi et Villingen; demum V°) 1 *Tertii Ordinis:* Sickingen (SSmae Trinitatis); cf. et p. 153.

A. accuratius agit tantummodo de Monasteriis sub n. IV et V relatis. In *Monast. Ord. S. Clarae Friburgi* an. 1781 erant 15 Sorores Chori et 5 Laicae. Bona immobilia eis erant floreni: 45106; pecunia numerata 2001 (summa 47107): e quibus 44362 e fundationibus manabant; redditus

una cum eleemosynis computabantur fl. 2551. — Eumdem ordinem si sequeris *Clarissis* in *Villingen,* quae erant 15 Sorores Chori et 5 Laicae, erant floreni: 64349, 5282, (summa 69631) 300, 62331 atque 2668; quibus adde passiva: 7300. — Itemque *Sororibus III Ordinis* in *Säckingen,* quae 19 Sorores Chori ac 2 Laicae erant, habebant florenos: 36608, 9182, 45790, (fundationes nullas?), 34380, atque 2008; quibus item adde passiva: 11410. Tria haec monasteria decreto 12 ian. 1782 suppressa sunt. Sorores S. Clarae Friburgensis dispersae 1784, partim ad saeculum redierunt, partim alia in monasteria se receperunt. Domus an. 1785 rei militari concessa, an. 1789 vendita fuit (155-6). — Villingae Sororibus Ord. S. Dominici in monasterium O. S. Clarae translatis, ex utraque communitate nova Ordinis S. Ursulae, puellis educandis destinata, efformata est, quae hodiedum adhuc perdurat (156-7). — E contra, quamquam Sorores III Ord. S. Francisci in Säckingen sese instruendis puellis dedissent, tamen ob decretum 12 ian. 1782 contra «omnes Tertios Ordines» emanatum, (supra 380 l. 42) dispersae fuerunt (157-8).

Vi istius decreti an. 1782 nova inquisitio iussa est fieri de numero Tertiariorum et Eremitarum, qui plerumque (?) regulam II Ordinis sequebantur, apud ecclesiolas in silvis habitabant, vel etiam aegros curabant, immo quandoque ludimagistri erant (171-2). Anno ergo 1782 in Brisgovia inventi sunt Tertiarii (172) numero 38, qui in 5 vicis habitabant, scil. in: Herbolzheim 8 (quorum 2 viri, 6 feminae); in Bambach 2 (1 vir, 1 fem.); in Gutach 3 (1 vir, 2 fem.); in Schönwald 9 (1 vir, 8 fem.); in Neukirch 16 (4 viri, 12 fem.). Antea longe plures fuerant (172). His addendus unus Tertiarius in Conventu O. F. M. in Kenzingen. In aliis vero Conventibus iuxta decretum 15 iun. 1776, nulli aderant Tertiarii. Eremitae autem 1782 inventi sunt novem (173). E suppressione horum porro ac Tertii Ordinis nihil fundus religionis accepit, neque an. 1782, neque ope novae inquisitionis 1788 ordinatae (173-4).

In Austria-Suevica 17 erant *Monasteria Virginum III Ord. S. Francisci,* quae idem decretum (supra 383 l. 16) abstulit anno 1782 et sequentibus, scil. in Warthausen, Riedlingen, Munderkingen, Reuthe, Waldsee, Mosheim, Gorheim (in quo nunc est conventus O. F. M.), Unlingen, Saulgau, Groppental, Laiz, Süpplingen, Rottenburg, Günzburg, Velden, Talbach, Altdorf (174).

In appendice 314-25, A. edit documenta quaedam generalia; paucaque verba facit de Gymnasio PP. Minoritarum *Villingae* (an. 1650-1773), quod gymnasio O. S. B. eodem in oppido valde antecellebat. Cf. Roder, *Die Franziskaner in Villingen,* ap. *Freiburg. Dioecesan Archiv,* XXXII, (N. F. V.), 1904, 280 ff.

Maior pars libri praeter generalia de attentatis a Iosepho II refortionibus, tractat de institutione novarum parochiarum, quas Iosephus plurimum auxit et promovit, (175-236) atque de fundo religionis, qui fundandus erat ex suppressorum monasteriorum et conventuum rebus et pecuniis, aedificiis eorum divenditis etc. etc. Quidquid enim per totam Austriam supererat, post pensiones Religiosis partim alio collocatis datas etc., in «aerarium Religionis» promanare et confluere debebat.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Scheerer, Felix,** Dr. ing. — *Kirchen und Klöster der Franziskaner und Dominikaner in Thüringen. Ein Beitrag zur Kenntnis der Ordensbauweise.* — Jena, G. Fischer, 1910, in-8°, VIII, 148 pp. — (4 Mark). — *(Beiträge zur Kunstgeschichte Thüringens, II. Heft).*
2. **Kleinschmidt, Beda,** O. F. M. — *Lehrbuch der christlichen Kunstgeschichte,* — Paderborn, Ferd. Schöningh, 1910, in-8°, XXXIV, 640 pp. — (8 Mark). — *(Wissenschaftliche Handbibliothek, III Reihe, Lehrbücher verschiedener Wissenschaften, VII).*

1. Les études que M. H. Thode avait consacrées aux églises franciscaines de l'Italie, *Franz v. Ass. u. d. Anf. d. K. d. Renaissance,* II[e] éd. 1905; 305-387 vers. franç. II, 1909, 1-84 (v. AFH II, 748-53), études que M. K. Biebrach reprit et compléta pour les églises franciscaines et dominicaines non voûtées de l'Ombrie et de la Toscane (v. AFH II. 650), on été poursuivies par M. F. Scheerer pour une région particulière de l'Allemagne, la Thuringe. Ses recherches archéologiques et artistiques sont conduites avec une rare compétence; elles sont claires et précises. L'architecture y domine entièrement. Le livre du Dr. Scheerer est illustré de trois planches hors texte et de 96 gravures, qui sont pour la plupart des plans, des coupes ou des parties saillantes de ces églises. C'est sans nul doute une contribution très remarquable à l'histoire de l'architecture religieuse et monastique d'Allemagne.

Après quelques notes sur l'histoire et le caractère des Ordres franciscain (1-6) et dominicain (6-9) et leurs origines en Allemagne — partie un peu faible — l'A. relève (9-10) les paragraphes des Définitions de Narbonne (1260) et des Constitutions des Dominicains ayant trait à l'architecture. Un coup d'oeil rapide jeté sur les églises paroissiales et monastiques antérieures à l'arrivée des Frères Mendiants en Thuringe, montre que la croix latine avec transept dominait dans les deux catégories (11-16), même chez les Cisterciens, qui visaient pourtant à la simplicité dans leurs églises. — Au début du III[e] chapitre (16-46) l'A. mentionne brièvement quelques-unes des plus anciennes (?) églises des deux Ordres en Italie (S. Francesco à Parme et à Pise; les 2 plans à la p. 17), et en France (église des Cordeliers à Toulouse; plan, p. 19). Le plan des églises des Frères Mendiants adopté dans ces deux pays, n'eut aucune influence sur le plan des églises allemandes (17). Mais les trop rares exemples cités par l'A. ne sauraient prouver, non plus, que la tendance à créer de grands locaux leur soit venue de l'Italie (17-8), ni que l'absence du transept puisse s'attribuer à l'influence française (19).

De la p. 19 à 46 l'A. donne un aperçu sur les églises des FF. Mineurs et des FF. Prêcheurs en Allemagne jusqu'à vers l'année 1300. Il les divise en *4 catégories.* Nous ne relevons ici que les églises franciscaines. Première catégorie: ***Eglises à trois nefs:*** celle de Ratisbonne (avec plan et coupe p. 21), d'Esslingen (plan, 21), de Cologne (plan. 22), de Fribourg-en-Brisgau (plan, 22), de Wurzbourg, Meissen. Berlin (avec plan, 23), Bonn (plan, 24) Ingolstadt (plan, ib.), Halberstadt (plan, ib.) et Munich (24). — II) ***Eglises à une seule nef:*** à Altenburg (32), Zeitz (plan, 32) et Prenzlau (plan, 33). — III *Eglises à deux nefs:* à Leipzig (34), Brandenbourg (plan, 34), Oschatz (plan, 35) Bautzen (35), Dresde (plan, 35), Zittau (plan. 36), Francfort-sur-le-Mein (plan, 36), Angermünde (plan. 37) et

Kaiserslautern, celle-ci avec déviation de l'abside (plan, 37). — IV) *Eglises à 4 nefs,* dont aucune franciscaine; l'A. ne cite que celles des Dominicains à Constance et à Strasbourg, (plans, 39). De ceci résulte 1) une grande variété dans le plan, 2) le manque absolu du transept (41).

Cette dernière observation porte l'A. à se ranger entièrement de l'avis de M. C. Gurlitt, énoncé dans ses *Beiträge zur Entwickelungsgeschichte der Gothik,* dans *Zeitschrift für Bauwesen,* XLII, Berlin 1892, 305ss, 319. En effet Gurlitt, s'est cru en droit de distinguer *deux types d'églises* catholiques: le type commun, exprimant la croyance traditionelle dans la Messe, le culte des saints etc., et ayant un transept, qui sépare nettement le choeur du clergé d'avec la nef destinée aux fidèles. L'autre catégorie, sans transept, représenterait plutôt une grande halle, favorisant mieux la prédication, but spécial des FF. Mineurs et des FF. Prêcheurs. — A ce propos nous ne pouvons pas ne pas embrasser l'opinion de Hasak, niant cette distinction arbitraire, car le transept était aussi accessible aux simples fidèles que la nef principale et les bas côtés; Hasak, *Die Predigtkirche im Mittelalter,* dans la même *Zeitschrift f. Bauw.,* XLIII, Berlin 1893, 399 ss. — Ajoutons que M. F. Scheerer constate lui-même à plusieurs reprises (21, 22, 35, 37, 49, 71 etc.) que les moines Mendiants ont allongé les choeurs au cours du XIVe et XVe siècle, et qu'ils ont, en même temps, séparé les nefs d'avec le choeur au moyen du jubé *(Lettner, lectorium).* De plus une seule nef très grande, sans bas côtés, se serait, sans doute, le plus rapprochée de la soi-disant « église évangélique pour le prêche ». Les rapprochements mis sous les yeux du lecteur, ne prouvent pas non plus (44) que dans l'Allemagne du Sud ait vraiment prédominé la « basilique » (nef principale avec nefs latérales très basses) tandisqu'au Nord de l'Allemagne ces bas côtés auraient été plus hauts. Il n'y a pas de types bien nets ou bien saillants particuliers à telle région, à telle ville ou à tel ordre.

Le IVe chapitre est consacré à la description exacte, technique des églises et, où il y a lieu, des couvents franciscains et dominicains en Thuringe. Cette description est aussi minutieuse que possible, c'est-à-dire, autant que la conservation des édifices du moyen âge le permet. Ici, comme ailleurs, l'A. tâche de fixer les dates, et où il y a lieu, les différentes périodes des monuments en question. Les formes du style gothique employé s'accordent avec celles qui furent partout en vogue aux différentes époques. — M. F. Sch. décrit minutieusement l'église franciscaine d'*Erfurt,* reconstruite après l'incendie de 1291 et consacrée en 1334 (47-57). Elle a trois nefs, voûtes à nervures croisées; le choeur a 4 travées et se termine par une abside polygonale. D'une exécution sobre et de belles dimensions, comme les autres églises de ce pays, celle d'Erfurt est une oeuvre d'art remarquable. M. F. Sch. en reproduit une vue de l'intérieur (planche Ire), le plan, 50, deux coupes, et l'extérieur, 51. Le jubé construit au XVe siècle a été supprimé en 1829. La belle tour en style flamboyant est surmontée de fleurons de gable. Le couvent a été détruit, et nous n'en avons plus que des plans trop sommaires. L'église est maintenant affectée au culte protestant. — L'église et le couvent d'*Eisenach* ont été détruits au XVIe siècle (59-60). L'église avait trois nefs (plan, 59). — L'église du couvent franciscain de *Mulhouse en Thuringe* semble avoir été construite par le Frère lai « *Reynhardus* » vers 1400, en même temps (?) que la grande tour. L'église à une seule nef, se termine par un chevet carré (plan, 80; coupe, 81). D'une exécution fort simple, elle n'était point voûtée; elle sert maintenant d'habitations. Le couvent a été complètement ruiné. — L'église du couvent d'*Altenburg* (82-3) n'avait, elle-aussi, qu'une seule

nef et abside carrée (plan, 83). Eglise protestante de la ville depuis 1529, elle dut céder la place à une nouvelle église en 1901. — Le plan de l'église d'*Arnstadt* (84) ressemble à celui des deux précédentes. En 1538 on en fit une église protestante; le couvent sert d'école actuellement. Le cloître est voûté (plan, 84). M. F. Sch. reproduit la coupe de l'église, (plafond en bois, voûte cintrée), et la grande tour (85), plusieurs détails des fenêtres ogivales (86-7) et le profil du portail nord. — Les couvents jusqu'ici mentionnés, datent du XIIIe siècle, celui de Weimar n'a été fondé qu'en 1453 pour les Observants, par le duc Guillaume le Brave, qui semble leur avoir donné une ancienne maison. L'église (plan, 91) consistant en une seule nef et une abside fermée en angle droit a été presque complétement transformée en une école. Des bâtisses du couvent presque rien n'a été conservé; mais l'A. en a découvert un plan assez exact datant de 1549, qu'il publie à la p. 92.

La troisième partie de ce chapitre décrit quelques églises à deux nefs, comme celle de *Weida,* qui restaurée en 1883, sert d'église protestante. La seconde nef aurait été ajoutée au XIVe siècle, et en même temps le choeur polygonal aurait été allongé dans la partie est. Ni le corps de l'église, ni le choeur ne semblent avoir été voûtés (plan, 98; coupes 99; profil du portail, 100). La tour fut détruite lors de la construction du bas côté. — Le couvent de *Saalfeld* fondé vers 1250 fut détruit par l'incendie de 1432. Le nouveau bâtiment forme un parallélogramme. Les FF. Mineurs le quittèrent en 1533. L'église dont la nef latérale est courte et rétrécie et le chevet carré, servit successivement à divers usages profanes (plan de l'église et du couvent, 102; coupes de l'église, 103). Le cloître, servant maintenant, en partie, de musée, a encore conservé ses voûtes et arêtes. — Ce que l'A. dit (92-3) des restes d'un second couvent franciscain à *Saalfeld,* doit se rapporter à un hôpital. — M. F. Sch. parle enfin des églises et couvents franciscains disparus: de *Nordhausen* (1225-1525), détruit en 1805 moins quelques restes insignifiants (129-31); de *Meiningen* (1239-1543) (131); de *Coburg* (1250-1525) (131-2); de *Mellenbach* (1383-1520?), de *Langensalza* (1453-1540) (133); de *Schleusingen* (1502-1545) (133) du couvent de *S. Elisabeth,* à mi-chemin entre Eisenach et la *Wartburg* (1331-1530?) et enfin du couvent des Tertiaires (Béguines) de *Weimar* (1319-1533).

Dans un dernier chapitre (VIe, 138-44) l'A. esquisse l'influence exercée par les églises des deux grands Ordres mendiants sur la forme des églises paroissiales et monastiques. Tout d'abord les FF. Mineurs et FF. Prêcheurs ont été les promoteurs actifs du style ogival. Comme ils visaient moins à l'élégance qu'à une sobre simplicité et ne cherchaient que des églises bien adaptées à la prédication, leurs plans, sans transept, s'imposèrent aussi aux églises paroissiales (139-42) et même à celles des Ordres plus anciens; preuve, l'église des Cisterciens à Pforta, et quelques autres (143). — Tandisque toutes les églises des ordres mendiants paraissent avoir été orientées vers le levant, les couvents se construisaient tantôt au nord tantôt au sud des églises (46).

N. 30. — *Carta de id.,* fechada en Ci-nan-fu á 6 de Diciembre de 1655, en la que avisa al Provincial que ha recibido los 200 pesos, que le manda la Provincia, más otros 400 pesos que el Gobernador de Manila le remitió de limosna. El P. *Buenaventura*, portador de esta cantidad, cayó enfermo de gravedad en Han-cheu, por lo que se vió precisado á detenerse por espacio de un mes en la Residencia de los PP. Jesuítas de dicha ciudad, quienes le cuidaron con mucho amor y regalo.

N. 31. — *Carta fechada en Ci-nan-fu,* á 18 de Junio de 1656, en la que entre otras cosas, ya dichas en las anteriores, trata de una *embajada,* mandada á Pe-king por el gran Duque de Moscovia y de una batida que los Polacos dieron á los Tártaros. « Los Polacos, dice, por esta parte dieron una gran « rota á los Tártaros y Cosacos y libraron á la Europa de gran « cuidado. De modo que por esta parte del Norte, desde Peking « á la primera Ciudad de los Tártaros, que oy ocupan este « Reyno, la cual se llama Leao-tum, y otra más allá se llama « Muon-cheu, aurá cosa de 200 ó 300 leguas. Pasando sus « tierras entra luego por una parte la Russia y por otra Po- « lonia, Reynos que ya son tierra de Europa. Los Tártaros « son muchos y diferentes naciones: unos se llaman Satarcú, « otros Tum-tarcú, otros Guasal-tarcú, sin otros que yo non sé « sus nombres y estos últimos confinantes y más cercanos á Po- « lonia, son los que más suelen infestar á los Polacos ».

N. 32. — *Carta en latin,* escrita á la Congregación *de Propaganda Fide* y fechada en 21 de Marzo de 1658, pidiendo prórroga de las facultades que hacia 15 años le habían sido concedidas.

N. 33. — *Cinco cartas,* fechadas, la primera en Ci-nan-fu á 7 de Marzo de 1659, la 2ª en Lam-ke-hien á 20 de Septiembre; y las otras en 21, 25 y 26 del mismo mes de Septiembre y año 1659 en dicha población de Lam-ke-hien, á donde había ido con el fin de recoger las limosnas que la Provincia le mandaba. En las dos primeras, entre otras cosas, trata de la *Relación* del N. 22., y en las otras, de la necesidad de personal en que se encuentra para atender á los muchos cristianos, que ya tiene en Ci-nan-fu y á otra que piensa establecer, con el fin de acortar las distancias con las Misiones de los PP. Dominicos. En una de ellas dice, que ha sabido por algunos mercaderes chinos, que en el Japón ya no ponen el Crucifijo, para que le pisoteen,

cuantos entran en sus puertos, y que los cristianos están en guerra contra los gentiles. Estas cinco cartas están muy deterioradas.

N. 34. — *Cuatro cartas,* fechadas en Ci-nan-fu en el año de 1660. En la 1ª del 4 de Enero, da cuenta al Provincial del estado de la Misión y suplica le mande un religioso sacerdote y otro lego. En la 2ª del 12 del mismo mes y dirigida al Gobernador General de Filipinas, trata del corsario chino Kue-Shim, del cual dice: « bien es que essa Ciudad é islas se rezelen, ...que frustrado de salir acá con su ambicioso intento, « puede ser intente passar á Manila, que ya de antemano tiene « allá, buen número de su gente, que su diuisa de conocerle á « él, y negar la obediencia al nueuo Rey Tártaro, que oy tiene « este Sínico Imperio, es, no cortarse el cauello, como essos chi- « nos del Parian ». Este temor del P. Antonio se efectuó en 1662; en el cual año, mandó Kue-Shin, desde isla Hermosa á Manila, una embajada, pidiendo que todo el Archipiélago filipino le rindiera parias, so pena de ir con sus huestes á Filipinas, lo que dió motivo al levantamiento de los chinos del Parian de Manila y Binondo en 25 de Mayo de dicho año 1662 (1). La 3ª carta está fechada en 13 de Enero y dirigida al Obispo de Nueva-Cáceres, Filipinas, D. Fr. *Antonio de S. Gregorio,* en la que nada dice de particular interés. La 4ª es del 25 de Diciembre, escrita á su particular amigo Fr. *Sebastián Rodríguez,* animándole á que vaya á China, y refiriéndose á los jesuitas, dice: « Los Rdos. « PP. de la Compañía nos hazen siempre mucha caridad; aquí « en esta Ciudad está un bendito Padre de nación Gallus, que « es un Àngel y nos ama *ex corde* y nosotros á él. Llámase P. « Juan Valat y es hombre docto y muy apacible, y nos haze « muy buenas obras (2).

N. 35. — En las cartas anotadas en el n. 28 hace mención el P. Antonio de una *obra que tiene escrita en caracteres chinos.* He aqui como la describe en la carta que carece de fecha: « En « este año de 53 he compuesto tres tomos, escritos á la usanza « del país en letra chínica. El 1. contiene los fundamentos ge- « nerales, que hacen más al propósito, tomados de los libros « chínicos, para conocer al Criador y Señor de cielo y tierra, « á quien se debe adorar y hacer sacrificio y no á otro alguno. « El 2. con fundamentos de sus libros chínicos, les manifiesto « con evidencia la vanidad de los ídolos; y cual, cómo, cuándo « y donde fué el principio de los simulacros y de toda cuanta

(1) Montero Vidal, *Historia de las Islas Filipinas,* Madrid 1887, tom I, cap. XXVI.

(2) Las cartas registradas, desde el n. 24 al 34 se guardan en el Archivo de esta Provincia, Cajón 11. legajo 1.

« idolatría hay en el mundo; lo cual hallará V. C., si gusta « verlo, en la Glosa ordinaria de nuestro *Lira* sobre el cap. 14 « de la Sabiduría... Luego les pongo la ley natural, expresando « los diez mandamientos del Decálogo con la exposición de cada « Mandamiento, y las obras de Misericordia, donde les muestro « el cómo se ha de acudir á la honra de los difuntos con ver- « dadera piedad de sepultarles, dejando sus vanas supersticiones « y vanos sacrificios etc. El 3. tomo contiene la exposición de las « tres virtudes, fé, esperanza y caridad, y con fundamentos to- « mados de sus libros, les muestro con cuidado la obligación que « tienen á creer la verdad que les predico, aunque no lo han « visto, ni ven con la vista: explícoles el misterio Trino y uno « con ejemplos acomodados, y luego la exposición de todo el « Credo, y lo que es gloria y infierno, con ejemplos aptos á la « capacidad de esta gente... trato de trasladarlos de buena letra, « vendiendo para eso un vestido para pagar al escribano, y en- « viarlos al P. Juan Adán á Pequin que me los corrija ». Á esta obra debe referirse el jesuita P. Juan Balat en su *Elogium* cuando dice: « Ab otio semper ita abhorrebat, ut nusquam ei vacaret, « quod ut fugeret longe a se, perpetua ei exercitatio, et quasi « lucta fuit cum libris Sinicis, vel legendis, vel eorum transcri- « bendi characteribus, vel eorum vestigandis erroribus. *Bina de « Christiana Lege opuscula Sinice compossuit, praeloque dedit* ». Los PP. Huerta y Marín registran esta Obra en los ns. 23 y 24 de sus libros citados.

N. 36. — Catecismo cristiano en idioma y caracteres chínicos. Cantón año de 1666. Lo anotan los PP. Juan de S. Antonio, Huerta, Civezza y Marín.

N. 37. — Compendio de la Ley de Dios en caracteres chínicos. imp. en Xantung año de 1680, por nuestros Misioneros. Véanse los escritores citados.

N. 38. — Varios opúsculos de devoción en caracteres chínicos. impresos en Xantung en 1680. Véanse los mismos escritores.

N. 39. — La ley de Dios es piedra imán en caracteres chínicos, imp. en 1703 ibid. (1).

N. 40. — Historia del martirio del V. Fr. Gabriel de la Magdalena y otros 7 mártires franciscanos en el reino del Japón, cuyo original fué remitido á la Congregación de Propaganda Fide y una copia á España. Así lo afirma el P. Juan de S. Antonio, de quien tomaron la noticia los PP. Huerta, Civezza y Marín en sus Obras citadas (2).

(1) Los 37, 38 y 39 sospecho que están comprendidos en la obra registrada en el n. 35.

(2) El P. Juan de S. Antonio en el tomo 3.º de sus Crónicas lib. cap. 8, n. 48, dice: « A la pluma de Fr. Antonio de Sta. María se debe la sucinta y verdadera

N. 41. — *Traducción* del francés al castellano *de la historia de la conversión de Magdalena de Mandoluls.* (Véanse Huerta y Marín). El P. Juan Balat en su *Elogium* dice: « Gallicam etiam « de Magae cujusdam reductionem eamque justo satis volumine « comprehensam Hispano idiomate donavit, improbi sane laboris « argumentum », y lo mismo dice el P. Juan de S. Antonio en ambas Bibliotecas.

N. 42. — « *Tractatum de Sinarum conversione* »: libro escrito en francés por el jesuíta P. Nicolás Longobardo y puesto en latín por el P. Antonio de Sta. María. Lo registran los autores citados. El P. Juan de S. Antonio en la *Bibliotheca Universa,* pág. 114, al anotar este libro, dice: « Hujus operis non ultima « laus est Romam vidisse, anno 1664. Ibidemque ab Eminentis- « simus! de Propaganda salutatum ».

N. 43. — « *De Prophetiis spectantibus ad communem utilitatem,* statumque futurum S. Romanae Ecclesiae » P. Juan de S. Antonio, *Biblioteca Universa,* el cual añade: « Asservabatur Romae in « Archivio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, anno 1662 ». Lo registran, asímismo, los PP. Huerta y Marín.

N. 44. — « *Apologiam insuper pro Fide Christiana* in ejusdem « acerrimum insectatorum Sinam, non sine multarum vigiliarum « sumptu conscripsit » Balat en el *Elogium.* Los PP. Huerta, Civezza y Marín, al anotar este libro del P. Antonio de Sta. María, dicen que el Chino contra quien escribió esta Apología, se llamaba Chin-Han-Sin, Vaupa, ¿querrán decir, Yan-kuang-Sien? (1).

N. 45. — *Un libro contra el Alcorán de Mahoma.* Garantiza esta noticia el P. Juan Martí en su *Relación de China,* escrita en

« historia de ocho insignes mártires... & » en la *Bibliotheca Universa* registra esta historia, citando en su apoyo la *Historia de los Descalzos* escrita por el P. *Martín de S. José* é imp. en 1744. Dicho P. *Martín de S. José,* efectivamente, en el tom. 2.º, lib. IV, cap. XVII, pág. 460, dice que « escribió Fr. Antonio á la Provincia de S. Gre- « gorio las nuevas de estos martirios, y el Provincial y Definitorio le enviaron poder « para que hiciese información auténtica de ellos. Presentóse luego ante el Ordinario, « el cual procedió á la averiguación y recibió muchos testigos jurados, que depusieron « ante el juez delegado, que él nombró. Acabada esta información se envió traslado « á España y otro cerrado y sellado á la Sagrada Congregación de Ritos para tratar « allí de la canonización de estos mártires ». De este testimonio del P. *Martín de S. José,* lo único que se desprende es, que el P. Antonio de Sta. María escribió una carta al Provincial acerca de dicho martirio, no una Historia, y aun creemos que no sea cierto lo de la información del martirio; pues esta se hizo en Noviembre de 1637, como puede verse en la copia auténtica que de ella se guarda en el Archivo de esta Provincia, Caj, 8. Leg. 2. El P. Antonio de Sta. María llegó á Macao en 1640, y puede ser que escribiera al Provincial, dándole la noticia de las informaciones que se habían hecho acerca de dicho martirio, y por encargo del Provincial, pediría el P. Antonio copia de ellas para mandarlas á la Congregación de Ritos, no á la de Propaganda Fide, como dice el P. Juan de S. Antonio en la *Bibliotheca Universa.*

(1) Véase la pág. 9 de este escrito.

1702, con estas palabras: « Aqui en Xantung fué á donde escri-
« bió tantos libros y tratados; unos en confirmación y prueba de
« nuestra santa Fé: otros en refutar y destruir las muchas falsas
« sectas, que hay en China, que son innumerables: *y un Libro
« particular contra el Alcorán de Mahoma, que yo he visto y leido.*
« De lo que escribió en caracteres Sinicos, dos se dieron á la
« estampa; y no se dieron más, por falta de posibilidad para
« hacer los gastos á la imprenta » Véase esta *Relación* en el Archivo de esta Provincia, Caj. II. Leg. 2. N. 2. Registran esta Obra del P. Antonio de Sta. María los PP. Huerta y Marin, y el P. Juan de S. Antonio en su *Crónica,* part. 3. lib. III. cap. XIX.

N. 46. — Relación de la entrada de las dos Religiones (de Sto. Domingo y S. Francisco) en China. El titulo de esta *Relación* lo tomamos del lib. I. cap. VIII. del tomo 3. de la *Crónica* del P. Juan de S. Antonio, quien dice en el cap. IX. « De esta pri-
« mera entrada y de todos los sucesos notables escribió una ver-
« dadera y dilatada *Relación* desde el año de 1633, hasta el de
« 1640, que se guarda con otros escritos suyos en el Archivo
« de esta Provincia (la de S. Pablo). Aprovechándome, como
« debo de sus testimonios oculares, usaré en cuanto pueda de
« sus formales palabras ». La fecha que dá á esta *Relación* dicho cronista, no debe ser exacta, pues en el lib. II. cap. 18. de la misma *Crónica,* se copia el cap. 17 de dicha *Relación,* en que se refiere el cisma de Macao, que principió en 1642 y terminó en el de 1644, según afirma el mismo P. Antonio en dicho cap. 17 con estas palabras: « De esta manera passamos hasta el año
« de quarenta y quatro, en el cual escribieron de la India, abo-
« nando los procedimientos del dicho Gobernador del Obispado,
« y afeando mucho los del Comisario del Sto. Oficio en la cisma,
« que movió tan sin razón. Y la Inquisición de Goa embió nuevo
« Comissario, y el Arzobispo, nuevo Gobernador del Obispado ».
El citado cronista traslada la mayor parte de esta *Relación* á su *Crónica,* tom. 3. lib. I. caps. 8, 10, 12, 14, 17 y 22. y en el lib. II. caps. 1, 2, 5, 6, 9, 11, 12, 14, 15, y 18.

N. 47. — Cartas citadas por el cronista P. Juan de S. Antonio. En el lib. I. cap. 8. copia un fragmento de una carta escrita por el P. Antonio de Sta. María, fechada en Manila á 8 de Julio de 1631: y en el mismo lib. cap. V. copia otro fragmento de una carta, fechada en Cantón á 8 de Abril de 1662. Esta fecha debe estar equivocada, pues el P. Antonio en 1662 estaba en Cin-nan-fu y no en Cantón, á donde no fué hasta el año 1666. En el lib. III. cap. 3. copia otro fragmento de una carta, fechada en 17 de Septiembre de 1667, la que debe tener,

asímismo, equivocada la fecha, pues dice en ella su autor: « Des-« pués del año de 1633, que he andado por estos y otros Rey-« nos (excepto algunos que bolví á Philipinas) al presente estoy « solo ». Lo cual no pudo decir en 1667, pues en este año estaba en Cantón con otros muchos religiosos, Jesuitas, Augustinos y Dominicos. Esta carta debió ser escrita en 1662, pues en ella hace mención de la salida de Ci-nan-fu para Europa del P. *Buenaventura Ybánez,* su compañero, quedando él solo; según esto, el P. Juan de S. Antonio confundió la fecha de la carta escrita en Cantón en 1667, con la fechada en Ci-nan-fu en 8 de Abril de 1662.

N. 48. — Escritos que se *atribuyen* al *P. Antonio de Sta. María,* de los cuales se puede dudar con mucho fundamento. El P. *Pedro de la Pinuela* en su *Catalogus Religiosorum S. P. N. S. Francisci, qui Sinarum Imperium... ingressi sunt,* edic. 1700 (1) fol. 3. tratando del P. Antonio de Sta. María, dice que escribió además de la *Relatio Sinae Sectarum,* las Obras siguientes: *Lapis Calamaris verae Doctrinae: — Brevis Declaratio principii, et finis rerum omnium: — De controversis progenitorum defunctorum: — Confucii cultus, aliorumque Sinicorum rituum varios tractatus.* Véase lo que hemos dicho en el n. 7. acerca de estos libros.

El P. Civezza en el *Saggio,* pág. 556, dice que en la Biblioteca Nacional de París se hallan los dos siguientes Mss. del P. Antonio de Sta. María: « *Relation de nostre voyage depuis Marseille « jusqu'a nostre arrivée dans le grand royaume de la Chine.* — E una « serie di quistione che il P. Antonio indirizza al P. *Luigi de « Gama* sopra un Memoriale di 42 punti che gli aveva fatti man-« dare il P. Feliciano Pacheco Vice-Provinciale della Compagnia « di Gesù; a cui risponde. E lavoro fatto in Huam-che-fu, pro-« vincia di Quam-tung, l'aprile del 1668. carte 19 ». La relación del viaje desde Marsella á China, es inadmisible, por la sencilla razón de que el P. Antonio de Sta. María jamás estuvo en dicha ciudad. El segundo manuscrito contra el P. Luis de Gama, se puede admitir, pero debió ser escrito en Kwang-chou-fu, es decir, en la ciudad de Cantón, metrópoli de la provincia de Kuangtung.

Fr. LORENZO PÉREZ, O. F. M.

---

(1) El P. Civezza, *Saggio,* pág. 462, cree que esta obra del P. Siñuela permanece aún inédita, lo cual no es cierto.

DOCUMENTA

DE TESTIMONIO B. BENEDICTI
DE ARETIO
SUPER INDULGENTIA PORTIUNCULAE

Inter documenta quae in lucem prodiere virtute decreti Capituli Patavini an. 1276 (1); per quod fratribus imponebatur *inquirere de operibus beati Francisci et aliorum sanctorum fratrum* etc., adnumeratur, ut apud omnes notum est, percelebre *Testimonium B. Benedicti de Aretio super Indulgentia Portiunculae.* Circa hoc magni momenti documentum, hisce ultimis temporibus multum discussum est (2).

Plures iam codices studiosis innotuerunt testimonium illud continentes, quibus novum adiungere laetamur, cuius inventio nobis nuper arrisit. Et statim praemittimus, quod textus depositionis B. Benedicti iuxta nostrum Codicem nonnulla prae se fert quae, dum contra aliquos eius authentiam magis confirmant, non parum etiam eius valorem historicum augent.

Codex igitur de quo sermo est, apud nos exsistit. Signatur n. 26, membr. mill. 123×88, ff. 130 ex quibus vacua nonnulla; in principio et ad calcem adest folium membr. pro custodia. Rubricae partim nigris partim sunt rubris caracteribus conscriptae. Status conservationis bonus est, si aliqua folia excipias in principio et circa finem. Codex est miscellaneus et constat ex pluribus opusculis diversis temporibus scriptis et simul ligatis. Illa vero pars codicis quae continet etiam testimonium de Indulgentia Portiunculae ad initium saeculi XIV vel ad finem saeculi XIII videtur pertinere. — Siquidum tota haec prima pars codicis (a fol. 1-70 v.) solam materiam continet saeculi XIII; bullas, privilegia et cetera huiusmodi.

---

(1) Cf. L. Lemmens, ap. AFH I, 252 sq.

(2) Cfr. P. Sabatier, *Fratris Francisci Bartholi de Assisio Tractatus de Ind. S. Mariae de Portiuncula,* Paris, 1900: introd. pagg. XLIV et sequent. — Tract. pag. 27. — L. Lemmens, O. F. M. AFH I, 252-4 — H. Holzapfel, O. F. M. AFH I, 31-34. — G. Golubovich O. F. M., *Vita et miracula B. Benedicti Sinigardi etc. scripta per Nannem Aretinum anno 1302,* Quaracchi 1906. Extractum ex eiusdem *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa,* I, Quaracchi 1907, 129 sq. — Faloci, *Miscell. Franc.,* X, 76 sq. — A. Fierens, *De geschiedkundige Oorsprong van den Aflaat van Portiunkula,* Gent 1910, 45 sqq.

inter quae habetur textus Statutorum Narbonensium iuxta formam Capituli Glis Parisiensis anni 1292 celebrati in Pentecoste, post mortem Nicolai IV (obierat 4 apr. 1292) pro cuius anima idem Capitulum suffragia fieri praecepit. In marginibus eorundem statutorum posterior manus adiecit statuta quaedam Capituli Ianuensis (1302) et Capituli Assisiensis (1304). Undé videtur prima pars codicis exarata fuisse post an. 1292 et ante an. 1305.

Alia proxima occasione, in *Arch. Franc. Hist.* minutiorem descriptionem dabimus huius codicis; nunc vero textum depositionis B. Benedicti, qualitis in eo habetur. (fol. 26r-27r).

Rubr. — **De indulgentia Portiuncule.**

« *In nomine domini amen. Ego frater Benedictus de Aretio, qui olim fui cum Beato Francisco cum adhuc viveret, et divina gratia operante iste pater Sanctissimus ad suum Ordinem me recepit, qui sotiorum suorum sotius fui et cum ipsis frequenter et in vita sancti Patris nostri et post ipsius recessum de hoc mundo ad dominum* cum eisdem discretis ordinis (1) *frequenter collationem habui: Confiteor me frequenter audivisse a quodam supradictorum sotiorum Beati Francisci, qui vocabatur frater Matheus* (2) *de marignano, qui fuit homo veritatis et probatissime vite quod ipse fuit cum Beato Francisco apud perusium ante presentiam sancte memorie domini pape Honori, cum petivit indulgentiam omnium peccatorum pro illis qui, contriti et confessi, convenirent ad locum sancte Marie de Angelis, qui alio nomine portiuncula nuncupatur, prima die kalendarum augusti a vespere dicte diei usque ad vesperas sequentis diei. Que indulgentia cum fuisset tam humiliter quam constanter a Beato Francisco postulata, fuerit tandem a summo Pontifice liberalissime et gratissime concessa, quamvis diceret iste summus Pontifex non esse consuetudinis apostolice sedis talem indulgentiam facere. Hec eadem supradicta et supradicto modo confiteor ego frater Raynerius de Marignano de aretio, sotius venerabilis fratris Benedicti me audivisse frequenter a supradicto fratre Matheo, sotio Beati Francisci, cui fratri Matheo ego frater Raynerius amicus specialissimus fui. Lecte et publicate fuerunt supradicte* conditiones (3) *apud cellam Venerabilis fratris Benedicti de Aretio coram Raynaldo de Castilione, Fratre Karo de Aretio, Fratre Compagno de Burgo, Fratre Monaldo de Aretio, Fratre Ildribandino* (sic) *de Florentia fratre Iacobo de florentia, Fratre Thebaldo de Florentia Aretio* (sic) (4), *fratre Bonaventura de Aretio et Massari de aretio ad hoc vocatis et rogatis. In anno domini M.CC.LXXVII. Nemine imperante, Papa in ecclesia Romana vacante. Indictione V, die dominico, octobris ultimo. Ego Iohannes Notarius filius olim cari* (?) *predictis omnibus interfui, et de mandato Venerabilis fratris Benedicti et fratris Raynerii scripsi et publicavi* coram (5)

(1) Alii codices omnes legunt: *cum eisdem de secretis ordinis;* cf. AFH I, 39, Sabatier, XLIV; Fierens, 48.

(2) Est Fr. Massaeus, ll. cit.

(3) Alii: *Collationes,* excepto uno codice: *consolatoria;* Fierens, 48.

(4) Scriptor « *Aretio* » adiungit, forsan ad corrigendum errorem quem commiserat scribens « *de Florentia* ». Etiam in aliis Codicibus habetur « *fratre Thebaldo de Aretio* »; ll. cc.

(5) In forma tamen ordinaria testimonii Petri Zalfani (cf. Sabatier, p. LIV, quod statim in codice sequitur, verba similia in codice ibi omissa, occurrunt; « *coram fratre Angelo ministro provinciae S. Francissci, fratre Bonifacio, fratre Guidone, fratre Bartholo de Perusio et aliis fratribus in loco Portiunculae* ». Bartholi, 26; Fierens, 59 sq.

fratre Angelo Ministro Sancti Francisci, Fratre Bonifatio Guardiano, fratre Bartholo de Perusio, et aliis fratribus in loco Portiuncule (1) ».

Uti notavimus, textus nostri codicis nonnullas variantes continet, ex quibus sub silentio praetereunda non est illa: *cum eisdem discretis*. Si verbum *discretis* veram lectionem constitueret, tunc impugnaretur possibilitas quod in Ordine Minoritico, illis primis temporibus, aliqua exstiterint quae secreto conservari deberent. Et revera, quaenam esse poterant secreta huiusmodi? Etiam cl. P. Sabatier (2) hoc quaerens, admittit tanquam probabilem nonnullorum ex eis exsistentiam. Nullum tamen adest certum argumentum hoc affirmandi. Et sub quodam respectu, credimus illud *de secretis* non parvum motivum suspicionis exstare potuisse pro adversariis Indulgentiae (3). Tales vero *discreti* Ordinis naturaliter esse debebant Superiores eiusdem, socii S. P. Francisci et alii Religiosi, sanctitate et doctrina eminentes, cum quibus frequenter B. Benedictus collationem habuisset de S. Francisco, de suo Ordine etc. Attamen, fatendum est, quod si verbum *discretis* retineatur ut vera lectio, periodus in qua est, sensu litterali videtur carere.

Maximi vero momenti est formula authentiae. In ea notarius declarat se praesentem fuisse depositioni Fratris Benedicti et Fratris Raynerii, eamdemque scripsisse et publicasse de mandato praefatorum Religiosorum coram *Ministro S. Francisci, coram Guardiano etc. in loco Portiunculae*. Depositio huiusmodi per notarium extensa coram Provinciali et Guardiano Portiunculae, maiorem, ut nobis videtur, valorem acquirit; quia praesentia Superiorum ad actum, et haec eadem eorum praesentia a notario expresse testata, eidem depositioni, ni fallimur, tribuit characterem documenti seu instrumenti officialis ex parte Ordinis, praesertim considerato decreto Capituli Patavini an. 1276 (4). Vel, aliis verbis: cum Ordo ipse per aliquos Superiores quodammodo actui adesset, demonstrabat se fidem praestare depositioni Fratris Benedicti ac eandem fidem aliis Fratribus praestandam aliquatenus publice imponebat. Praesentia enim nonnullorum Fratrum, qui sive in textu Testimonii, sive in formula authentiae, expresse nominantur, veracitatem actus ipsius depositionis testatur, eique notam tradit publicitatis; authentiae formula eundem actum confirmat; praesentia denique Superiorum Provinciae S. Francisci ad confirmationem notarii, eum reddit officialem ex eorum parte. Ex codicibus hucusque cognitis, quibus omnibus codex noster antiquitate praecedit, nullus habet in formula authentiae adiun-

(1) Immediate post Testimonium B. Benedicti de Aretio, quin ulla interponatur rubrica, habetur testimonium *Petri Galgani*, ut sequitur: « Petrus Galganus (*sic*) dixit, quod interfuit consecrationi ecclesie Sancte Marie de Portiuncula et audivit Beatum Franciscum predicantem populo coram V Episcopis, et habebat quandam cedulam in manu et dixit: Ego volo vos omnes mittere ad paradisum et annuntio vobis indulgentiam quam habeo ab ore summi Pontificis. Omnes vos qui venistis hodie, et omnes qui venerint annuatim tali die, bono corde et contrito, habebunt indulgentiam omnium suorem peccatorum. Ego volui pro VIII diebus, sed non potui. — Et de dicta Indulgentia sante memorie frater Leo testimonium perhibuit coram domino Iacobo Copuli et quibusdam aliis sic esse ». De testimonio Coppoli, Sabatier. LII sq., 28 sq.; etc. Fierens, 49 sqq.

(2) Cfr. Sabatier, ibid. nota n. 3.

(3) Cf. Kirsch, *Der Portiunkula-Ablass,* Tübingen 1906, 60; cf. Sabatier. l. c. XLIII.

(4) Cf. AFH I, 251 sq.

ctum: *coram Angelo Ministro Sancti Francisci, fratre Bonifacio Guardiano etc.* (1).

Sed huiusmodi formula non levem difficultatem prae se fert. Communis enim opinio illis verbis innixa: *Lectae et publicatae fuerunt* etc. *apud cellam fratris Benedicti de Aretio* coram nonnullis testibus, quorum maior pars de ista erant civitate, admittit B. Benedictum percelebre testimonium Aretii (2) reddidissse. Cum vero etiam in aliis codicibus dicatur expresse, quod notarius non solum depositioni interfuerit, verum etiam eamdem scripserit et publicaverit, et in nostro codice addatur hoc factum esse tantum *coram Ministro, Guardiano* et *aliis in loco Portiunculae;* ex eo fieri potest quod quaestio oriatur de loco, ubi Beatus Benedictus testimonium suum dederit. Quaestionem hanc, quae sive pro vita eiusdem sancti viri sive pro historia Indulgentiae alicuius esse potest momenti, aliis nos solvendam relinquimus. Notamus tamen, quod nullum factum certum vetat, quominus B. Benedictus tempore illo Assisii moram traxerit (3).

Florentiae. P. HENRICUS BULLETTI, O. F. M.

---

(1) Cfr. Wadding *ad an.* 1277, n. XIII. — Sabatier, ibid. — Golubovich, *Biblioteca,* I, pag. 142. Idem cl. Golubovich duos codices detexit Londini in Musaeo Britannico, testimonium de quo supra, continentes, in quibus pariter nomina superiorum desiderantur: videlicet, *Cod. lat.* 27, 627: *fol.* 42, *saec.* XIV *et Cod.* 16, 567: *fol.* 179 saec. *XIV.* In huiusmodi duobus codicibus textus depositionis clauditur his tantum verbis: « *Ego Iohannes notarius predictis omnibus interfui* », et frater Raynerius non appellatur « *de Mariano* » vel « *de Marignano* » etc., sed simpliciter frater Raynerius de Aretio.

(2) Nil hucusque de Archivis notarilibus Aretinis vulgatum fuit; illud quod G. Grazzini ap. G. Degli Azzi, *Gli Archivi della storia d'Italia,* V, Rocca S. Casciano 1907, 24-55 edidit, spectat tantummodo ad Archivum Communis Aretii.

(3) Golubovich, l. c., I, 142-3.

CONSTITUTIONES GENERALES

ORDINIS FRATRUM MINORUM

ANNO 1316 ASSISII

CONDITAE

(Continuatio et finis) (*a*).

De visitatione provinciarum, capitulum octavum (1).

1. *Cum regula dicat* (2) *quod ' fratres, qui sunt " ministri, visitent" et moneant fratres " suos "* et benigne *et caritative corrigant " eos ' ", ad prestandum eis adiutorium* (3) *et | negligentiam corrigendam ; ordinamus, ut a tercio anno in tercium per visitatores speciales visitetetur totus ordo: ita quod quelibet provincia per unum* (4) *cui detur socius unus discretus, qui succedat ei in visitationis officio tempore infirmitatis vel mortis, cum quo possit etiam habere collationem et consilium in dubiis, non expressis personis de quibus agitur, si fieri potest.*

2. *Teneantur autem ministri et difinitores bona fide providere " de fratre " idoneo ratione honestatis, discretionis et zeli ad tale officium exequendum.*

3. *" Quem si ante egressum a sua provincia mori contigerit, vel alias legitime impediri, minister, convocatis custodibus, quando commode poterunt interesse, et aliquibus discretis de diversis custodiis, de visitatore vel eius socio in casu consimili iuxta premissas conditiones* idoneis *possit et debeat providere. Et ad hoc tam ministri quam consulentes* firmiter *teneantur. Quod si alter istorum post exitum de provincia sua ante ingressum provincie visitande decesserit vel alias fuerit legitime impeditus, teneatur custos illius custodie, vel gardianus* illius *loci in custodis absentia, superstiti providere de socio usque ad provinciam visitandam; tuncque primus custos provincie visitande teneatur sibi sufficientem socium assignare, ac si in sua custodia decessisset.*

---

2. ministri et servi aliorum fratrum E. — 4. et] *om.* E. — ut] quod E. — 8. colloquium C. — expertis R. — 13. Quem] quod C. — 14. commode] bono modo C. — 16. vel] et R. — consimili] conscilii R. — 22. primus] *om.* C.

(*a*) AFH IV, 269-302.
(1) Bo. 458b-460a; Ehr. 119-123.
(2) Cap. X. *Opusc.* 711.
(3) Usque ad l. 54 in P. XVIII, 6, 8, 9, 10; l. c. 584ss. [53ss.].
(4) Narb. add. *visitatorem semel visitetur cui.*

4. *"Ordinetur autem in generali capitulo, que provincia quam provinciam debeat visitare; ita quod, post secundum capitulum provinciale visitantis provincie a generali, tali tempore incipiant visitare, quod, expleta visitatione, provinciali capitulo visitate provincie valeant interesse, quod immediate precedit sequens capitulum generale.*

5. *" Si vero contingat quod propter mortem generalis ministri visitatores provinciarum non possent habere provinciale capitulum ante capitulum generale, ipsi visitatores in* primo *sequenti provinciali capitulo visi-*(**26**b)*tate provincie, si voluerint, poterunt interesse; et tunc notificare debeant generali ministro, si qua notificanda erant capitulo generali.*

6. *" Visitatores etiam nichilominus, si accusandi fuerint, tunc accusentur generali ministro.*

7. *"Isti" visitent singula loca absque constitutionum et personarum et edificiorum mutatione; in locis conventualibus infra tres dies,* et *in non conventualibus infra duos ad plus suum officium exequ*antur; *qui, post quam ad " loca " fratrum pervenerint, exsequi incipiant infra tres dies, nisi manifesta et evidenti necessitate* et *communi* utilitate *fratrum fuerit diferendum.*

8. *Visitatores huiusmodi non intromittant se de occultis vel " indiscrete " correctis, nec de discretione vel indiscretione correctionis discutiant, nisi talis indiscretio per fratres fuerit accusata. Caveant* autem *ne super criminibus, de quibus infamia non precessit, inquirant particulariter ante quam crimina huiusmodi in publico accusentur.*

9. *" Procedant autem " in hunc modum. Primo legatur regula in communi, deinde constitutiones; postea in virtute obedientie precipiatur, ut omnes, qui interrogabuntur ab eis, respondeant bona fide si sciunt vel fama est, fratrem presentem vel absentem, de quo fiet interrogatio, excessisse contra aliquem articulum predictorum, ita quod factum vel fama probari possit. Postea dicant fratres sigillatim culpas suas, et egrediantur per ordinem, ita quod residui incusent egressum, de quo in publico fuerit accusandus.*

10. *Districte* (1) *per obedientiam inhibemus, ne persone accusantes accusatis vel alijs aliquo modo scienter revelentur, quod maxime fieri de nominibus accusantium ministrum prohibemus, nisi de crimine accusati in excusatione sua petierint a suo superiori sibi accusantis et testium nomina revelari.*

11. *" Inhibemus " etiam* per obedientiam *accusatis, ne scienter de nominibus accusantium se* requirant, *nisi cum quis de crimine " accusatus " petit nomina accusantium sibi revelari. Et quicumque contrafecerit, reve-*

24. que] etiam R. — 25. secundum] factum C. — 28. precedens R. — sequens] *om.* R. — precedet C. — 29. post mortem C. — 30. possunt R. — 33. ministro *etc.* erant] *om.* R. — generali] *om.* R. — 35. capitulo generali R. — 36. et person.] person. E. C. — 37. et in] et C. — 38. exequentur C.; exequentes R. — 40. communi utilitate] cum voluntate E. — 41. differendum O. — 42. hi R. — 44. autem] etiam O. E. R. L. — 46. crimina] *om.* C. — in publico et coram fratribus E.; in publico et capitulo coram fratribus L. — in publico] *om.* R. — 47. Procedat R. — 48. sancte obedientie E. — 51. ita] iuxta C. — 52. singillatim *(sic alias)* E. — 53-4. est in publico accusandus E. — accusatus C. — 56. revelent R. — fieri] *om.* C. — 61. inquirant O. E. R. L. C. — aliquis C. — accusatur et C. — 62. petat R.

(1) Usque ad l. 69 in P. XVIII, 18; l. c. 587s. [56s.].

lando scilicet vel inquirendo, non possit nisi per ministrum provincialem *absolvi, " vel per illum cui ipse in speciali duxerit committendum.*

12. *" Superiores vero, scilicet minister, custos vel gardianus, si inquirendo vel revelando scienter contrarium fecerint, necnon et subditi accusatores ipsorum revelantes eisdem, infra sex menses XV diebus in pane tantum et aqua per totam diem sine dispensatione ieiunare per obedientiam teneantur: alias ipsorum absolutio sit inanis.*

13. *" Nullus "* (1) *frater aliquem de aliquo accuset, cuius veritas vel fama probari non possit. Qui vero contrafecerit, pro eo quod fratrem commisisse asseruit penam sustineat, que accusato infligi deberet " si convictus" fuisset. Idem fiat de illo, qui sciens accusat aliquem de aliquo, de quo fuerit sufficienter correctus. Si vero in probatione infamie, de qua tunc accusat, defecerit, pro culpe modo legitime puniatur.*

14. *Accusationes, que scribende sunt, certis verbis iuxta approbationem capituli conscribantur. Fratri etiam* accusato, *postquam fuerit revocatus, audientia non negetur. " Et sic per ordinem culpe dicantur et cum debita correctione penitentie imponantur.*

15. *" Visitatores isti in nullo casu potestatem habent excommunicandi, suspendendi vel interdicendi, nisi missi specialiter a generali ministro; nec possunt absolvere custodes vel etiam gardianos, nec " " ire ad monasteria nisi habuerint super hoc licentiam specialem. Item penitentie, quas imponunt, non possunt se extendere ultra annum ".*

16. *Teneantur autem fratres visitatoribus suis in hijs, que ad officium suum pertinent, et non in alijs, obedire. Et " de nullo teneantur " visitatoribus obedire, quod non possit per duos alios fratres probari.*

17. *Visitatores* (2) *ergo iuxta formam premissam corrigant excessus fratrum, quos visitant, hoc salvo quod excessus ministri provincialis, et si* qua alia *invenerint difficilia, capitulo provinciali reportent. Et tunc " in eodem capitulo post difinitorum electionem, uno die dumtaxat, in corrigendis personarum excessibus suum officium exequantur; et " cum ministro et difinitoribus correctionem, coram illis tantum qui sciunt, exerceant de inventis, nisi sit talis excessus qui sit pena publica puniendus. Alijs vero agendis capituli non intersint, " sed nec ipsi capitulo intersint socij* (27a) *eorumdem ". Quicquid* etiam *visitator portaverit ad capitulum provinciale corrigendum ibidem vel de loco ad locum, deferat illud sub sigillo illius loci, in quo inven*it.

18. *Si vero visitator reputet aliquid valde notabile in provincia corrigendum, quod minister et difinitores illius capituli non possint vel nolint corrigere seu corrigendum non reputent, casus instructus, cum rationibus opinionis utriusque conscriptus communiter sub sigillo ministri et visitatoris per discretum provincie electum iturum ad* generale *capitulum de provincia, mittatur capitulo generali. Vel ad minus visitatores per se, si capitulum non conveniret* aut nullatenus *consentiret.*

---

63. vel etiam O. E. L. C. — 65. vero] *om.* R. — et custos C. — 67. eorum C. — 68. tantum] *om.* C. — 69. eorum R. — 72. que etiam R. — 73. — scienter C. — 82. nec etiam ire O. E. L. — inhire R. — 87. visitatori R. — obedire] *om.* E. — 90. alia] *om.* C. — 91-2. personarum] *om.* R. — 93-4. inventis] iniunctis] C. — 95. capitulo generali R. — 98. invenerit C. — 100. illius] *om.* R. — 101. corigendum *(pluries)* R. — reputant C. — 104. visitatores mittant C.

---

(1) Usque ad l. 87 in P. XVIII, 7, 12; l. c. 585s. [55s.].
(2) Usque ad l. 111 in P. XVIII, 26, 29, 27; l. c. 589s. [58s.].

19. " *Ad estirpationem vero malorum in ordine nostro pululantium, ne subcrescant, iniungimus visitatoribus universis, ut si quas invenerint provincias vitiosas* " " *in sumptuositate edificiorum et vestium vel* in *esu carnium* " " aut *in equitationibus* " " *vel in relaxationibus regularis discipline* aut *generalium statutorum, tam ministros quam provincias teneantur accusare capitulo generali.*

20. " *Teneantur* (1) *etiam per obedientiam statum provinciarum, quas visitant, sive bonum sive malum, eidem capitulo generali nunciare* ". Nec ullo modo in provinciis, quas visitant, seu in earum provincialibus capitulis existentes, de statu earum predicto, verbo vel scripto perhibeant testimonium ipsis, nec aliquis ab eis huiusmodi testimonium postulare presumat.

21. Eisdem quoque visitatoribus provincie, a quibus mittuntur, de vestimentis si indigent, et expensis itineris tam in eundo quam redeundo, debeant providere. A provincijs vero quas visitant nichil pro huiusmodi petant vel accipiant ullo modo. Et si contrarium fecerint, accusentur capitulo generali.

22. " Item *per obedientiam teneantur firmiter* " *et districte* ipsi *et eorum socij, ne ea, que per visitationem cognoverint, scienter nescientibus revelent, vel extra provinciam secum portent; sed, datis penitencijs, sine mora omnia in publico* " *destruantur.*

23. " *Et caveant omnes visitatores a munusculis petendis vel accipiendis; quod si culpabiles fuerint, accusentur capitulo generali.*

24. " *Nulli etiam visitatori littere commendaticie concedantur. Excessus* " *autem visitatorum examinati per provinciale capitulum, transmittantur correctioni capituli generalis; ita tamen quod, si visitator in illa provincia fuerit, nuncietur eidem; si vero absens, significentur sibi* excessus sui *per litteras speciales, ut se excusaturus compareat, si voluerit, capitulo generali; alioquin, de hijs in quibus fuerit accusatus, nichilominus* " *punietur.*

25. " *Insuper* " *ordinamus quod singulis annis visitetur domus parisiensis per specialem visitatorem missum a generali ministro; qui, si invenerit aliquem* de studentibus *insolentem, possit cum ministro provinciali ipsum remittere ad suam provinciam.*

26. Conventus (2) sacri loci de Assisio sit sub manu provincialis ministri; eius tamen visitatio generali ministro penitus reservetur.

27. " *Item ministri* (3) *possunt visitare fratres provincie sue publice et private, ac sigillatim coram se fratres vocare, et preponere aut postpo-*

---

108. vel in] in C. — 109. relassationibus *(similiter pluries)* R. — 112. etiam] *om.* R. — statutum R. — 113. nunciare] O. *(in margine)*, L. C. *add.* non personaliter sed per litteras speciales. — 114. earum] *om.* R. — 116. ipsis *etc.* testimonium] *om.* R. — 117. presumant R. — 119. et] *om.* R. — 120-1. vero] *om.* R. — pro huiusm.] omnino R. — 123. ipsi] *om.* E. — 124. ne] ut R. — agnoverint R. — 125. provincias E. — 127. omnes] *om.* R. — 131-2. provincijs E. — 134. de quibus accusatus *(caeteris om.)* R. — 141. tamen] tantum R. — penitus] *om.* R. — 143-4. private] occulte C. — fratres] *om.* C. — ac proponere R. — private R. — private vel C.

---

(1) Usque ad l. 117 in P. XVIII, 27; l. c.

(2) Par. quoque hic habet de sacro Assisii conventu decretum, sed longe pluribus verbis et eo sensu, ut conventus ipse « *totaliter remaneat et sit in manibus et dispositione ipsius generalis ministri* ». Cf. Ehr. 123 n. 2.

(3) Usque ad l. 148 in P. XVIII, 5; l. c. 584 [53].

nere privatam publice, sicut eis videbitur expedire". Custodes autem visitare non possint nec publice nec private, nisi a ministris specialiter committatur eisdem. *" Et ne simplicibus fratribus ignorantia sit occasio delinquendi, custos, cum visitat, regulam et constitutiones eis in vulgari diligenter exponat.*

28. *" Cum* (1) *vero a ministro vel custode frater aliquis visitatur, testimonia plurium singularium" "personarum super eodem genere criminis ad probationem faciendam presenti statuto fore sufficentia decernuntur. Et ideo, quando coram eis plures deponunt singulariter in secreto, possunt quemlibet eorum compellere,* ut *deponant coram duobus vel tribus discretis.*

29. *" Visitatores autem monasteriorum ordinis sancte Clare in quolibet provinciali capitulo renuncient suis officijs per seipsos si presentes fuerint, vel per litteras si absentes. Et possint eligi ad provinciale capitulum de custodijs vel conventibus ubi fuerint assignati. Sed nec ipsi visitatores* dictarum *sororum, nec socij eorum*dem *vel etiam" provinciales ministri aliqua munuscula ab eis recipiant ullo modo. Nec alijs fratribus quibuscumque liceat ibi comedere vel de nocte dormire,* absque provincialis ministri (**27**b) licentia speciali. Nec accedendi ad monasteria detur alicui licentia generalis, nec alicui abbatisse vel sorori ipsos vocandi, nec accedendi detur alicui licentia, nisi ex causa rationabili fuerit faciendum.

De electionibus ministrorum et aliorum institutionibus prelatorum, capitulum nonum (2).

1. *Cum secundum regulam* (3) *generalis minister sit a ministris provincialibus et custodibus eligendus, ordinamus* (4) *quod ad electionem procedatur hoc modo.*

2. *Electoribus congregatis die ad eligendum prefixa, primo, invocata spiritus sancti gratia, " fiat inclusio electorum, sicut habetur in illo paragrafo de capitulo generali: ' Minister generalis in primis coram omnibus se accuset' etc.* (5). *Deinde minister provincie ubi fiet capitulum generale, vel, si" " defuerit, custos eiusdem provincie electus ad" " capitulum generale, disquisitores instituat de duorum vel trium consilio discretorum. Qui" singulorum vota seorsum aliquantulum coram occulis omnium perquirant fideliter et conscribant, ita quod singuli, ante quam recedant ab eis, audiant qualiter conscripserint* dicta *sua. " Et fratres electores in exprimendo vota sua utantur hijs verbis: ' Ego talis minister vel custos talis provincie nomino talem fratrem vel consentio in talem fratrem pro generali ministro'". Quibus per ordinem conscriptis, statim in eodem loco,*

144-5. *A* Custodes *usque ad* private] *om.* C. — specialiter] *om.* R. — 147-8. eos visitant R. — diligenter] *om.* R. — 149. vero] autem R. — 152. deponuntur R. — possit R. — 153. deponat R. C. — 154. ordinis] ecclesie R. — 155. seipsos] se R. — 156. vel] *om.* R. — 160. liceat unquam E. — ibi] *om.* O. L. — absque licentia generalis vel R. — 161. de cetero detur R. — 162-3. nec acc.] vel accedendi R.

3. Cum regula dicat E. — 6. Et electoribus R. — Electoribus scilicet C. — congregatis] *om.* R. — 7-9. sicut *etc. usque ad* etc.] *om.* C. — paragrapho R. — Deinde] Demum C. — fit R. — 10. si ipse O. R. L. — ad ipsum O. E. R. L. — 12. oculis E. L. — 13-4. scribant, scripserint E. — dicta] vota E. C.

(1) Usque ad l. 153 in P. XVIII, 11; l. c. 586 [55].
(2) Bo. 460a-461a; Ehr. 123-129. (3) Cap. VIII. *Opusc.* 70.
(4) Usque ad l. 53 in P. XIV, 4; l. c. 423s. [36s.].
(5) Infra, cap. XI, p. 523, § 13, l. 72.

ante quam fratres discedant vel colloquantur adinvicem, " publicentur " in medium que scripserunt. Quod si divina gratia inspirante in unum aliquem concordaverint, illius electio firma est absque aliqua questione; si vero in partes inequales se diviserint, ille, in quem plures medietate omnium eligentium consenserint, " postquam electio fuerit pronunciata de eo ", ex vi talis electionis et presentis constitutionis verus " generalis minister ordinis habeatur, auctoritate privilegiorum nostro ordini a sede apostolica indultorum. Surgat " tantum *ex electoribus unus, " a predicto ministro vel custode " ad hoc deputatus, et dicat: ' In nomine patris et filji et spiritus sancti, amen. Ego " talis " nomine meo et nomine omnium vestrum " qui* mecum *in ipsum* vel in ipsos *consens*istis *", eligo fratrem talem in generalem ministrum ordinis nostri '. Quo facto statim incipiatur ' Te deum laudamus '. " Et in omni pronunciatione electionis forma predicta ab omnibus fratribus uniformiter observetur.*

3. *" Si " vero, iterato huiusmodi scrutinio quotiens videbitur electoribus expedire, contigerit quod nullus esset electus a maiori numero electorum, possint comuniter compromittere in tres vel quinque fratres idoneos et discretos, qui vice omnium de preficiendo valeant providere.*

4. *Si vero generalem ministrum mori contigerit ante festum sancti Michaelis, minister in cuius ministratione moritur, vel vicarius, teneatur significare sine dilatione ministris omnibus, quibus poterit bona fide, ut in Pentecoste sequenti fiat capitulum generale. Si vero post dictum festum decesserit, nuncietur nichilominus, ut dictum est, non tamen fiet generale capitulum, nisi alias " anno illo " debuerit celebrari, sed celebrabitur in sequenti; et hoc in | loco* et *provincia, ubi ordinatum fuerat per generalem ministrum celebrari.*

5. *" Predictus " vero minister provincie, ubi fit capitulum generale, potestatem habeat super alios in capitulo cohercendi eos in hjis que ad expeditionem capituli pertinent, quousque electus sit generalis minister, si fuerit presens electus. Si vero absens,* ipse *minister provincie, ubi fiet capitulum, assumptis secum duobus ministris, uno trasmontano et alio cismontano, de se ipsis vel alijs de uno ministro provideant, qui super alios usque ad finem capituli habeat potestatem. Quod etiam intelligimus* quacumque *alia de causa " generalis predicto capitulo " non poterit interesse. " Idem possit custos illius provincie electus ad generale capitulum, quando suus minister presens non fuerit: alijs tamen tractatibus generalis capituli non intersit.*

6. *" Circa* (1) *electionem provincialium ministrorum similiter procedatur, sicut in electione generalis ministri, excepto quod electores non oportet includi nec in fine cantari: ' Te deum laudamus ' ".*

---

18. collocantur O. — publicetur R. — 19. inscripserunt R. — spirante C. — 20. absque] sine C. — 21. vero] *om.* R. — 22. assenserint C. — 25. tantum] tamen R. — 27. Ego frater R. — et nomine] et R. — 28. in eum vel in ipsum C. — fratrem] *om.* O. L. — 29. statim] *om.* R. — incipiat R. C. — 31. fratribus] *om.* C. — 33. contingit C. — contigerit R. — 34. possit R. — committere R. — 36. contingit R. — 37. moritur] *om.* B. — 38. ministris] in scriptis R. — omnibus quibus] quibuscumque C. — 39. festum predictum E. — 45. capitulo existentes R. — 48. capitulum generale R. — quibus uno R. — 49. ministro] *om.* C. — 50. capituli] *om.* E. — intelligimus] intelligi volumus R. — 51. quandocumque C. — 52. electus et generali capitulo R. — 53. generalis] *om.* R. — 57. nec] vel R.

---

(1) Usque ad l. 104 in P. XV, 35; l. c. 576s. [45s.].

7. *Ordinamus " autem quod ipsi pro-*(**28**a)*vinciales ministri ", convocato provinciali capitulo, a subditis, " idest fratribus de corpore provincialis* (1)*" eligantur, confirmandi per generalem ministrum. Electores " vero " provincialium ministrorum, postquam ad capitulum convenerint, eligant precise in die " sequenti ". Quod " si ipsa die non elegerint, " seu in eligendo non convenerint ", ex tunc generalis minister eis provideat de ministro. " Nichilominus tamen ipsi electores possint et debeant provincie de vicario providere ". Possint autem ministri provinciales eligi de toto ordine.*

8. *Quod si, provinciali capitulo congregato, ministrum provincialem mori contigerit vel absolvi, possint fratres in eodem | capitulo congregati alium sibi eligere in ministrum, quamquam ad hoc missi non fuerint vel " vocati.*

9. *" Custos in " cuius custodia moritur provincialis minister, postquam sibi de morte ministri constiterit, certo die prefixo " et loco in quo possint fratres " commode convenire, provintiale capitulum teneatur, quam citius poterit, convocare, nisi propinquus fuerit terminus provincialis capituli celebrandi.*

10. *Custos vero illius custodie, in qua capitulum " celebratur, vel si ipse defuerit et in provincia vicarius ministri non habeatur, gardianus illius loci, in quo capitulum celebratur, tenebit ipsum capitulum, donec electio ministri fuerit celebrata et vicarius de consensu maioris partis capituli fuerit institutus, qui ex tunc capitulum teneat et regat provinciam, quousque minister in provincia habeatur.*

11. *" Nullus frater in ministrum electus utatur officio vicarie, cum hoc videatur contra statutum consilij generalis* (2).

12. *" Electione vero celebrata, terminatoque capitulo, vicarius provincie duos fratres de corpore ipsius capituli fidedignos de consensu* ipsius *capituli cum electionis decreto mittere debeat sine mora ad generalem ministrum pro confirmatione petenda. Qui de electione et electo ac statu ipsius provincie sciant et possint generalem ministrum, iuxta quod expedit, reddere certiorem.*

13. *" Si autem, mortuo generali ministro, aliquem provincialem ministrum mori contigerit et alium eligi, statuimus ut per ministrum vicinioris provincie loco capituli, in quo electio celebrabitur, et per duos custodes*

---

59. de corpore capituli R. C. — 60. per] *om.* R. — vero] *om.* R. — 62. seu] aut C. — 63. eis] *om.* R. — de] eidem R. — 65. possit provincialis minister C. — toto] dicto R. — ordine] O. *(in margine),* E. *et* L. *(in textu) add.* Placet autem capitulo generali quod non eligantur vel postulentur illi qui in aliquibus provinciis sunt ministri, nec illi qui immediate ante ipsam electionem in eadem provincia ab officio ministerii quocumque motivo vel modo fuerint absoluti, nec baccelarij parisienses de provincia Francie non nativi. Si autem electi vel postulati fuerint, supplicat totum predictum capitulum generali ministro quod dictas electiones seu postulationes non debeat confirmare nec etiam acceptare. — 68. in] *om.* R. — 70. in custodia ubi moritur R. — 75. provinciale capitulum C. — 76. defuerit] fuerit R. — habetur R. — 78. fuerit] *om.* O. L. — assensu R. — 81. utatur] vicarius R. — 82. concilii O. E. R. L.; capituli C. — 83. Electio R. — terminato R. — 84. ipsius] *om.* R. C. — 86. petenda predicta R. — de] *om.* R. — electioni R. — et electo] *om.* R. — 87-8. certiorem correctorem R. — 91. in loco E.

---

(1) Par. add. *capituli.*

(2) Canon quartus concilii Lugd. II (1274), IV lib. Decr. c. 5 de electione (I, 6); cf. Ehr. 126, n. 2.

eiusdem provincie similiter viciniores, electione et electo legitime examinatis et approbatis, electus confirmetur. Electus vero et fratres, qui propter examinationem electionis et electi a predictis ministro et custodibus fuerint evocati, eisdem in omnibus que ad examinationem et confirmationem pertinent, teneantur firmiter obedire.

14. " *De custodibus vero* " *et gardianis provideatur in hunc modum. Minister provincialis in capitulo provinciali, cum consilio et assensu difinitorum et requisito fratrum consilio de custodia in capitulo existentium, custodie provideat de custode. Quod si ante provinciale capitulum contigerit mori custodem aliquem vel absolvi, minister, requisito consilio sex discretorum adminus de custodia, eidem custodie provideat de custode.*

15. " *Nullus autem frater fungatur simul custodis et lectoris officio vel visitatoris, nisi manifesta necessitas id requirat.* Item fratres assignati seu deputati curiis dominorum, in quibus continue vel frequenter eos adesse oporteat, non ponantur nec dimittantur in officijs ordinis, illis dumtaxat exceptis officijs, que non solum alibi et apud alios, sed etiam in curiis ipsis et apud curiales oporteat vel expediat exerceri.

16. " *Item* " *minister* (1) *in provinciali capitulo, cum consensu et consilio difinitorum et requisito consilio custodis et aliquorum fratrum, locis conventualibus* " *et non conventualibus* " *provideat de gardianis. Quod si ante provinciale capitulum gardianum aliquem* conventualem *mori contigerit vel absolvi, si minister* commode *accedere ad locum* | *poterit, requisito aliquorum de conventu* illo *consilio discretorum, de gardiano provideat illi loco.* " *Si autem ad locum personaliter accedere commode non valeat, requisito aliquorum discretorum consilio, de gardiano provideat illi loco* ".

17. *Conventum autem dicimus, ubi XIII fratres et supra possunt continue commorari.*

18. *Si* autem *gardianum* (**28**b) *non conventualem contigerit mori post provinciale capitulum, custos* " *de consensu ministri provideat illi loco de gardiano cum aliquorum consilio discretorum, nec* " *tamen illum ammoveat sine ministri licentia speciali.*

19. " *Difinimus quod custodes et gardiani habeantur pro prelatis, quia ex privilegio domini Clementis pape, quod dicitur ' mare magnum '* (2), *eis*

---

93. et electione similiter examinata et approbata R. — propter] per B. — 94-5. examinationem et confirmationem R. — ministris, vocati R. — omnibus] *om.* R. — 97. et gardianis] *om.* C.; guardianis R. — 100. provideatur R. — 102. provideant B. — 103. autem] *om.* R. — 104-5. vel visitatoris] *om.* C. — deputati et assignati R. — 106. officijs] *om.* R. — 107. que non solum] *om.* R. — alios] illos R. — etiam] *om.* R. — 110. custodum C. — 111. provideatur R. — guardiano C. — 112. conventualem] *om.* R. — 113. locum illum R. C. — 114. *quibusdam transposit.* R. — provideatur R. — 115-6. A Si autem *usque ad* illi loco *om.* E. R. *et* C. — 117-8. duodecim R. — superior C. — possunt] *om.* R. — commoraverint R. — commorari] O. *(in margine)*, E. et L. *(in textu) add.* Inhibet autem generalis minister cum toto capitulo generali quod nullus de cetero capiatur locus in quo XIII fratres non possunt continue residere, sine licentia capituli generalis, quacumque alia licentia habita non obstante. — 119. autem] vero O. E. R. L. C. — 120. assensu R. — 121. tamen] etiam E. — 124. privillegio *(et alias)* E. — pape V E. — quod dicitur mare magnum] *om.* R.

---

(1) Usque ad l. 157 in P. XV, 6-8; l. c. 577s. [46s.].

(2) In Bulla *Virtute conspicuos*, d. 21 Iulii 1265, BF III, 19-24. Potthast, *Reg.* n. 19280. Cf. AFH II, 279 not. 6.

cura committitur animarum. Et gardiani in omnibus obediant suis custodibus. Nam quicquid" "gardianus, potest et custos. Caveant tamen ne in suis officijs ad invicem se perturbent.

20. "*Minister provincialis, quando vadit ad capitulum generale vel alias exit provinciam vel sic infirmatur quod non potest provinciali capitulo interesse, dimittat vicarium de consilio discretorum. Vicarius vero sic institutus", "si minister in generali capitulo fuerit absolutus vel ipsum* ministrum *mori contigerit, remaneat vicarius auctoritate ministri et capituli generalis. Quod si minister absens absolutus fuerit in capitulo generali, officium exerceat, donec" "constiterit quod fuerit absolutus, et* ex *tunc officium vicarie excerceat donec provinciale capitulum fuerit congregatum.*

21. "*Vicarius iste provincialis ministri et alius vicarius a provinciali capitulo institutus eandem in omnibus habeant potestatem, exceptis hijs que vicariis ministri ex privilegijs specialiter conceduntur.*

22. "*Potest enim uterque* istorum *fratres absolvere ab illis quinque differentijs peccatorum, que ministris solummodo relinquuntur;* aliis tamen hoc committere nequeunt, sed possunt *punire peccantes.*

23. "*Possunt etiam instituere vicarium custodis vel gardiani de consilio discretorum, si casus necessitatis id requirat. Non autem possunt fratres ad sacros ordines facere promoveri, nec ad ordinem recipere vel eicere iam receptos.*

24. "*Item fratres non mittant extra provinciam ad manendum, nec alios recipiant in sua provincia moraturos.*

25. "*Item fratres non transferant de una custodia in aliam ad manendum, nisi evidens necessitas* et *communis utilitas hoc requirat, et hoc de consensu illorum custodum, si fieri potest bono modo. Et breviter de loco ad locum non mittant fratres, nisi ex causa necessaria fuerit faciendum.*

26. "*Item non privent custodiam vel locum vel fratrem libris vel rebus alijs, nisi" "causa urgente, cum fratrum loci consilio discretorum. Et ablata usque ad examen ministri vel provincialis capituli reserventur.*

27. "*Custos similiter, cum ad generale vadit capitulum vel alias* quocumque *exit custodiam foris aliquandiu moraturus, vicarium instituat in custodia sua de aliquorum ipsius custodie consilio discretorum.*

28. "*Item* (1) propter *vitanda pericula, volumus quod non passim gardiani vicarios, quando de domo egrediuntur, instituant nisi certas personas discretas atque securas, et hoc de ministrorum suorum consilio vel custodum.*

---

126. Nam *etc.* custos] *om.* R. — quicquid poterit E. — potest, potest et C. — tamen] autem E. C. — 129. sit infirmatus R. — possit R. — capitulo] *om.* R. — 131-2. ipsum ministrum] si eum R. — ministrum] interim C. — et maneat R. — Et ex *etc.* congregatum] *om.* C. — 139. enim] etiam R. — quinque] videlicet C. — 140. *Post* relinquuntur C. *add.* et etiam punire peccatores; *om.* aliis *etc.* peccantes. — 142. vel] et R. — 143. si necessitas casusve requirat R. — casus necessarius hoc C. — autem] tamen C. — 148. Item] *om.* E. — in] ad R. — 150. consensu] *om.* E. — 151. mittant] mutent C. — 152. fratrem aliquem R. — 153. ex causa O. E. R. L. — 156. quocumque exit] extra R. — foris] fuerit E. R. — quandocumque C. — 157. consilio] *om.* R. — discretorum fratrum R. — 158. passim] possint R. — 159. nisi] sed E. — 160. atque] et C.

---

(1) Usque ad l. 172, *additionibus* Ass. *praetermissis*, in P. XV, 9-11; l. c. 579 [48].

29. " *Fratres patientes defectum nathalium non fiant prelati in ordine nostro, nec eorum vicarii ordinarii, ita quod oporteat eos tenere capitulum; alias vero poni possunt ad modicum tempus, in quo non oporteat eos capitulo presidere. Nec possunt* fieri *inquisitores, nec visitatores ordinis nostri, nec etiam sororum ordinis sancte Clare;* nec fiant difinitores, *nisi cum eis fuerit dispensatum.* Nec ipsa dispensatio in predictis ullum sortiatur effectum, donec sub sigillo noto et autentico provinciali capitulo fuerit certitudinaliter declarata.

30. " *Nullus frater" preficiatur in officio fratrum " nisi possit" ducere communem vitam, que tam a prelatis quam a subditis observetur, maxime in vesti*bus, *cibis et lectis.*

31. " *Precipit generalis minister per obedientiam cum generali capitulo universo, quod nullus frater promoveatur de cetero ad sacerdotium nisi sue etatis completum habeat XXV annum et executionem quarumcumque personarum confession*um *extra nostrum ordinem existentium, et prelationis officium nullus habeat de cetero nisi" " XXX annos completos habeat in etate.*

32. " *Teneantur per obedientiam fratres in omni electione ministrorum difinitorum et discretorum eligere discretiores zelum Dei et communis utilitatis habentes, salvis ordinationibus, quas minister generalis fecit in aliquibus provinciis vel etiam approbavit. Et quicumque scienter contra fecerit, tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet. Et ideo per obedientiam prohibemus, ut nullus frater* (29a) *in aliqua électione seu visitatione aut promotione alicuius ad quodcumque officium ordinis faciat collegationes* seu *inductiones comminando, promittendo, laudando,* vel *mendaciter detrahendo. Et qui scienter contra fecerit, ipso facto ab omni actu legitimo sit suspensus* ".

De capitulo provinciali, decimum capitulum (1).

1. *Cum regula dicat* (2) *quod ministri et custodes possint in singulis provincijs fratres ad capitulum convocare; ordinamus, ut singulis annis in singulis provincijs provinciale capitulum celebretur, iuxta quod magis congru*it *cuilibet regioni, in quo dies et locus sequentis capituli assignetur; ita quod redeuntes de capitulo generali proximo precedenti valeant interesse.*

2. *Ad* illud autem *capitulum* (3) *conveniant custodes* ac *fratres de provincia, secundum quod in provinciali capitulo fuerit ordinatum; proviso tamen quod multitudo venientium, quo melius poterit, evitetur.* " *Et*

162. natalium O. E. L. C.; naturalium R. — 163. nostro] isto R. — 164-5. eos capitulo] capitula R. — 167. in predictis ullum] illum R. — Nec ipsa *etc.* declarata] *om.* C. — 168. *A* donec sub *usque ad* officio fratrum *om.* E. — provinciali capitulo] *om.* R. — 170. frater] *om.* C. — 171-2. et maxime C. — 175. exequutione R. — 176. et] similiter nec E. — 180. et diffinitorum E. — et discretorum] *om.* E. — discretiores] discretos R. — 186. seu] vel O. E. R. L. — comminando] pronuntiando R. — mordaciter vel E. R. — 187. ab omni] *om.* R.
3. provincijs] annis E. — 4. provinciale] *om.* E. — 5. congruerit R. — religioni E. — qua R. — locus vel dies O. L. — 6. quod fratres O. L. — 8. illud] aliud R. — ac] et R. C. — proviso] prius ita R. — 10. quo] quoad R.

(1) Bo. 461a-462b; Ehr. 129-133. (2) Cap. VIII. *Opusc.* 71.
(3) Usque ad l. 16 in P. XV; 13, 1; l. c. 479s. [48s.].

ideo nullus frater pro predicationis officio ad capitulum provinciale mittatur, nisi de ministri consilio et assensu".

3. *In hoc capitulo et in alijs electionibus vocem per se non habeant fratres in monasterijs commorantes; admittantur tamen ad electionem discreti ad capitulum mittendi in locis iuxta que morantur, sicut fratres ceteri de conventu.*

4. " *Nullus frater presens vel absens possit in electione aliqua facta per scrutinium vocem suam committere alteri, ultra formam que in privilegio domini Nicholaj* (1) *de custodibus continetur.*

5. " *Ad prefixum autem diem electionis discreti omnes fratres conventus* eiusdem *venire* bona fide *per obedientiam teneantur, et gardiani denunciare omnibus quibus poterint teneantur* per obedientiam *bona fide. Et ut aliquorum ambitio evitetur et insolentia non increscat, ordinat generalis minister cum generali capitulo universo, quod nullus* (2) *frater eodem anno in electione discreti ad provinciale capitulum* seu *custodiale vocem habeat, nisi unam. Et si secus factum fuerit, secunda vox nulla sit et inter voces eligentium minime* computetur. Ordinat insuper quod fratres iuvenes non habeant vocem in electione discreti nec in approbatione mittendorum ad ipsum capitulum priusquam etatis sue annum XX compleverint, secundum custodis iudicium de consilio discretorum, nisi de ipsa etate aliud certius testimonium habeatur. *Lectores* (3) *etiam extra provinciam suam* legentes et similiter fratres extra provinciam suam *studentes in electionibus discretorum, tam ad generale quam ad provinciale capitulum, vocem tantum activam habeant, non passivam.*

6. " *Hanc* " *autem electionem* " *discreti ad provinciale capitulum* mittendi *fratres* " *faciant prima die; alioquin custos* " *vel eius vicarius* " *eis provideat de discreto.* Quem si contingat mori vel legitime impediri ante exitum de sua custodia, provisio alterius pertinet ad custodem.

7. *Gardianus autem teneat capitulum, quando de excessibus ministri* vel *custodis et eorum insufficientia et de alijs transmittendis ad capitulum provinciale inquiritur. Cum vero de gardiani excessibus inquiritur, aliquis eorum institutus a gardiano de consilio aliquorum discretorum teneat capitulum.*

8. *Predicti vero de excessibus et insufficentia prelatorum diligenter* per obedientiam *inquirere teneantur, et alij fratres* inquirenti *teneantur* per obedientiam *bona fide veritatem de omnibus respondere.* " *In praedictis autem inquisitionibus, tam revelantes accusantium nomina, quam inquirentes ad penam, que in alijs visitationibus* ponitur, *obligentur* ". *Custos vero huiusmodi scrutinio non intersit. Istud autem scrutinium ultra unius diei spatium* naturalis *nolumus prolongari.*

---

13. et in] et R. — 17. vel] *om.* R. — 18-9. privilegio] declaratione R. — Nicolai R. — 21-2. denuntiare obedientiam quibus poterit teneantur. Et *(caet. om.)* R. — 24. minister] *om.* R. — 25. in] *om.* R. — seu custodiale capitulum R. — 27. fratres omnes R. — 29. ipsum] *om.* R. — compleverit R. — 30. custodie R. — de cons.] cum cons. O. E. L. — 32. et] *om.* R. — suam] *om.* R. C. — 35. mittendi] *om.* C. — 36. eis] *om.* R. — 38. pertineat R. E. — 40. de eorum R. — et eorum] vel eorum E. — de alijs] aliis C. — 41. provinciale] *om.* C. — 42. instituturus R. — 45. inquirentibus E.; requisiti *(cum transp.)* R. — 48. imponitur R. C. — obligetur R. — 49. in huiusmodi O. L.; huic R. — scrutiniis C. — 50. naturalis] *om.* C.

---

(1) In Bulla *Ad statum pacificum,* d. 13 Maii 1288. BF IV, 19. Potthast. *Reg.* n. 22705. (2) Usque ad l. 27 in P. XV, 13, 4; l. c. 580 [49]. (3) Usque ad l. 60 in P. XV, 13, 2, 3, 5 et 14; l. c. 580s. [49s.].

9. " *Et* " *nichil portetur ad capitulum, nisi* | *fuerit discussum* | *examinatum, probatum legitime,* " *et in terminis explicatum* " *et approbatum a maiori parte fratrum locorum suorum, fideliter conscriptum, lectum et sigillatum coram omnibus loci sigillo, ut ad provinciale capitulum destinetur.* "*Et accusatum ac probatum legitime quod de genere actus est peccatum mortale, vel inducit notabiliter relaxationem observantie regularis vel declarat insufficientiam manifestam, nullus impediat approbari, quin provinciali capitulo transmittatur.* (**29**b) *Et idem dicimus de scribendis ad capitulum generale* ". Et *quicumque contrafecerit, repellatur a capitulo, et nichilominus graviter puniatur.*

10. *Quando autem discutiuntur mittenda ad provinciale capitulum, diligenter examinentur gravia, que proponuntur, et in speciali* inquiratur ab eo qui accusat *de facto si vidit, de verbo si audivit ab* illo *qui accusatur; et* (1) *inquiratur de loco* et *tempore et modo. Et hec forma in visitatione qualibet observetur.*

11. *Excessus autem ministri, custodis et guardiani et aliorum, qui corrigendi fuerint, coram illis tantum, qui noverunt excessus in provinciali capitulo audiantur, et qui corrigendi fuerint corrigantur, nisi sit talis excessus, qui sit pena publica* " *puniendus.*

12. " *Excessus* " *gardiani qui mittuntur ad provinciale capitulum, recitentur ei in publico coram suo conventu, si ad dictum capitulum non fuerit profecturus. Et si aliquid grave accidisset in provincia vel contigisset in via, quod alias ad capitulum missum non esset, debeant fratres, quibus notum est, coram difinitoribus accusare.*

13. *Isti in loco capituli congregati,* ista *die quiescant et deliberent usque mane diei sequentis; et tunc audita missa ingrediantur capitulum et invocata Spiritus sancti gratia, fiat sermo fratribus in communi. Deinde eligant* ex *se ipsis tantum quattuor difinitores per disquisitionem trium, quos minister, custos et gardianus loci, vel duo ipsorum, si tertius defuerit, ad hoc duxerint eligendos.* " *Si autem contingat in electionibus diffinitorum plures quam quattuor maiorem partem vocum medietate omnium habere, illi qui plures voces habent pro diffinitoribus habeantur. Si vero, qui pauciores habent ex ipsis, fuerint in equali numero, itiretur scrutinium quo ad illos, quousque per pluralitatem vocum electio unius alteri preferatur* ".

14. *In huius capituli principio custodes et gardiani* | *per se, si presentes fuerint, vel per litteras, si absentes, semper renunciare teneantur: quorum renunciatio a ministro vel ab eo qui tenet capitulum loco eius, cum diffinitoribus in fine capituli, si videbitur, admittatur.*

15. *Si autem minister interesse non poterit,* " *et vicarius eius fuerit* ", *vel custos in cuius custodia capitulum celebratur, capitulum teneat loco eius.*

16. *Predicti vero diffinitores possint corrigere provincialem ministrum, diffinire et expedire cum ipso omnia, que ad provinciale capitulum per-*

---

54. sigilli R. — 55. legitime et in termino explicatum R. — actus] acrius R. 59. Et] *om.* C. — expellatur R. — 61. Quomodo R. — 63. illo] eo R. — 64. loco et] loco R. — 68. nisi] si R. — 71. in publico] *om.* R. — 75. ista] ipsa O. R. L. C. — 76. usque ad R. — 78. eligent R. — 80. eligendum R. — 83. ex ipsis] *om.* E. — ex se ipsis R. — in] hi R. — 84. pluritatem R. — 86. per se] *om.* E. — 87. fuerint] *om.* C. — renunciare suis officiis E. — 90. et, fuerit] *om.* E.

---

(1) Abhinc usque ad l. 132 (exceptis 99-105) in P. XV, 14 (in fine) — 21; l. c. 581 s. [50 s.].

tinebunt. Que sunt hec: Collatio super transmissis ad capitulum; Correctio eorum que provinciali capitulo corrigenda "notificantur"; Ordinatio eorum que ad necessitatem vel ad honestatem morum provincie videbuntur pertinere, cum diverse provincie diversis consuetudinibus varientur: nullas tamen constitutiones aut ordinationes ibidem faciant absque maioris partis capituli consilio et assensu; Divisio custodiarum, ordinatio locorum, receptio, mutatio vel dimissio locorum, assignatio librorum notabilium fratrum decedentium, vel ab ordine recedentium. Et dicimus librum notabilem dimidiam marcham argenti valentem et supra. Diffinitoribus vero tempore sue diffinitionis nichil de huiusmodi libris erogetur; "nec vendatur nec comodetur, nec aliquid detur quod ad distributionem ministri et diffinitorum tunc temporis pertineat quoquo modo".

17. Subditi autem qui fuerint diffinitores in precedenti generali seu provinciali capitulo, in proximo sequenti consimili capitulo non sint diffinitores: et dicimus hic subditos omnes sub ministris provincialibus constitutos.

18. Predicti etiam electores quintum ex seipsis eligant, qui in hoc possit tantum articulo: videlicet | si quatuor diffinitores in correctione ministri in partes equales se diviserint, eorum sentencia prevaleat, quam idem duxerit approbandam. Idem tamen quintus, qui sic eligitur in capitulo provinciali, non intelligitur pro diffinitore, unde potest sequenti anno eligi diffinitor.

19. Electis "igitur" diffinitoribus, lictere que super facto ministri provincialis a fratribus locorum sunt transmisse, eisdem diffinitoribus presententur; et siqui sunt in eodem capitulo, qui preter illa, que scripta sunt, probabilia tamen habent dicere de ministro, diffinitoribus tantum "dicant"; qui super (**30a**) scriptis "aut" taliter relatis, habita seorsum diligenti deliberatione, ministrum corrigant secundum formam superius pretaxatam. Et quandocumque diffinitores "voluerint" "de ministro" inquirere, teneatur ipse minister de capitulo exire. Qui si incorrigibilis fuerit, ipsum ab officio ministerij suspendant "et vicarium de consilio et assensu maioris partis capituli diffinitores constituant, ac" sine dilatione causam suspensionis et incorrigibilitatis per capitulum approbatam sub sigillo vicarij et custodis ministro significent generali. "Si vero" insufficiens "reputetur" eidem similiter significetur, ita tamen quod neutrum horum fiat absque maioris partis capituli consilio et assensu. "Minister vero sic suspensus non instituat vicarium, nec intromittat se de officio, donec de suspensione fuerit iudicatum; nec ei precludatur via, quin possit ire ad generalem ministrum, ad se, si voluerit, excusandum".

20. Nichil (1) mittatur ad generale capitulum quod non fuerit prius per provinciale capitulum discussum, examinatum, probatum legitime et ap-

---

94. premissis R. — 97. conditionibus sive consuetudinibus O. L. — 98. ibi C. — 99. custodiarum vel unio E. — 100. dimissio] divisio R. — 101. vel a. o. recedentium] *om.* R. — 103. nichil de] nihilominus R. — 107. in proximo] *om.* C. — in proximo *etc.* capitulo] *om.* R. — 110. Predicti etiam] *om.* E. — quintum unum E. — in hoc] nihil R. — 112. diviserant R. — 116. Et lectis R. — 118. siquis R. — sunt] *om.* R. — 121-2. examinatione R. — taxatam R. — 123. exire O *in margine et* E. L. *in textu add.* Hec autem inquisitio ultra unius diei spatium nullatenus prolongetur. — incorregibilis R. — 125. instituant R. — 127. significetur C. — 131. fuerit declaratum vel iudicatum R. — preclud.] prohibeatur R. — quin] quando C. — 134. et] *om.* C.

---

(1) Usque ad l. 143 in P. XIV, 8; l. c. 429 [42].

probatum a maiori parte capituli provincialis, fideliter conscriptum, lectum et sigillatum coram omnibus sigillis ministri, | *custodis et gardiani loci, in quo capitulum celebratur; nisi facto provinciali capitulo adeo grave emergat, quod sine gravi periculo usque ad sequens provinciale capitulum differri non posset. Et si talis eventus non tangat ministrum vel eius vicarium, preter alterius eorum consilium non mittatur. Si vero ministrum tangat, per custodem, gardianum et fratres loci ubi contigerit primo discussum de consilio vicarij destinetur. Si tangat vicarium, ab eisdem discussum modo idoneo nuncietur capitulo generali.*

21. " *Teneantur* (1) *fratres in provinciali capitulo immediate precedente capitulum generale visitare generalem ministrum de notabilibus excessibus certis et in terminis explicatis; et tales excessus per custodem euntem ad capitulum generale transmittantur sub sigillis ministri, custodis et gardiani loci, in quo provinciale capitulum celebratur. Qui custos ministris et custodibus, ad quos spectat ex regula correctio generalis ministri, representet huiusmodi in capitulo generali.*

22. " *Item teneantur capitula* " *provincialia per obedientiam* " *significare* " *capitulo generali de excessibus et insufficentia ministri* et *de receptione inutilium per eundem et de statu* ac *communi pace provincie sub eodem.* " *Et cum de predictis inquiritur, minister exire de capitulo teneatur* ". *Et si pax non fuerit, causam turbationis scribant; et sciant quia secundum illa, que mittentur, procedetur in capitulo generali.* " *Accusationes autem, petitiones et statuum provinciarum insinuationes non in una littera, sed singula sigillatim in singulis litteris ad maiorem expeditionem generali capitulo destinentur. Et forma comunis scribendi, prout ordinavit alias generale capitulum* (2), *ab omnibus observetur; ita quod in litteris mittendis ad generale capitulum de statu provinciarum non ponatur nomen provincialis ministri; sigillum tamen eius apponatur in huiusmodi litteris, sicut superius est expressum* ". Predicte autem littere clause sint, nec ministri legant aut videant ea que continentur in eis.

23. *Nichil autem scribatur capitulo generali pro* " *repetendo* " *ministro vel commendando* ipsum *a provinciali capitulo. Possint tamen scribere siquid habent dicere contra* ipsum. *Idem modus* scribendi contra *custodes et gardianos ad provinciale capitulum teneatur.*

---

135. provincialis] *om.* R. — 136-7. omnibus fratribus R. — sigillo C. — in quo] ubi O. L. — 139. differri] diffiniri C. — 140-3. Si tangat vicarium ab eisdem de discessu modo ydoneus nuntietur capitulo generali. Si tangat ministrum vel custodem guardianum et fratres loci ubi contigerit primo discussum de conscilio. vicarii destinetur R. — 142. Si vero C. — Si tamen vicarium habuerint ab eis E. — 144. precedenti R. — 146. in] *om.* C. — eundem B. — 148. Qui] Quod E. — 149. expectat R. — 150. huiusm.] eis R. — in] *om.* C. — 151. Item] Similiter C. — per obedientiam] *om.* R. — 152. ministri provincialis ac etiam de E. — 153. et de statu ac] ac fratrum provincie et C. — provincie] *om.* C. — 154. ministri, teneantur C. — 155. causa perturbationis scribatur C. — 156. illa] ea C. — 158. sigillatim] *om.* C. — in] cum R. — 162. nomen] *om.* R. — 163. his R. — 165. repet.] recipiendo C. — 166. possunt E.; possit R. — 167. dicere, scribendi] *om.* E. — ipsum] eum R. — Idem] Iste C.; Eodem modo R. — contra] circa C.

---

(1) Usque ad l. 168 in P. XIV, 6; l. c. 425s. [38s.].
(2) Scil. Cap. Assisiense 1279; cfr. Ehr. 49.

De capitulo generali, undecimum capitulum (1).

1. *Cum regula dicat* (2) *quod capitulum generale fiat ubicumque et quandocumque a generali ministro fuerit ordinatum; statuimus de voluntate generalis ministri, ne ultra tres annos generale capitulum differatur, nisi generalis minister cum generali capitulo proximo precedenti pro maxima necessitate duxerit prolongandum.*

2. *Item propter labores fratrum compatiendos, ordinamus quod generale capitulum alternatim citra montes et ultra de cetero celebretur, in quacumque provincia* et *loco generalis minister duxerit ordinandum.*

3. *Ad* (3) *generale capitulum conveniat minister quilibet cum uno tantum honesto socio, et custos electus a custodibus et unus discretus a capitulo provinciali electus: " ita quod custos portet litteras testimoniales sub sigillis custodum; discretus vero* (**30**b) *sub sigillis ministri, custodis et gardiani loci, in quo prefatum capitulum fuerit celebratum ". Et si alterum istorum mori contigerit vel* taliter *infirmari quod non possit venire, alius custos a custodibus et alius discretus a custodibus et discretis aliquibus a ministro vocatis eligatur. Si tamen contingat ex predictis aliquem vel aliquos non venire, nichil eorum, que per capitulum expedienda sunt, propter hoc obmittatur. Si aliquem de venientibus ad capitulum generale contingerit manifeste impediri ne veniat, teneantur fratres reliquum associare de loco ad locum, donec societas occurrerit opportuna. " Idem fiat de redeuntibus a generali capitulo, donec* in *suas provincias reducant*ur *". Idem fiat de fratribus euntibus pro confirmatione provincialis " ministri.* Quod si aliqui de predictis remanserint, qui iudicio generalis ministri vel capituli non fuerint legitime impediti, si in officio prelationis vel lectionis fuerint, absolvantur et in eisdem vel aliis reponi non possint usque ad sequens capitulum generale.

4. Nullus autem terminum prefinitum ad intrandum, audeat prevenire sine licentia generalis ministri, si presens fuerit vel illius ministri in eius absentia in cuius provincia capitulum celebratur.

5. Item nullus ad generalem capitulum venire presumat, nisi cui ex regula vel constitutione hoc competit aut de licentia generalis ministri, vel sui provincialis ministri si generalis ministerij officium tunc vacaret. Quicumque autem aliter venerit vel intentione veniendi provinciam in qua moratur exiverit, ipso facto omni actu legitimo per annum integrum sit privatus. Et si capituli locum intraverit, per gardianum loci vel eius vicarium statim per obedientiam expellatur. Idem per omnia dicimus de exeuntibus suas custodias intentione veniendi ad provinciale capitulum, per ministros provinciales non vocatis vel non

8. ultra montes R. — 9. et] vel O. E. L. — 10. conveniant ministri R. C. — quilibet; tantum] *om.* R. — 14. fuerat E. — 15. contingerit R. — 16. et alius d. a custodibus] *om.* R. — 17. vel aliquos] *om.* E. R. — 19. ad capitulum generale] *om.* R. — contingat C. — 20. associare] observare R. — 24-5. de] ex R. — vel capituli] *om.* R. — 28. autem ante C.; autem frater ante R. — prefixum R. — 29. si presens fuerit; illius] *om.* R. — 31. cui] ei C. — 32. hoc; *om.* C. — 33. vel] sive C. — ministri] *om.* R. — generale Ministerium C. — officium] *om.* R. C. — 34-5. provintiam suam R. — moratus R. — 38. per officium R. — intentioni R.

(1) Bo. 462b-464a; Ehr. 133-137.
(2) Cap. VIII. *Opusc.* 70.
(3) Abhinc usque ad finem rubricae in P. XIV, 7; l. c. 426-9 [39-42].

licentiatis aut in ministri absentia per eius vicarium vel custodem custodie, in qua capitulum celebratur.

6. " *Ordinamus* " (1) *quod generalis capituli diffinitores sint ministri, et unus subditus de qualibet provincia in provinciali capitulo ad hoc electus. Et dicimus hic subditos omnes sub ministris provincialibus constitutos: salva tamen ministri generalis correctione, absolutione " et electione, que " secundum regulam ministris et custodibus " conceduntur ".*

7. *In* hoc *capitulo ministri* | *per se si presentes fuerint, vel per litteras si absentes, renunciare teneantur: quorum renunciatio a generali vel ab eo qui tenet capitulum loco eius cum* consensu generalis *capituli, si videbitur, admittatur.*

8. Declarat autem generalis minister cum generali capitulo quod fratres habitantes actu extra suas provincias, puta Parisius vel in alijs studiis generalibus, non possint eligi pro discretis ipsarum provinciarum suarum ad capitulum generale, nec minister generalis admittat petitionem, si ei super hoc in contrarium porrigatur.

9. *In omnibus autem memorati capituli diffinitionibus sententia plurium indistincte prevaleat et inviolabiliter " observetur, nec " ab ea aliquis appellare presumat.*

10. " *Porro fratres, qui veniunt ad generale capitulum, qui non occupantur in diffinitionibus negotiorum capituli, quolibet die, excepta vigilia et dominica pentecostes, solemniter celebrent unam missam ad honorem virginis gloriose, quod etiam volumus in capitulis provincialibus observari, quando fieri poterit bono modo* ".

11. *Congregati igitur ministri et dicti custodes feria sexta proxima ante festum Pentecostes et non prius, quiescant et deliberent usque mane diei sequentis; et tunc, audita missa, ingressi capitulum, cantent hymnum 'Veni creator'. Deinde* dicatur versus: '*Emitte Spiritum tuum*' etc... *Oratio.* '*Deus qui corda* fidelium' *usque* '*per Christum Dominum nostrum* | *Amen*'.

12. " *Tunc littere testimoniales custodum* ministro *generali et provincialibus presententur* ". *Postea tractent de statu et correctione generalis ministri hoc modo.*

13. *Minister generalis in primis coram omnibus se accuset; post hec egrediatur. Quo egresso, gardianus loci, assumptis secum aliquot discretis fratribus de conventu, dictos ministros cum custodibus in conclari recludant, ita quod exire nullatenus valeant, nec* illis *ullo* (**31**a) *modo aliqua alimenta ministrentur, donec providerint, ut oportet, circa statum generalis ministri. Et ad hoc tam includentes quam inclusi firmiter teneantur. Ita quod, siquis contrafecerit, excumunicatus sit ipso facto.*

40-1. custodem in custodia E. — 43. unus] nullus E. — in provinciali] *om.* E. — 47. hoc] quo R. C. — 48. a generali] *om.* R. — 49. loci R. — 52. Parisiis L.; Parisii R. — vel] *om.* R. — 53. generalibus] *om.* C. — 54. admittit R. — 55. in] *om.* R. — 58. ne R. — 60. diffinitione C. — 62. gloriose] Marie R. — quod] et E. — etiam] *om.* C. — in] a R. — 64-5. dicti] *om.* O. L. — ante festum] *om.* C. — usque ad R. — 66. hymnum] in unum R. — 67. creator spiritus R. C. — Deinde] Demum C. — 68. usque; Christum; nostrum] *om.* R. — 70. tractetur R. C. — 72. in primis] *om.* C. — hoc R. C. — 73. aliquibus R. C. — 74-5. reducant R. — ullo modo] *om.* O. L. — 76. alimenta] cibaria C. — provideant C. — 77. ad] *om.* R. — Ita] *om.* C.

---

(1) Om. ex Par. quae in Narb. inveniuntur: Bo. 463a, ll. 9-29; Ehr. 134, ll. 24-31. Cfr. Ehr. l. c. n. 4.

14. Processus autem inclusorum sit talis. Minister provincialis illius provincie, in qua capitulum celebratur, vel, si ipse defuerit, custos " illius provincie, electus a custodibus ad generale capitulum ", requirat in publico a singulis per ordinem si qua habent dicere de excessibus et insufficientia generalis " ministri. Et " singuli teneantur bona fide incusare ipsum de quibus reputaverint incusandum.

15. Quod si alique accusationes notabiles proponantur, dictus minister provincialis vel custos cum duobus discretis, quos ex presentibus ad hoc sibi assumat, diligenter conscribant. Quas postquam conscripserint et mox in medium recitaverint, eidem revocato audientia concedatur. Et eodem egresso iterum super accusationibus et excusationibus communis collatio habeatur. Qua peracta, predicti disquisitores singulorum vota sicut in electione facienda, publice perquirant, utrum eis appareat dictum generalem ministrum esse corrigendum tantum, vel etiam penitus ammovendum. Quibus conscriptis et mox in medium recitatis, iuxta sententiam maioris partis medietate omnium ad correctionem eius vel ad ammotionem procedatur hoc modo.

16. Si tantum corrigendus fuerit, per ministros et custodes ibidem continuo corrigatur. Si vero penitus | ammovendus, predicti tres disquisitores eidem revocato seorsum et secreto prius suadeant voluntariam cessionem. Et si incontinenti non cesserit, habeatur nichilominus pro ammoto, ac statim, ipso foras egresso " hostioque " ut prius firmiter obserato, ad electionem alterius similiter procedatur, ita ut in mane " festi " sequentis habeat ordo ministrum generalem alium, presentem vel absentem.

17. Feria secunda, pentecostes mane cantetur missa de Spiritu sancto: qua cantata, intrent fratres locum capituli. Et fiat sermo fratribus in comuni: quo completo, recitetur numerus fratrum defunctorum a tempore generalis capituli proximi precedentis: pro quibus dicatur psalmus 'De profundis', in fine, 'Requiem eternam' et 'Pater noster', | 'A porta inferi'. 'Requiescant', 'Domine exaudi', 'Dominus vobiscum', 'Oremus Absolve' etc.

18. Numerus autem fratrum ibidem recitatus ad singulas provincias deferatur, ut in singulis provincialibus capitulis modo simili absolvantur.

19. Post hoc littere presentande presententur. Et recommendatorie in fine capituli legantur, et respondeatur de quibus fuerit respondendum. Hinc omnes, qui non debent interesse capitulo, exeant.

20. Nullus religiosus alterius religionis vel professionis, nullusque secularis cuiuscumque ordinis, dignitatis vel vite, tractatibus capituli admittatur.

21. Missi ad excusandum fratres, qui non venerint, audiantur. Deinde fiat collatio super hijs que de provinciis ad capitulum sunt transmissa; et

---

79. autem] *om.* C. — 80. ipse] *om.* C. — — 81. provintie ubi capitulum celebratur R. — publico] privato C. — 82-3. quid C. — insufficientia eius *(quib. transp.)* R. — ipsum] eum C. — 85. aliqua accusantes R. — 86. vel custos; ad hoc] *om.* C. — 87. sibi assumat] assignat R. — mox] mores R. — 88. revocatio aut de lentia R. — eidem R. — 89. com.] omnis R. — 91. ut ex eis R. — 92-3. generalem] *om.* R. — tantum; etiam] *om.* C. — amovendum *(pluries)* O. E. L. — et] *om.* C. — 94. omnium] *om.* R. — monitionem eius R. — 91. vero] autem R. — 98. et in C. — 99. cessavit R. — ac] et C. — 100. reserato R. — 101. similiter] *om.* C. — 104. in locum C. — fratribus] *om.* R. — 107. noster. Et ne nos R. — 108. Req. in pace R. — exaudi orationem meam R. — 110. in] *om.* R. — 114-5. nullusque secularis] *om.* R. — cuiusque C. — 116. excusandos C. — venerunt R. C. — ammittantur R. — Deinde] Demum C.

provideatur per generalem ministrum et diffinitores de singulis ut oportet, de correctione corrigendorum, | ordinatione ordinandorum. Et "perquiratur" diligenter qualiter regula et statuta ordinis et *generalis capituli in singulis provincijs fuerint custodita* (1).

22. *In fine assignetur locus in quo sequens capitulum celebretur. Et fiat comunis confessio et absolutio, perseverantibus benedictio, apostatis anathematizatio. Postea cantetur 'Te deum laudamus'.* Postea *versus 'Confirma', oratio 'Actiones nostras', in fine 'per Christum* Dominum nostrum. Amen'.

23. *Similis solemnitas in fine provincialis capituli observetur.*

24. " *Quicquid autem de cetero statutum fuerit in capitulo generali, sub sigillo generalis ministri ad singulas provincias deportetur* ".

De suffragiis vivorum et defunctorum (2).

1. " *Statuimus* (3) *ut pro omnibus fratribus in nostro ordine decedentibus quilibet sacerdos, nisi contingat eum languere vel itinere prepediri, qualibet ebdomada celebret unam missam* propriam de *mortuis* vel appropriatam cum collecta mortuorum " (4). " *Ceteri vero fratres clerici dicant unam vigiliam novem lectionum. Layci vero centum 'Pater noster'* (**31**b) *cum totidem 'Ave maria'. Et hec si obmittantur in una ebdomada, possint in alia suppleri, omnibus statutis capitulorum provincialium, que ad hoc pertinent, revocatis.*

2. " *Ordinamus etiam* " *quod pro fratribus et familiaribus nostris* " *defunctis, quorum recommendatio facta fuerit in capitulo generali, quilibet sacerdos annuatim celebret unam missam de mortuis; quilibet frater clericus quinquaginta psalmos; quilibet frater laicus centum 'Pater noster'. Et pro vivis familiaribus misse et psalmi et 'Pater noster' totidem persolvantur.*

3. *Ordinamus | ut pro cardinali, qui in ordinis regimine decesserit, a quolibet sacerdote ordinis tres misse de mortuis celebrentur, et a quolibet clerico unum psalterium, et a quolibet laico CCC 'Pater noster'.* Idem fiat *pro generali ministro in officio ordinis decedente. | Et pro hijs qui vadunt ad capitulum generale, si contigerit eos tunc mori, una missa dicatur a quolibet sacerdote.* " *Et similiter fiat pro procuratore ordinis in curia in officio decedente* ".

4. *Officium pro defunctis fratribus et benefactoribus* et pro illis qui in nostris cimiteriis sunt sepulti, *ter in anno solempniter celebretur, scilicet: Proxima die ante festum beate Marie Magdalene, et proxima die*

119-21. de correctione *etc.* diligenter] *om.* R. — ordinis et] *om.* C. — 125. Postea] Deinde R. — 127. in provinciali capitulo R. — 128. Quic. autem] Que quidem R. — cetero R.

2-3. descedentibus *(sic alias)* O. L. — eum] *om.* R. — languore C. — preimpediri R. — 4. propriam] *om.* C. — vel diei C. — 5. vero] autem C. — 6. cum] et E. — 7. hec] *om.* E.; hoc C. — omittuntur R.; omittatur C. — possit C. — 10. quod] *om.* B. — pro] *om.* R. — confratribus E. — defunctis] *om.* R. — fuerit] est R. — 13. septem psalmos cum Litania C. — 14. vivis] nostris R. — 16. ut] quod R. C. — 17. de mortuis] *om.* R. — et] *om.* R. — 18. clerico dicatur C. — Et idem O. E. L. — Et id R. — 20. contingat C. — tunc] sic R. — 21. Et] *om.* R. — 22. in curia] *om.* C. — 23. illis] his R. — 24-5. sepulti] defuncti R. — scilicet] *om.* R.

(1) Hinc om. ex Narb. Bo. 464a, ll. 13-18: Ehr. p. 136, l. 36 - p. 137, l. 3.
(2) Bo 364a-b; Ehr. 137-8. (3) Tota rubrica in P. V, 10; l. c. 286-8 [18-20].
(4) Om. exceptiones; Ehr. 137, n. 3, l. 3-7.

ante festum beati Michaelis, et feria 2ª post dominicam " LXXme. Simile" officium fiat pro patribus et matribus omnium fratrum ultimo die feriali in ebdomada *ante " adventum. Clerici" dicant vesperas et vigiliam cum novem lectionibus, et missam cantent. Laici vero C ' Pater noster'.*

5. " Statuimus *quod in quolibet conventu ordinetur ebdomadarius, qui missas alternatim de vivis et mortuis specialiter celebret omni die vel etiam recommendet,* pro summis pontificibus et cardinalibus, illis maxime qui sunt vel fuerunt nostro ordini favorabiles et devoti, et pro omnibus benefactoribus tam vivis quam mortuis, *qui recommendantur ordini in qualibet regione.*

6. " *Item singulis annis pro hospitibus, qui in itinere fratres recipiunt, infra octabam sancti Francisci, ad honorem ipsius Sancti* appropri*etur una missa conventualis et una privata* a quolibet sacerdote, et a quolibet clerico Lta psalmos, et *a quolibet laico C ' Pater noster' ".*

7. « *Obitus* (1) *illustrissime domine domine Iohanne quondam Regine Francie pridie nonas aprilis per totum ordinem celebretur. Et* omnes *fratres solliciti sint in missis et orationibus habere de ea* memoriam *specialem* ».

8. " *Item ordinat generalis minister de beneplacito totius capituli generalis, quod pro anima domini* Corradi *Tullensis episcopi ordinentur specialia suffragia in quolibet capitulo generali ".*

APPENDIX

LUGDUNENSIS COMPILATIO

(1325)

Lugdunensem Compilationem Assisiensium Constitutionum redactionem alteram in praefatione disserui (2). Pauca nunc in editionem animadvertenda. Quod a Lugdunensibus capitularibus primum additum, inter Assisiensium Constitutionum verba, quae immediate praecedunt vel subsequuntur, cursiva scriptura relata, primo adspectu patet. Minores autem additiones et discrepantiae iam antea sunt notatae. Signo denique | intervalla, inter asteriscos a Narbonensibus, inter uncios a Parisiensibus derivata, indicavi.

26. beati] *om.* R. — 2ª] sexta C. — 27. omnium] *om.* R. C. — 28-9. adventum Domini; vigiliam IX lectionum C. — 30. ordinetur unus O. L. — 33. pro] *om.* R. — illi C. — 34. in] *om.* R. — 36. singulis annis] *om.* O. L. — 37. octavam O. L. C. — 38. applicetur C. — 39. a quolibet *etc.* psalmos] *om.* C. — 40. domine] *om.* R. — 42. et aliis R. — 43. Item] *om.* E.; Et C. — 44. Turonensis R. — 45. Expliciunt constitutiones generales O. E. L.; E. *add.* Deo gratias. Amen. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Amen; finis constitutionum generalium. Amen R.

(1) Anniversaria ex Par. om.; Ehr. 138, n. 6. Hic passus post annum 1292 in capitulo generali constitutionibus est additus; cf. Ehr. 138, n. 6, l. 10ss.

(2) Cfr. Praefationem, IV, p. 272.

[p. 277-8]. **De religionis ingressu, primum capitulum.**

1. [l. 4] ....*etate,* preter illos qui a parentibus ordini offeruntur (1), ita quod quando ad professionem recipitur, annus XV sit completus. Et ad hoc recipientes per obedientiam teneantur. *Venientibus autem....* [l. 9-12] ....*ad predicta.* | *Pro laico vero nullus recipiatur* | *citra decimum octavum annum,* nec ultra XL^{m}, nisi esset persona multum nobilis et multum insignis de cuius receptione esset magna * edificatio in populo et in clero *; *et tunc tantum de licentia generalis* * ministri *.

2. *Nulli ministro....*

3. [l. 18]. ....*ad ordinem nostrum:* si secus factum fuerit, " huius receptio irrita sit et cassa "; *nec de non mendicantibus....*

[p. 278-9]. **De qualitate habitus, secundum capitulum.**

1. [l. 2...] *Cum regula dicat* (2) *quod* ' fratres habeant unam tunicam cum caputio et aliam sine caputio qui volunt habere, et quod *vestibus vilibus induantur* ', sitque per plures summos pontifices declaratum hoc debere servari secundum iudicium prelatorum, et in declaratione domini Iohannis pape XXII (3) non solum prelatis predictum iudicium committatur sed etiam sub districtione precepti mandetur fratribus omnibus et singulis quod quantum ad colorem pertinet, vilitatem, paupertatem quoque, longitudinem, latitudinem, grossitiem, subtilitatem, formam seu figuram et similia accidentia, tam in habitibus ipsorumque caputiis quam in interioribus tunicis, suorum arbitrio prelatorum determinationem seu iudicium fratres omnes et singuli sequi omnimode illisque parere per omnia teneantur; ac insuper quod illorum sequendo arbitrium, declarationes seu iudicium illisque parendo nec sint nec dici possint vel debeant esse sue regule transgressores; ordinat generalis minister de consilio et assensu totius capituli generalis quod, quantum ad numerum tunicarum et alia specificata superius, iudicium prelatorum requiratur et eorum sequi prefatum iudicium firmiter teneantur. Et quicumque contrafecerit, transgressor est mandati regule et precepti summorum pontificum; et quia rem tenet etiam contra voluntatem expressam sui prelati, proprietarius est censendus.

2. *Fiat autem caputium....* [l. 12] ....*curiositate qualibet abdicata.* Et nullus frater possit secum portare mantellum de loco ad locum, nec aliam rem ad lecti supelectilem pertinentem.

3. *Nullus frater habeat....* [l. 16] ....*linteaminibus non utantur.* De supradictis autem omnibus ad habitus qualitatem spectantibus, ministri et custodes diligenter inquirant et omnia servari faciant et gravi pena iuxta culpe modum puniant transgressores. Et hoc a ministris, magistris, custodibus, guardianis, lectoribus et bacellariis ac ceteris fratribus omnibus conventualibus seu localibus generaliter observetur.

4. Item cum, secundum regulam (4), calciamenta, nisi in casu necessitatis, fratres portare non debeant et per hoc etiam a religiosis ceteris

(1) Cfr. E. (in margine) et O. (in margine), p. 277. (2) Cap. II. *Opusc.* 65.
(3) Iohannes XXII in bulla *Quorumdam exigit,* data Avenione 7 oct. 1317: Eubel, BF V, 128-30 (Wadding, ad an. 1317, n. XXII), p. 129, l. 15 ab ultima. Capitulares pauca verbotenus allegant, magis ad sensum locum bullae hic et infra adhibentes; unde variantes notare inutile nobis visum est. Citatur etiam in P. IV, 3; l. c. 282 [14]. (4) Cap. II. *Opusc.* 65.

distinguamur, ordinat generalis minister de consensu capituli generalis et precipit quod nullus frater portet caltiamenta sine urgenti et manifesta necessitate de ministri licentia speciali, quam licentiam in eius absentia custos et guardianus vel vicarii eorum dare possint cum fratrum consilio discretorum, ad quod consilium fideliter tribuendum teneantur predicti discreti cum fuerint requisiti. Et quicumque contrafecerit, pro vice qualibet infra octo dies per obedientiam in uno prandio non bibat nisi aquam vel ab omni cocto abstineat preter panem. [l. 18] *Et habeantur calciamenta pro celebrandis missis....*

5. [l. 22] *....penitus rescindatur.* De supradictis autem omnibus ad habitus qualitatem spectantibus, ministri et custodes diligenter inquirant, et omnia servari faciant, et gravi pena iuxta culpe modum puniant transgressores.

[p. 279-82]. **De observantia paupertatis, tertium capitulum.**

1. [l. 3] *....interpositam personam'*, | *qualiter hoc intelligi debeat per dominos summos pontifices, scilicet Nicolaum tertium et Clementem quintum, aperte fu*it *declaratum.* Nam cum in declaratione domini Nicolay predicti paragrafo illo dicatur sic (1): « Ceterum cum in eadem regula sit sub precepti districtione prohibitum ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo, et hoc fratres velut iniunctum habeant adimplere »; et infra (2): « Ita tamen quod penes dantem dominio, proprietate ac possessione ipsius pecunie cum libera potestate revocandi [sibi] pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam plene et libere ac integre remanentibus, [in] ipsa pecunia nil omnino iuris fratres habeant nec administrationem seu dispensationem, nec contra personam nominatam vel non nominatam, cuiuscumque conditionis existe[re]t, in iudicio vel extra, actionem, prosequutionem (3) aut aliquod ius, qualitercumque persona predicta in commissione huiusmodi se haberet »; et declaratio domini Clementis circa hoc exponendo adiungat paragrafo *Denique* (4): « Fratres in predictis pecuniis se cunctis ostendant, sicut nec habent, penitus nil habere. Quapropter precipere quomodo et qualiter pecunia expendatur, compotum exigere de expensa, eamque repetere seu deponere seu deponi facere, capsulam pecunie vel clavem eius deferre; hos actus et similes fratres sibi illicitos esse sciant. Predicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, et eos quos ipsi deputaverint ad hoc ipsum »; item cum declaratio domini Nicolay in predicto paragrafo *Ceterum* dicat (5) quod: « Pro necessitatibus fratrum que tractum temporis habent, pro causis videlicet determinatis, utpote pro libris scribendis, ecclesiis seu edificiis construendis, libris et pannis in locis remotis emendis, et aliis similibus possit servari pecunia a persona subrogata per donantem ipsam pecuniam, nominata a fratribus vel non nominata »; et dominus Clemens pa-

---

(1) In Nicolai III bulla *Exiit*, data 15 aug. 1279; Sbaralea, BF III, 404-6, n. 217. *Seraphicae Legislationis textus originales* (TO), Ad Cl. Aq. 1897, 181-227; est quoque inserta in *VI Decret.*, l. V, tit. 12, cap. 3. — Locus citatus est BF III, 410 col. a, art. III; TO 200 (art. VI).

(2) BF l. c.; TO, 201, l. 17sqq.

(3) TO 202: *persecutionem.*

(4) In Clementis V bulla *Exivi*, data 6 maii 1312; Eubel, BF V, 80-6, ubi locus cit. 83 col. b l. 5sqq. (art. IV); TO 229-60, ubi locus cit. 234 (art. VII, n. 1-2). Est quoque inserta *Clement.* l. V, tit. XI, c. 1.

(5) L. c. BF V, 210, col. b; TO 203-4, c. VII, n. 1.

ragrafo *Porro* sic subiungat (1): « Dicimus autem fratres teneri cavere summopere quod pro aliis causis et sub modis aliis quam ponat dicti predecessoris declaratio, ad dantes pecunias seu deputatos nuncios non recurrant; ne, si secus ab ipsis attemptatum fuerit, transgressores precepti et regule merito possent dici »; et infra paragrafo *Quo circa* (2): « Cum etiam recursus ad spirituales amicos expresse tantum concedatur fratribus in duobus casibus, scilicet pro necessitatibus infirmorum et fratribus induendis; idemque pie, rationabiliter et considerata necessitate vite, ad alias necessitates fratrum pro tempore occurrentes, cessantibus elemosinis, seu etiam ingruentes, sepedictus predecessor duxerit extendendum; attendant fratres prefati quod pro nullis aliis causis quam predictis vel similibus, in via vel alibi recurrere licet ad amicos huiusmodi, sive sint dantes sive deputati per ipsos sive nuntii vel depositarii seu quovis nomine appellentur, etiam si concessi per eandem declarationem modi circa pecuniam integre servarentur »; — idcirco ordinat generalis minister de consilio et assensu totius capituli generalis quod quicumque frater contra modos expressos in predictis declarationibus scienter pecuniam administraverit vel dispensaverit, aut in iudicio vel extra iudicium personas servantes pecuniam pro necessitatibus fratrum nomine dantium actione vel prosequutione convenerit, easque servantibus quomodo et qualiter pecunia expendatur imperando vel cogendo preceperit compotumque ab eis violenter exegerit, de expensa repetierit, deposuerit aut deponi fecerit vel servari capsulam pecunie vel eius clavem portaverit vel ad ipsos servantes pecunias predictas pro aliis causis quam pro illis que in prefatis declarationibus exprimuntur vel inde elicuerit, videlicet pro libris scribendis vel emendis, si sui prelati iudicio indiguerit, pro vestibus, pro causa gravis infirmitatis qua actualiter laborarent vel evidentis debilitatis vel senectutis, ubi conventus sibi providere non posset, pro via prolixa quam facere deberet, pro comuni utilitate vel evidenti necessitate in qua iudicio sui prelati non posset mendicando convenienter necessaria invenire, recursum habuerit et in hoc legitime fuerit deprehensus, quia transgressor est artissimi regule precepti et pluries repetiti, libris et recursu ad ipsam pecuniam ac omni actu legitimo privetur; et cui hec pena non competit per sex menses probationis caputio puniatur. Quod si iterato in excessu huiusmodi fuerit legitime deprehensus, iuxta culpe modum pena carceris puniatur.

2. Et quando fratri alicui pro causis suprapositis concessa fuerit licentia de aliqua servanda pecunia, prefigatur sibi brevis et arctus terminus infra quem per obedientiam in rem pro qua concessa fuerit servata pecunia expendatur, ita quod non possint in rem aliam commutari; nec sub pretextu libri scribendi vel emendi, ultra annum huiusmodi terminus extendatur. Quicumque vero ultra terminum assignatum servaverit vel servari fecerit vel in rem aliam presumpserit commutare ad penam modo supraposito obligetur, nisi propter scribendi libri vel operis prolixitatem vel infirmitatis diuturnitatem frater excusabilis rationabiliter videatur. Et eidem pene subiaceat qui [l. 10-1] *quacumque ex causa pecuniam deponi vel servari* fecerit *sine* prelati sui *licentia speciali* petita infra triduum et obtenta, si eiusdem prelati oportunitas habeatur. [l. 15] *Teneantur autem ministri et custodes per obedientiam....*

(1) L. c. BF V, 83, col. a; TO 243, c. VII, n. 1.
(2) BF l. c.; TO, 244, c. VII, n. 2.

3. [l. 22] ....*si viderit oportunum.*

4. Mandat generalis minister cum capitulo generali quod nullus frater vendat, commutet, impignoret seu modo alio distrahat extra ordinem per se vel per alium librum aliquem fratri vel communitati alicui assignatum, paramenta seu vasa divino cultui dedicata. Cum hoc nullo modo frater possit absque domini pape licentia speciali, ad quem pertinet dominium predictorum. Res autem alias, quarum dominium predictus dominus papa non retinet, que fratribus obvenient in futurum, ipsi fratres non vendant vel aliis modis supradictis distrahant sine donantium expressa licentia, penes quos dominium reservatur (1). Et quicumque contrafecerit, tamquam distractor rei aliene graviter puniatur; et in omni visitatione tam publica quam secreta minister et custodes de supradictis inquirere teneantur.

5. *Caveant tamen guardiani et fratres....*

[p. 282-4]. **De forma interius conversandi, quartum capitulum.**

4. [l. 24] 1. ....*et habeant lectorem.*

2. Ordinat generalis minister de assensu capituli generalis, quod vita communis ab omnibus observetur, ita quod specialitates in refectorio nulle fiant, nec frater aliquis sanus, prelatus vel subditus, possit extra communitatem commedere nisi per guardianum vel eius vicarium semel tantum in ebdomada fuerit cum aliquo dispensatum, vel si aliqua persona nobilis ad ordinem venerit ad comedendum cum fratribus, quam oporteat assotiari per fratres extra conventum, et hoc non possit sine scandalo discretorum iudicio declinari. Et quicumque contra fecerint, tam excedens quam comedens, infra VIII dies pane tantum et aqua in uno prandio pro qualibet vice comedere per obedientiam teneantur.

5. [l. 25] 1. Ordinat generalis minister de assensu capituli generalis et precipit per obedientiam salutarem " quod *guardiani* " singuli et *eorum vicarii fratribus infirmis* sufficienter provideant " secundum " infirmitatis " exigentiam " (2) cuiuscumque, ubi pro infirmitate vel debilitate infirmi fuerit aliqua elemosina deputata. Et si minister provincialis invenerit guardianum aliquem vel eius vicarium non provvidisse infirmis et ipsius ministri iudicio non excusaverit se legitime, statim per obedientiam ipsum a guardianie officio vel vicarie absolvi teneatur. Et si ad provinciale capitulum fuerit accusatus, et ministri et diffinitorum iudicio se non poterit excusare, ipsum cum nota crudelitatis in eodem capitulo ab officio guardianie absolvere teneantur, non reponendum in aliquo prelationis officio usque ad duos annos. Et super hoc articulo custodes inquirant diligenter, et sicut invenerint ministro deferre ad provinciale capitulum firmiter teneantur.

2. Item ordinat generalis minister de consensu capituli generalis ac mandat per obedientiam salutarem quod guardiani omnes fratres indigentes sibi subditos teneantur induere annuatim, ita quod cuilibet fratri anno quolibet unus habitus vel inferior tunica ante Natale Domini, secundum quod magis indiguerit, assignetur. Resignent tamen habitum vel tunicam, si quam habuerint superfluam. Guardianus autem non possit indui de quacumque elemosina nec pannum recipere per vestitum, donec omnibus fratribus sui loci, modo quo predicitur, sit provisum.

(1) Bulla Iohannis XXII *Ad conditorem canonum,* data 8 dec. 1322: BF V, 265, col. 2. (2) Ehr. p. 97, not. 4, al. 2.

3. Indigentes autem intelliguntur hii qui per obedientiam requisiti dicunt se non habere elemosinam nec posse habere a consanguineis vel amicis, de qua possint sibi de vestibus huiusmodi providere. Et quicumque contrafecerit, non induendo fratres suos ante tempus prefixum aut sibi ante alios de vestibus providendo, in sequenti primo provinciali capitulo cum nota confusionis a guardianie officio per obedientiam absolvatur, non reponendus in aliquo prelationis officio anno illo. Et nulli fratri subdito vel prelato pro vestibus pecunia assignetur, sed pannus vel tunica, ut superius est expressum. Et in qualibet visitatione ministri et custodes diligenter inquirant qualiter ista constitutio observetur. Et eam, sicut tenentur ex precepto regule, sollicite faciant observari.

4. [l. 28] *Predicatores vero, confessores, procuratores....*

6. [l. 44] *....non condiant.*

7. [l. 45] *Item* cum dicatur in regula (1) quod 'fratres desiderare debent habere spiritum Domini et sanctam eius operationem, orare semper ad Deum puro corde', et ne devotionis fervor per inquietudinem multiloquii extinguatur; *ordinamus quod silentium* a dicto in conventu *completorio* | *usque ad primam pulsationem prime* conservetur, *exceptis hospitibus de novo venientibus et infirmis et eisdem ministrantibus vel assistentibus,* * usque ad horam congruam *de guardiani* sui *licentia* spetiali * | .

8. *Item* "*sileatur*" *in claustro....* (2).

12. [l. 75] *....accepta penitentia egrediantur.* Ordinat generalis minister de consensu capituli generalis quod nullus frater possit a choro eximi, sed omnes fratres teneantur ire ad omnes horas canonicas et ad missas, exceptis actu infirmantibus et multum antiquis magistris, lectoribus et bacellariis in generalibus studiis constitutis et legentibus in aliis studiis, dum actu suas continuant lectiones, et exceptis studentibus dum in lectionibus theologie (3) vel disputationibus ordinariis fuerint occupati (4). Conceditur tamen ministris provincialibus quod possint ex causa rationabili de parvis horis, seu prima, tertia, sexta, nona, cum aliquibus notabilibus et senioribus, ut sibi videbitur, dispensare. *Omnes quoque fratres....*

[p. 285-8]. De modo exterius exeundi, capitulum quintum.

4. [l. 26-8] *....portet pecuniam alicuius nec bursarium secum ducat* (5). Nec famulum possit de loco ad locum ducere nisi pro subsidio actualis infirmitatis vel in casu in quo bursarius conceditur in statuto de observantia paupertatis (6). Et quicumque contrafecerit, pro qualibet vice, qua puerum duxerit, infra VIII dies semel panem tantum et aquam in uno prandio comedere per obedientiam teneatur, et guardiani tene-

(1) Cap. VIII, *Opusc.* 72.

(2) Ad finem huius paragraphi in margine: « In locis autem ubi fratres non habent officinas distinctas, assignetur ubi fratres sileant et ubi possint colloqui aliis fratribus cum oportet ». — Circa hanc postillam et totam hanc ordinationem cfr. P. IX, 14, 2; l. c. 416 [29].

(3) Cfr. Ehr. 109, nota 3, al. 2, et Capit. Assisiat. 1279, l. c. 50, l. 11-16; atque Cap. Argentin. 1282, l. c. 52, l. 27-30.

(4) In P. V, 4; loc. cit. 285 [17].

(5) Verba: *nec bursarium secum ducat,* sunt linea transversa signata.

(6) Cfr. p. 285, l. 26-33.

antur dictos famulos expellere de conventu et non permittant eis aliqua cibaria ministrari. Et si contrafecerint, ad penam suprapositam obligentur. Item nullus frater habeat famulum, ministris exceptis et inquisitoribus heretice pravitatis. Possint tamen ministri concedere custodibus, si pro suo officio predictis famulis viderint indigere, et habere ex usu provincie fuerint assueti (1). Item (2) *si contingat aliquos fratres pro aliqua comuni utilitate ordinis vel evidenti necessitate viam ire prolixam* | .

5. [l. 37]. *Fratribus | sine testimonialibus litteris....* [l. 40] *....in casu exscusabili de consilio discretorum. Nullus* (3) *frater vadat eques vel pedes sine fratre, aut sine fratre sotio alicubi commoretur.* Qui autem fratrem sotium in via dimiserit vel a se emiserit, et per tanti temporis spatium steterit quod merito possit oriri suspicio iudicio prelati sui, cum consilio discretorum canonice moneatur. Si autem sic dimisso sotio vel emisso voluntarie alicubi pernoctaverit, tamquam de violenta sequestratione pena debita puniatur. [l. 42]. *Quod si guardianus vel eius vicarius....*

10. [l. 79] *....quantitatem delicti.*

11. Ordinat insuper generalis minister et mandat de consensu capituli generalis per obedientiam salutarem, quod nullus frater quacumque ex causa possit ad locum curie domini pape accedere vel per ipsam transire (4) seu ad ipsam appropinquare cum intentione intrandi, nec licentiam intrandi (5) etiam procurare vel procurari facere per personas extra nostrum ordinem existentes, absque dicti generalis (6) licentia spetiali. Et quicumque contrafecerit, ipso facto omni actu legitimo sit privatus, a qua privatione non possit relevari nisi per solum generalem ministrum, vel per illum cui ipse in spetiali duxerit committendum. Procurator autem ordinis, si quos invenerit contra formas premissas (7) ad curiam accessisse, ipsos de curia, quam citius poterit, expellere teneatur; et quamdiu ibi fuerint, ad intrandam villam nullo modo licentiet (8), et nichilominns die qualibet eos cogat ad comedendum panem et aquam coram fratribus in conventu (9). Revocat autem ex nunc generalis minister prefatus omnem licentiam datam per ipsum cuique (10) persone in ordine nostro vel extra ordinem existenti de posse veniendi, mittendi vel vocandi fratres ad curiam supradictam (11).

12. *Si contingat fratres alicuius provincie....*

17. [f. 115-20]. *Item cum regula dicat quod 'fratres non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur',* ordinat generalis minister de assensu capituli generalis ac districte mandat, ne quis equitet absque infirmitate vel necessitate cogente et ministri licentia spetiali vel custodis et guardiani vel eorum vicariorum in ministri absentia, qui de illa necessitate antequam equitet vel post, ubi eorundem prelatorum antea non possit haberi presentia, cum discretorum consilio, qui communiter vocantur ad consilia, habeant iudicare; qui predicti

(1) Cfr. P. VII, 5; l. c. 290 [22].

(2) Ex n. 3, p. 285, l. 23-4, quod hic iteratur.

(3) Cod. praemittit *sed,* quod utique in textu Ass. aderat [l. 27], sed hic superflue.

(4) In *Codice Cortonensi* (C.) verba *vel per ipsam transire* omittuntur; VII, 7; l. c. 291 [23].

(5) C. *pro intrando.*

(6) C. *absque Generalis Ministri.*

(7) C. *contra formam premissam*

(8) C. *licentientur.*

(9) C. *in communi.*

(10) C. *cuicumque.*

(11) Huius constitutionis primam partem referunt in margine O. et E.; p. 2[illegible].

discreti, de illa necessitate requisiti, teneantur fideliter respondere. Et quicumque contrafecerit, pro qualibet vice, una die infra quindenam in pane tantum et aqua debeat per obedientiam ieiunare (1). *Et si ipsi ministri in hoc fuerint vitiosi....*

[p. 288-94]. **De occupationibus fratrum, sextum capitulum.**

6. [l. 34] *....ministri firmiter teneantur.*

7. [l. 37] | *Nec sint iudices....* [l. 38] *....intromittant. Et quicumque contrafecerit,* omnibus actibus legitimis sit privatus.

8. *Nullus frater....*

22. [l. 124] *....provincialis capituli et ministri,* qui duobus annis adminus morentur ibidem. Nec mittantur aliqui si ultra quadraginta annos habeant in etate. Et idem intelligitur de hiis qui de gratia mittuntur (2). *Teneantur autem studentes....*

24. [l. 134] *....conveniunt;* secundum iudicium guardiani vel vicarii in absentia guardiani (3), *nisi in illa hora dicerent missam suam....*

29. [l. 171] *....presumat.* Qui vero contrarium fecerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, et si legittime fuerit deprehensus, pena carceris puniatur (4).

30. *Item domatizare quod frater qui fratrem monet....*

[p. 294-302]. **De correctione delinquentium, septimum capitulum.**

14. [l. 71-3]. *Quicumque inventus fuerit proprietarius,* tenendo pecuniam infra (?) se vel occultando ipsam in cella vel loco aliquo, pena carceris puniatur. Si vero penes alium sine licentia prelati fecerit conservari, privetur recursu ad illam pecuniam et libris et actibus legitimis et ceteris, prout in nova constitutione continetur de observantia paupertatis (5). *Et si quis talis in morte inventus fuerit, careat....*

15. [l. 80-81]. *....Si autem graviter percusserit,* vel ad percutiendum graviter lapidem vel aliud proiecerit, vel gladium vel aliquid aliud eduxerit; qui etiam arma offensionis portaverit, vel in cella vel alibi tenuerit, pena carceris puniatur (6), *et* [si] *persona levis fuerit, post macerationem in carcere....*

16. [l. 86] 1. *....vel ad huiusmodi faciendum inventus fuerit machinari.*

2. Monet insuper generali minister cum generali capitulo universo omnes fratres et singulos ac per obedientiam salutarem eis mandat quatenus (7) de sancta romana ecclesia et sanctissimi domini nostri pape persona ac de constitutionibus eius cum debitis reverentia et sobrietate loquantur. Et quicumque huius (8) mandati fuerit transgressor inventus, per ministrum suum statim pena carceris puniatur. Ad quod exequendum ministri per obedientiam teneantur, denuntiaturi (4) eidem generali ministro nihilominus delinquentes (5).

(1) Cfr. P. VII, 14; l. c. 292 [24].
(2) Haec referunt in margine O. et E.; p. 291.
(3) Etiam in O. (in margine) et in E. (in textu); p. 292.
(4) Etiam in O. (in margine) et in E. (in textu); p. 293.
(5) Cfr. p. 279, l. 10-15.
(6) In P. XVIII, 83; loc. cit. 591 [60].
(7) C. *qualiter*. In P. II, 4; loc. cit. 279 [11].
(8) In *Chron. 24 Gen.: (Anal. Franc.* III, p. 487, nota 1) *huiusmodi.*
(9) Ibidem: *denuntiari.*
(10) Cfr. etiam *Chronica fr. Nicol. Glassberger* (in *Anal. Franc.*, II, p. 135).

17. *Si frater aliquis alium falso et scienter....*

31. [l. 190]. ....*innodamus omnem apostatantem ab ordine nostro.* Intelligimus autem apostatantem omnem qui, sine obedientia vel contra obedientiam prelatorum suorum, per terras, loca seu patrias, cum habitu vel sine habitu, cum sotio vel sine sotio, discurrerit vel vagatus fuerit vel in aliquo conventu vel alibi per diem naturalem steterit; et generaliter *ab* | *eiusdem ordinis* obedientia *quomodolibet discedentem: a quo non possit absolvi nisi per ministrum vel eius vicarium* vel per vicarium provincie (1) *vel eum cui in spetiali duxerit committendum.*

32. *Item ordinamus quod omnis apostatans ab ordine nostro carceri mancipetur.* Ordinat generalis minister de consensu capituli generalis ut nullus frater, qui apostataverit ab ordine vel pro lapsu carnis fuerit punitus penitentia carceris, ponatur in officio prelationis, lectionis, inquisitionis, diffinitionis, visitationis fratrum vel sororum ordinis sancte Clare, nec possit earumdem sororum confessor, vel eius sotius institui, nec vicarius ordinarius, nec mitti ad studium generale sine predicti ministri generalis licentia speciali. Et hec constitutio extendatur ad preteritos et futuros.

33. *Nullus eiectus* vel *per se egressus mittatur....*

36. [l. 232] ....*que omnem tangunt communitatem,* et ad hoc per obedientiam obligentur. *Si quos vero discolos invenerint....* [l. 236] ....*vel in corpore impotentia* | . *Conceditur tamen ministris, in casu* | *spetiali atque....* [l. 239].... *accusentur capitulo generali;* et de remissione seu relaxatione penitentia debita puniantur, et ille nihilominus cui pena indebite remissa fuerit puniatur.

37. 1. *Iniungimus quoque ministris singulis, ut excessus omnes fratrum suorum notabiles et accusationes fide dignas, nec non* et *correctiones et processus, quos fecerint contra tales,* diligenter conscribant, *fideli scriptura commendent* per obedientiam salutarem; et talia scribantur non solum in cedulis, sed in libris; *et toto ministerii sui tempore custodiant diligenter.* Quibus ministris mandat generalis minister, cum generali capitulo universo, per obedientiam salutarem, a qua nisi per generalem ministrum non possit absolvi, vel illum cui ipse in spetiali duxerit committendum, ne acta provintiarum suarum vel aliquid de eisdem destruant, comburant, mutent vel destruant, vel hec fieri mandent vel permittant quoquo modo sine expressa licentia generalis ministri: ne aliquis ministro inferior prelatus vel subditus, sub eiusdem districtione precepti, illud audeat attentare. Quod si contrarium fecerit, scilicet acta ipsa vel aliquid de eisdem destruendo comburendo mutando seu quomodolibet subtrahendo aut clausuras frangendo vel aperiendo vel sigilla destruendo sub quibus acta predicta fuerant, sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi nisi per generalem ministrum. Et si in hoc legitime fuerit deprehensus, pena carceris puniatur. *Cum vero eos ab officio absolvi contigerit....* [l. 247] *resignetur* (2).

2. Ordinat generalis minister cum capitulo generali, quod, si contingat mori generalem ministrum, acta ordinis et sigillum officii ministerii generalis sigillentur sigillis provintialis ministri, custodis et guardiani loci, in quo contigerit eum mori, vel vicariorum eorumdem in absentia

---

(1) Verba *per vicarium provincie* sunt etiam in O. (in margine) et in E (in textu); p. 299.

(2) In P. XVIII, 36; loc. cit. 592 [61].

predictorum nonnisi, et sigillis etiam aliquorum fratrum solemnium, si qui fuerint in conventu; que sic clausa et sigillata tradantur eisdem sociis generalis, qui ea teneantur conservare fideliter et assignare successori ministro generali per obedientiam salutarem. Si vero multum distaret terminus capituli generalis, possint tradere sic clausa et sigillata provintiali ministro, qui ad generale capitulum proxime celebrandum fideliter portare debeat et tradere successori generali ministro per obedientiam salutarem. Si vero ministrum aliquem provintialem graviter contingerit infirmari, acta sue provintie et sigillum sui officii in presentia sui sotii sigillis custodis, in cuius custodia fuerit, et guardiani, in cuius conventu infirmatur, vel in eorum absentia vicariorum eorumdem, faciat claudi et sigillari in aliqua archa tuta, que tribus seris claudatur, quarum una custodi predicto, alia socio eiusdem ministri, alia guardiano tradatur; et praedicti conservent dicta acta successori ministro fideliter assignanda per obedientiam salutarem. Quod si predictus minister morte preventus non possit predicta executioni mandare, idem faciant eius socii cum custode et guardiano, in cuius conventu moritur, sicut superius est expressum (1).

38. *Ordinamus* etiam *quod nullus minister....*

[508-12]. De visitatione provinciarum, capitulum octavum.

20. [l. 113] ....*eidem capitulo generali nunciare,* non personaliter set per litteras spetiales (2). *Nec ullo modo in provinciis quas visitant....*

[512-7]. De electionibus ministrorum et aliorum institutionibus prelatorom, capitulum nonum.

7. [l. 65] ....*Possint autem ministri provinciales eligi de toto ordine.* Placet autem capitulo generali quod non eligantur vel postulentur illi qui in aliquibus provinciis sunt ministri, nec illi qui immediate ante ipsam electionem in eadem provincia ab officio ministerii, quocumque motivo vel modo, fuerint absoluti; nec baccelarii parisienses de provincia Francie non nativi. Si autem electi vel postulati fuerint, supplicat totum predictum capitulum generali ministro quod dictas electiones seu postulationes non debeat confirmare nec etiam acceptare (3).

8. *Quod si, provinciali capitulo congregato....*

17. [l. 117] *Conventum autem dicimus, ubi XIII fratres et supra possunt continue commorari.* Inhibet autem generalis minister cum toto capitulo generali quod nullus de cetero capiatur locus, in quo XIII fratres non possint continue residere, sine licentia capituli generalis, quacumque alia licentia habita non obstante (4).

18. *Si* * vero * *guardianum non conventualem....*

30. [l. 171] ....*maxime in vestibus, cibis et lectis.* Et in omni visitatione facta de quocumque prelato inquiratur per obedientiam qualiter ista constitutio observetur. Et si minister in visitatione invenerit quod

(1) Tota haec constitutio, paucis exceptis (scilicet, a *Quod si contrarium fecerit* usque ad *pena carceris puniatur,* l. 59-65) et quibusdam transpositis vel vix variatis, concordat cum *Cod. Rav.* (vide ad pag. 301).

(2) Solita manus posterior adiunxit in O. (in margine), p. 511.

(3) Ita in margine O. et in textu E., p. 514.

(4) Ita in margine O. et in textu E., p. 515.

aliquis prelatus eo inferior non servaverit vitam comunem, data audientia accusato, non se legitime excusaverit, teneatur statim ipsum absolvere in capitulo sequenti provinciali, non ponendum in aliquo prelationis officio quousque fratris sic absoluti appareat correctio manifesta.

31. *Precipit generalis minister per obedientiam....*

[517-21]. **De capitulo provinciali, decimum capitulum.**

19. [l. 122] ....*Et quandocumque diffinitores voluerint de ministro inquirere, teneatur ipse minister de capitulo exire.* Hec autem inquisitio ultra unius diei spatium nullatenus prolongetur (1). *Qui si incorrigibilis fuerit,* | [l. 125] *sine dilatione causam suspensionis et incorrigibilitatis per capitulum approbatam sub sigillo* | *custodis* et guardiani, *ministro significent generali. Si vero insufficiens reputetur, eidem similiter significetur, ita tamen quod neutrum horum fiat absque maioris partis capituli consilio et assensu* | .

20. *Nichil mittatur ad generale capitulum....*

Caesenae. Dr. ARMANDUS CARLINI.

(1) Ita etiam O. (in margine) et E. in textu, p. 520.

DOCUMENTA QUAEDAM

AD HISTORIAM

TERTII ORDINIS REGULARIS

IN BELGIO SPECTANTIA

Quoniam pauca hucusque vulgata sunt documenta historiam Tertii Ordinis S. P. N. Francisci illustrantia, aedificio eiusmodi vix inchoato lubet exiguum quidem mole adiicere calculum, maioris tametsi reipsa ponderis, preloque dare Litteras authenticas ineunte vix saeculo XIV, alias vero sequenti saeculo in favorem Tertii Ordinis datas. Exinde sole clarius lucescet, Patriarcha seraphico non diu sublato e vivis, semen ipsius in oris belgicis pullulasse, optimeque charitatis operibus de plebe meruisse; quin et Ordinem Tertium Regularem monasteria haud pauca fundasse, multo revera antiquius quam quidam neoterici levius dictitarint.

Et primum quidem agitur de folio membranaceo, altitudinis 74, latitudinis 63 ctm., litteris grandiusculis nitidisque, exhibente actum authenticum a duobus notariis publicis subscriptum, signaculoque respectivo ornatum apud curiam Rhemensem (1). — Gandavo verisimiliter Viriovacum, vulgo Wervicq delatum, documentum, in archivo Provinciae Comitatus Flandriae depositum fuit, antequam ad actualem Belgii S. Ioseph transiret Provinciam, in cuius Archivo una cum altero documento adservatur. In dorso quippe gothicis maioribus inscriptum legitur characteribus: *Istud instrumentum est Sororum de Poenitentia, juxta ecclesiam S. Iohannis, Gandae* (2). Dein paulo inferius manu recentiori, vernacule: *Instrument ofte vidimus...* (etc.)... Superius manu saeculi XVIII, signatur vetus archivum: *Capsula 22, titulo Tertiar. Veroviac* (3).

Exhibetur porro in priori documento *Vidimus* trium documentorum in favorem et patrocinium speciale Fratrum et Sororum de Poenitentia, seu Ordinis Tertii S. Francisci, nimirum:

1. — Bulla Nicolai papae IV, *Supra montem catholicae fidei*. Dat. Reate, XV Kal. Sept. Pontif. an. II (19 aug. 1289). — Regulam pro Fratribus et sororibus de Poenitentia seu Tertio Ordine S. Francisci praescribit. — Sbaralea, *Bull. Franc.*, IV, 94-7: Eubel, *Epitome*, 302-5.

2. — Bulla Ioannis XXII, *Etsi apostolicae sedis auctoritas tueri debeat*. Dat. Avenione, VII Kal. mart., Pontif. An. III. (23 febr. 1319a). — Declarat bullam Clementis V *Cum de quibusdam* (qua Beguinas haereticas excommunicavit; Clem. tit. XI c. 1) minime extendi ad Tertium Ordinem Fratrum vel Sororum S. Francisci, quanquam plures praelati

(1) Oppidum Rhemense tunc temporis ad Belgium pertinebat. Cf. *Recueil des historiens des Gaules et de la France*, XX, Paris 1860, 497, nota 2: « Ad episcopum *sedis Belgicae, quae est Remis* » etc.

(2) *Hospitale Gandavi Fratrum et Sororum Tertii Ordinis ante medium saeculum XIII* iam exstitisse luculenter comprobatur argumento a P. Petro Marchant olim allegato in archivo Prov. Belg. (Tit. *Casus de Monialibus* XII, 2).

(3) Cfr. De Grave O. F. M. *Chronologia Prov. Comit. Flandriae* p. 149.

bullam illam sic explicare immerito conati sunt contra Tertium Ordinem et Fratres Minores. — Eubell *Bull. Fr.*, V, 163-4.

3. — Epistola Caroli IV, Franciae regis, Fratres Tertii Ordinis in speciale patrocinium assumentis. Dat. apud Hiaumes mense iun. 1322.

I.

In nomine Dei. Amen. Universis presens publicum instrumentum inspecturis pateat evidenter quod anno ab incarnatione eiusdem Millesimo trecentesimo XXX, in indictione XV, XII die mensis octobris, videlicet feria sexta post festum beati Dionisii martyris, hora tercia vel circiter, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri domini Iohannis divinâ providentia papae XXII anno XV.

In nostrorum notariorum publicorum et testium infrascriptorum ad haec specialiter vocatorum et rogatorum praesentia, propter hoc personaliter constitutus, in consistorio curiae Remensis, et officialibus ibidem pro tribunali sedentibus, *frater Johannes de Vesperco, Remensis dyocesis clericus, minister fratrum et sororum ordinis de penitentia in civitate et dyocesi Remensi,* quasdam litteras apostolicas sanas et integras, gratiales et executorias, videlicet, gratiales cum filis sericis, et alias executorias cum filo canapis, veris bullis plumbeis bullatas, praesentibus adhuc venerabilibus viris et discretis magistris Remigio de Ambonaio et Egidio de Mellomonte alias Remis, advocatis Johanne dicto Le Vint, Colardo dicto Maheleste de Vesperco clericis, Johanne dicto Wittine de Vesperco, Johanne Warnia, Huguenino Jessonno de Condeto, Johanne de Quercu, clericis curiae Remensis, apparitoribus et pluribus aliis testibus, ad hoc vocatis specialiter et rogatis, exhibuit et tradidit in manu magistri Gerardi de Ambonaio altius dictorum officiali videndas legendas ac eciam publice, ut dicebat dictus minister, ad hunc finem quod viderentur, legerentur ac publicarentur, et super hiis fieret publicum instrumentum ad opus dicti ministri et omnium aliorum fratrum et sororum suorum.

Item anno, indictione, mense et pontificis (*sic*) praedictis, die XVII mensis praedicti, hora vespertina, vel circiter, in nostrorum notariorum publicorum et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter accedens in *capitulo ecclesiae fratrum minorum Remensium* dictus *frater Johannes, minister,* praedictas litteras apostolicas per Herbertum de Vesperco, clericum alterum nostrum notarium, de verbo ad verbum legi, publicari, ac diligenter inspectari fecit ibidem, et ad finem qui dictus est, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sed omni suspicione carentes, prout prima facie apparebat, praesentibus ad hoc viris religiosis et discretis et honestis *fratribus Petro de Gondelancte gardiano, Hugone de Ruigny, Nicholao de Marguial, Jacobo de Tanay, de conventu fratrum Minorum Remensi, fratribus Huberto de Tornella sacerdote, Nicholao de Taverna, clericis de tertio ordine beati Francisci,* et pluribus aliis testibus, tam religiosis, quam saecularibus, ad praemissa vocatis et rogatis: quarum litterarum tenores sequuntur in haec verba:

Nicolaus episc. servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus et dilectis in X° filiabus sororibus ordinis fratrum de poenitencia, tam praesentibus quam futuris, salutem et apostolicam benedictionem. *Supra montem cathol. fidei....* Datum Reate, XV Kal. sept., Pontif. nostri an. II. — [Cf. 537, n. 1]. — Item sequuntur litterae executoriae in haec verba.

Johannes episc. servus serv. Dei venerabilibus ff. universis patriarchis, archiepp. et epp. ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, aliisque praelatis et rectoribus ecclesiarum salutem et apost. benedictionem. *Etsi apostolicae sedis auctoritas....* Datum Avinione, VII Kal. mart. Pont. nostri an. III. — [Cf. 538 n. 2].

Item anno ab Incarnatione Dni MCCCXXXII, indictione XV, prima die mensis Aprilis, videlicet, feria IV post festum Annuntiationis dominicae, hora meridiana vel circiter, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri domini Johannis praedicti, divina providentia papae XXII anno XVI, praesentibus ad hoc viris discretis et honestis, Petro dicto Pagar, Petro de Claromonte, Johanne de Monteregali, Johanne de Sancto Lupo, Jessono Iudeo, clericis, Egidio dicto Cuissar, Jessonno dicto Burdin, civibus Remensibus, omnibus dyoc. Remens., ad hoc vocatis specialiter et rogatis, et pluribus aliis testibus.

Nos notarii publici subscripti quasdam litteras sub sigillo curiae Remensis datas, sanas et integras, omni suspicione carentes, in curia domini Remensis archiepiscopi vidimus, inspeximus, diligenter ac etiam publice, et de verbo et ad verbum legimus, ad petitionem dicti ministri, et super hoc fecimus publicum instrumentum, ad opus dicti ministri et omnium fratrum et sororum suorum, quarum litterarum tenor sequitur in haec verba:

Datum per copiam sub sigillo curiae Remensis, anno Domini MCCCXXX°, feria secunda ante festum Conversionis beati Pauli apostoli: Karolus, Dei gratia Francorum et Navarrorum rex. Regiae dignitatis incumbit officio perversorum cohibere nequicias, superborum et sublimium in iustitia et aequitate colla comprimere; humiles vero et potissime divinis intentos obsequiis a malignantium praeservare conatibus, et in pacis optatae solatio constituere. Per hoc etiam regale nomen attolli credimus, et cum laudis humanae praeconio divinae maiestatis benivolentiam promereri speramus. Noscat igitur praesentium christianorum universitas et successiva posteritas futurorum, quod nos ad religiosos viros, dilectos nostros de caritate beatae Mariae, tercii ordinis Sancti Francisci, viros quidem mundo pauperes et simplices, Deo cum devota sollicitudine et humilitate praecipua famulantes, nostrae reflectentes considerationis aspectum, attendentesque eisdem per nonnullos potentes et divites multipharie multisque modis iniurias, violentias et oppressiones indebitas irrogari, ipsos quoque contemplatione parentum nostrorum, quos ad eos pie gessisse devotionis affectum audivimus, favore benivolo prosequentes, ipsos fratres omnes et singulos eiusdem ordinis domosque, loca, monasteria et habitationes eorum, intra regnum nostrum consistentes, una cum familiis, rebus et bonis eorum sub nostrae regiae protectionis tutela et salvagarda speciali suscepimus per praesentes. Inhibentes districtius auctoritate regia, sub nostrae indignationis incursu, ne quis fratribus ipsis, aut eorum alicui, sive familiae in personis, aut rebus aliquam inferre iacturam vel molestiam, eorumque loca, domos aut monasteria invadere aut eis aliquam molestiam perpetrare praesumat. Damus etiam universis et singulis iusticiariis nostris, et eorum loca tenentibus tenore praesentium in mandatis, quatinus fratres ipsos omnes et singulos, eorum familias, loca, domos aut monasteria, res et bona ab omnibus iniuriis, violentiis, vi armorum, laicorum potentia et oppressionibus quibuscumque defendant, et si ad hoc incumbat necessitas unum vel plures servientes nostros, qui eos a praemissis tueantur et prote-

gant, et de hiis quae causae cognitionem exigunt se nullatenus intromittant, deputare studeant, si tamen super hoc ab eis fuerint requisiti, ut fratres ipsi divinis officiis conquietius atque uberius vacare valeant, quo securius sub nostrae protectionis clipeo sentiant se protectos, pro nostra quoque sospitate continua regnique nostri stabilitate perpetua in conspectu altissimi devotarum precum hostias teneantur iugiter immolare. In quorum testimonium praesentes litteras fratribus ipsis tradi fecimus nostri munitas impressione sigilli. — Actum apud Hiaumes (1), anno Dni MCCCXXII, mense Iunio.

Et ego Herbertus de Vesperco, clericus Remensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis exhibitioni et publicationi suprascriptae, una cum prænominatis testibus praesens interfui eandem legi et publicavi, hic subscripsi, et in hanc publicam formam redegi huic præsenti transcripto una cum signo subscriptionis notarii publici infrascripti, signum solitum et consuetum rogatus apposui in testimonium præmissorum.

Et ego Hugo de Roomgnis Remensis dyocesis clericus, publicus imperiali auctoritate notarius, prædictis interfui exhibitioni, traditioni et publicationi, ac praemissis omnibus et singulis una cum praenominatis testibus præsens interfui, eandem publicavi, hic me subscripsi, ac instrumento præsenti inde confecto signum meum solitum, una cum signo et subscriptione publici notarii rogatus apposui, in testimonium veritatis.

Sic signata.

II.

Alterum vero documentum nostrum, minoris quidem momenti, utpote mera copia copiae minime sigillata, carensque corroborationis signo, utilitate sat magna ad rem nostram pollere nemo non fatebitur.

Est porro folium membranaceum O^m 540×0,585 litteris minusculis, atramento nimium iam flavescente, exhibens actum sive processum Gerardi, episcopi Parisiensis, exsequentis qua iudicis et conservatoris *Fratrum et Sororum Tercii Ordinis de Poenitentia nuncupati, in partibus Flandriae, et praesertim in episcopatu Morinensi...* etc. litteras bullatas Iohannis papae XXIII, omnibus clausulis iuridicis, comminatoriis et exhortatoriis in episcopos, clerumque universum bullam Iohannis XXIII: *Personas vacantes,* dat. 1413, 26 aug. apud S. Antonium extra muros Florentinos. Pontifex in ea plura statuta et consuetudines Fratrum et Sororum Tertii Ordinis in partibus Flandriae existentium approbat (2).

Aliis litteris tenoris eiusdem «Parisiensi et Tornacensi Episcopis hos ac Decano ecclesiae S. Donatiani Brugen. Tornacensis dioecesis» (3) exsecutores huius bullae constituerat. Hoc ergo mandatum Gerardus de Montaigu, ep. Parisiensis (1409-1420 (4) instrumento hoc est exsecutus.

Reverendissimis in Christo patribus, dominis Archiepiscopis et episcopis, ac venerabilibus viris, dominis abbatibus, prioribus, decanis, praepositis, archidiaconis, cantoribus, succentoribus et thesaurariis, ac

(1) Haulmes, dép. Seine et Oise, cant. de Marines. Ubi Carolum IV an. 1322 egisse constat; Archives Nat. (Paris), LXI, n. 106 (registre). Cf. *Recueil des hist. des Gaules,* XXI, 487.

(2) Sunt videri ap. Eubel, *Bull. Fr.,* VII, 471-3; ap. Wadding, Regest. Ioan. XXIII, n. 18 (IX², 535-8).

(3) Datae «V kal. Nov. an. IV» (28 oct. 1413) Wadding, l. c. n. 19 (IX, 538); Eubel, VII, 473 not. 1,

(4) Eubel, *Hier. cath.,* I, 410.

tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum canonicis, universisque, et singulis capitulis et conventibus, eorumque omnibusque et singulis officialibus, auditoribus, iudicibusque ordinariis et extraordinariis, et aliis iudicibus ecclesiasticis et saecularibus, necnon dominis temporalibus quorumcumque status, gradus et ordinis, conditionis, praeeminentiae; seu praerogativae existant, ad quos praesentes litterae, seu praesens noster processus pervenerint: *Gerardus,* miseratione divina Episcopus Parisiensis, iudex et conservator una cum quibusdam aliis nostris infrascriptis collegis cum illa clausula quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium, seu alios, etc., privilegiorum *universis fratribus et sororibus tercii ordinis de poenitentia nuncupati,* quem beatus Franciscus instituit, *in partibus Flandriae et praesertim in episcopatu Morinensi,* ac in locis scilicet *Furnis* (1) *Novoportu, Ypris, Paupringis, Dixmudae et Bergis,* Morinensis diocesis degentibus, a Sancta Sede apostolica indultorum, ab eadem Sede specialiter deputatus, salutem in Domino et mandatis nostris ymo verius Apostolicis firmiter obedire. Litterae Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Iohannis papae XXIII, unam videlicet gratiosam et aliam executoriam, in qua dicta gratiosa incorporabatur et incorporatur veris bullis plumbeis ipsius domini nostri, pro more romanae ecclesiae bullatas, sanas et integras, non vitiatas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes, ut prima fatie apparebat nobis, pro parte dictorum fratrum et sororum praedicti tercii ordinis, coram notario publico et testibus infrascriptis, praesentatas exhibitasque et ostensas, nos cum ea, qua decuit reverentia, recepisse noveritis. Quarum litterarum, videlicet executoriae praedictae, dictam gratiosam sic in se incorporatam continentis tenor sequitur per haec verba, et est talis:

Iohannes, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Parisiensi et Tornacensi episcopis, ac dilecto filio, decano ecclesiae sancti Donatiani Brugensis, Tornacensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. *Nuper dilectis filiis universis fratribus et dilectis in Christo filiabus, sororibus tercii ordinis, de poenitentia nuncupati,* quem beatus Franciscus instituit, in partibus Flandriae, et praesertim in episcopatu Morinensi, ac in locis scilicet Furnis, Novoportu, Ypris, Paupringis, Dixmudae et Bergis, Morinensis diocesis degentibus, litteras nostras concessimus in haec verba:

Iohannes, episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam: *Personas vacantes assidue divinis obsequiis per studium piae vitae, et sub regulari observantia* etc.

Post quarum quidem litterarum praesentationem et receptionem pro parte praefatorum fratrum et sororum, extitit nobis humiliter supplicatum, nos ad instantiam debitam requirendo, ut ad publicationem et executionem contentorum in dictis litteris apostolicis suprascriptis procedere dignaremur, et vellemus, iuxta traditam seu directam a dicta Sede apostolica nobis formam.

Nos igitur, *Gerardus,* episcopus Parisiensis, iudex et conservator praefatus, volentes huiusmodi mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, executioni debitae demandare, et eisdem fratribus et sororibus defensionis efficacis auxilio assistere ut tenemur, cupiendo praedictos fratres et sorores dicti ordinis, praesentes

(1) Vulgo *Veurne,* gallice autem *Furnes,* in prov. Flandrie occid.

et futuros huiusmodi privilegiis, franchisiis, et libertatibus, ac aliis omnibus et singulis, in dictis litteris apostolicis declaratis, expressis et contentis, eisdem modo et forma, quibus et sicut in praedictis litteris apostolicis describitur, continetur et declaratur, uti et gaudere pacifice, et quiete debere, ipsosque fratres et sorores omnes et singulos fore et esse a curiis ac iurisdictionibus laicalibus et temporalibus, a loci diocesano et locorum ordinariis ac eorum curiis et iurisdictionibus, nisi in casibus dumtaxat, de quibus in pontificalibus litteris supra fit mentio, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, fore exemptos declaravimus et decrevimus, declaramusque et horum litterarum serie decernimus; idcirco vos universos et singulos supradictos tenore praesentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorio termino, districtius etiam vobis inhibentes in virtute sanctae obedientiae, et sub poenis infrascriptis, ne abhinc in antea contra concessionem et gratiam apostolicam huiusmodi, ac alia contenta in suprascriptis litteris apostolicis, ipsos fratres et sorores, seu eorum aliquos aut aliquas, eorumve procuratores aut nuntios impedire, vexare. molestare aut alias quoquo modo procedere attemptetis seu praesumatis. Quod si forte per vos vel aliquem vestrum, per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte hactenus vel in posterum secus factum fuerit, nisi infra sex dierum spatium a tempore notitiae praesentium continue et successive computandorum, quod vobis omnibus et singulis pro peremptorio termino assignamus, illud non revocaveritis, et ad pristinum statum non reduxeritis, ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, dicta monitione praemissa singulariter in singulos, vobis dominis archiepiscopis et episcopis, quibus ob reverentiam vestrae dignitatis pontificalis est deferendum dumtaxat exceptis, excommunicationis, in capitula et conventus suspensionis, in ecclesias vestras interdicti sententias proferimus, et etiam promulgamus. Vobis vero dominis archiepiscopis et episcopis, si monitioni, inquisitioni et inhibitioni huiusmodi non obtemperaveritis, et aliquid contra eos attemptaveritis, nisi illud infra dictum terminum revocaveritis, ingressum ecclesiae interdicimus; et si interdictum huiusmodi per alios sex dies, praedictos sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos a divinis suspendimus. Si vero, quod absit, interdicti et suspensionis sententias huiusmodi adhuc per alios sex dies, sex proxime dictos immediate sequentes, sustinueritis animo pertinaci, in vos et vestrum quemlibet, dicta monitione praemissa, similem excommunicationis sententiam proferimus in litteris scriptam. Scituri vos omnes et singuli supradicti, nos auctoritate praedicta contra vos ad graviores poenas et sententias processurum, si praemissorum fueritis contemptores, et nobis pro parte ipsorum fratrum et sororum de vobis querela deferatur. Insuper praesentes litteras seu patentes nostrorum processuum penes ipsos fratres et sorores, seu eorum aliquem, aut eorum procuratorem, volumus remanere. et non per vos aut vestrum alium, contra ipsorum fratrum et sororum aut eorum procuratoris, seu nuncii voluntatem quomodolibet detineri: contrarium fatientes praedictis sententiis per nos latis, dicta canonica monitione praemissa, volumus subiacere. Mandamus tamen vobis copiam fieri de praemissis si eam petieritis, et eam habere volueritis. vestris tamen sumptibus et expensis. Absolutionem autem omnium et singulorum, qui praedictas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint quoquo modo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus.

Caeterum cum ad executionem ulteriorem huiusmodi mandati apostolici ulterius faciendam vacare nequeamus, aliis inevitabilibus nostris

et ecclesiae nostrae Parisiensis negotiis legitime praepediti, universis et singulis abbatibus, praepositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, succentoribus, officialibus ecclesiarum cathedralium et collegiatarum canonicis, aliisque ecclesiarum rectoribus, presbyteris, curatis et non curatis, atque notariis et tabellionibus publicis ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione praedicti mandati apostolici facienda quoad infra scripta dumtaxat committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos et eorum quemlibet requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, communiter et divisim, eisque et eorum cuilibet nihilominus sub pena excommunicationis, quam in eis non parentes, aut minus debite obedientes, et eorum quemlibet, predicta sex dierum canonica monitione praemissa, ferimus in hiis scriptis, districte praecipientes mandamus, quatenus ipsi, vel eorum alter, pro parte praedictorum fratrum et sororum, aut eorum procuratoris seu nuncii requisiti fuerint vel fuerit requisitus, infra sex dies post requisitionem huiusmodi, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica, eis et eorum cuilibet praefigimus, ad vos et ecclesias vestras, et alibi ubi fuerit expediens, personaliter accedant, vel accedat, praefatasque litteras apostolicas et hunc nostrum processum ac omnia et singula in eis contenta vobis et aliis, quorum interest vel intererit, denuntient, legant et intiment, notificent et significent, ac etiam diligenter publicare in locis publicis procurent, monitionesque, requisitiones et inhibitiones in dicto nostro processu contentas et declaratas vobis et vestrum cuilibet, ac aliis quibuscumque, quibus opportuerit, et a praedictis fratribus et sororibus, seu eorum procuratoribus, aut nuntiis huiusmodi requisiti fuerint, fatiant et renovent, non obstantibus omnibus et singulis quae dictus dominus noster papa in praedictis litteris apostolicis voluit non obstare; cognitionem tamen causarum seu causae eis et eorum cuilibet interdicimus.

In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium, praesentes litteras hunc nostrum processum in se continentes, per dilectum et fidelem secretarium nostrum publicari, sigillique nostri munimine iussimus roborari.

Datum et actum in domo nostra episcopali Parisiensi, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo tertio [1413] indictione VII, die IX mensis februarii, Pontificatus praefati domini nostri pape anno quarto, praesentibus venerabili et circumspecto viro, magistro Iohanne Tuderti, officiali nostro parisiensi, licentiato in legibus, dominis Iohanne Michaele, beneficiato in ecclesia nostra Parisiensi, et Iohanne Capillen, presbyteris capellanis nostris, ac Iohanne Balduini, notario publico, cum pluribus aliis testibus, ad praemissa vocatis et rogatis.

Sequitur subscriptio notarii: Et ego Henricus de Fresneyo, clericus parisiensis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, praefatique reverendi patris, domini Episcopi Parisiensis secretarius et scriba, qui, praemissis omnibus et singulis dum, ut praemittuntur, agerentur et fierent, praesens fui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo ipsa publicando de mandato ipsius reverendi patris, praesentibus litteris alicuius manu fideliter scriptis una cum eiusdem magno sigillo, signum meum apposui consuetum, requisitus etiam et rogatus in testimonium veritatis praemissorum.

Bruxellis. P. HIERONYMUS GOYENS, O. F. M.

CATALOGUS FRIBURGENSIS
SANCTORUM FRATRUM MINORUM

Antiquum circa 1335 scriptum Sanctorum Ordinis seraphici catalogum iuxta severiores artis criticae leges erudite, iam sunt septem anni, publicavit (1) R. P. Leonardus Lemmens, O. F. M., in sequentibus signatum L.

Bibliothecae Fr. Min. Conv. Friburgi Helvetiorum codicem 23 I 60 describentes (2), fol. IIr-VIIIv in alterum incidimus haud paucis differentem, quem et ipse bene cognovit varias ex eo sumens lectiones. Manu Fr. Friderici de Amberg 3 nov. 1419 scripta folia, quae illum exhibent, numeris latinis distinguuntur quaternumque efformant codici prius exarato atque prius numeris arabicis notato colligatum. Isto edito, rem credemus utilitate non vacuam fecisse, si radix exinde, quae tot et tantos produxit sanctitatis flores, magis ac magis aestimetur. Signabitur F.

Fr. Fridericus, natus Ambergae in Franconia, habitum S. Francisci sumpsit in conventu Ratisbonensi. Per schisma Avenionense Minister Provincialis Argentinae obedientiae Avenionensis nominatus est, iam ante an. 1384, talisque apparet an. 1392, (quando Avenione creatus est magister Theologiae, post studia Parisiis peracta ab an. 1389), 1393 (quo an. sedem suam fixit in Conv. Friburgensis Helvet.), 1403, 1404, (1414?). Guardianus dicti Conventus fuit 1409, 1414, 1431. Ibi obiit 27 iun. 1432. Plura scripta emit, collegit, transcripsit atque ipse composuit (3).

Eius Catalogus in multis differt a priore. Et primo quidem Fratrum considerantes seriem, plures invenimus omissos in eo, nonnullis additis; additiones duabus stellulis * claudemus. Auctor in conclusione fatetur, quod quasi quinquaginta fratres neglexerit in exemplari nominatos vetustiore, unde suum extraxit opus. Exemplar dolemus amissum, de quo loquitur. Instituta nihilominus collatione inter F et L, idem sufficienter apparebit. Sic fratres ad provinciam S. Francisci pertinentes numerando,

(1) *Catalogus sanctorum fratrum,* Romae 1903.
(2) Quae descriptio in AFH prodibit.
(3) Cf. P. B. Fleury, O. M. Conv., *Maître Fréd. d'Amberg* ap. *Archives de la Société d'histoire du Canton de Fribourg,* VIII, ibi 1903, 37-56.

saltem 15 legimus apud L, quos non citat F, dum alios econtra nominat F sub num. 11, 12, 21 et 26, qui non sunt apud L; item alios 28, quos L ad provincias Romanam [4], Marchiae [8], Tusciae [3], Bononiae [2], Paduae [4], Siciliae [4], Apuliae [2] Terraeque sanctae [1] pertinere nos docuit, omittit F, tres tantummodo ad illam Marchiae de novo superaddens. Quoad caeteras provincias, 28 fratrum nomina praetermittit F, novem iterum adiectis aliis. Si vero materiae attendatur distributio, statim patet Ordinis provincias, illas Galliae praesertim, ut et sanctos eiusdem aliquando provinciae fratres, non semper aequalem locum in utroque servare catalogo. Si tandem res narratas inspiciamus et adiuncta, non raro alia adhibet verba F, licet multoties eadem repetantur.

Quae saepissime verbatim ipsos, quibus conflatur, refert auctores, tertio usa est catalogo *Chronica XXIV Generalium* (1). Non servavit equidem illius propriam primitivam formam, cum diversis locis hinc et hinc sparserit fragmenta, prout occasio compilatori congruebat, quocumque temporis respectu neglecto: quo factum est, ut impossibilis evadat eius reconstitutio. Quam tamen cum F affinitatem habeat, quoad particulas speciatim, in quibus F et L non conveniunt, notare debemus. Huic servient effectui ad calcem textus positae notae. Signatur G.

Iam ante Chronicam XXIV Generalium, libellus *Provinciale Ordinis Fr. Min.* dictus, qui circa 1345 a Fratre Paulino Puteolano compositus putatur (2), pluries praebuit elogia Fratrum sanctitate miraculisque celebrium, iisdem saepissime verbis usus ac catalogi L et F. Illud unum notandum est, quod multos in catalogis nominatos omittit fratres, dum aliorum servat nomina, quae non habent ipsi. Signatur P.

Fontes catalogi L scite perscrutans R. P. Leonardus Lemmens, relationem inter ipsum et fr. Bernardi de Bessa librum *De laudibus B. Francisci* (3) talem invenit etiam existere, qualem diximus inter F, L, G et P. Quo notato, recte suspicatus est catalogi L compilatorem atque Bernardum eodem usos fonte fuisse, cui novas ex suo notitias addiderunt. Simili modo post ipsos egisse videntur Paulinus, auctor *Chronicae XXIV Generalium* Catalogusque noster. Unde sequeretur, ad finem saec. XIII seu initium XIV exstitisse librum hodie deperditum memorias Fratrum sanctis operibus illustrium continentem, qui ad manus diversorum, XIV saec. currente, successive pervenit.

Utrum autem eo, suum *De conformitatibus* opus compilans, usus sit Fr. Bartholomaeus Pisanus, valde dubitamus, cum non F, nec G, sed L catalogum fere integrum rescribat, illius ordinem sequens et communiter verba repetens, quibus multis locis nihil addere potuit. Ut melius valeat quilibet inter catalogos, quam solum delibare inten-

(1) *Analecta Franciscana,* (AF) III, 1-665.

(2) *Provinciale Ord. FF. Min. vetustissimum,* ed. P. Conr. Eubel, O. M. Conv., Ad Cl. Aquas 1892; et iterum in suo *Bullar. Franc.* V, Romae 1898, 580-602.

(3) *Analecta Franciscana*, AF III, 666-692.

dimus, comparationem prosequi, ille Fr. Bartholomaei sequentibus signabitur B.

Sic igitur se habent abbreviationes ad calcem textus ponendae, notato etiam F et G in pluribus specialius convenire:

F = Catalogum cod. 23 I 60 Friburgensis.
L = Catalogum a P. L. Lemmens editum.
G = Catalogum Chronicae XXIV Generalium, AF III.
P = Catalogum Fr. Paulini Puteolani.
B = Catalogum Fr. Bartholomaei Pisani, AF IV, 178 sqq.

[Fol. II r] In nomine Domini, amen. — Hic consequenter describuntur aliqui fratres in qualibet provincia, qui inter alios vita et miraculis claruerunt.

[In provincia beati Francisci] (*a*) (1).

1. Et primo, in conventu sancti Francisci in Assisio, gloriosissimus pater noster et signifer Christi beatus Franciscus.

2. Item in eodem loco, fr. Bernhardus de Quintavalle, « primogenitus sancti patris (2) », qui primo se in ordine post beatum Franciscum expropriavit. — 3. Fr. Petrus Cathanii, 3us frater in ordine, quem beatus Franciscus in vita sua religioni prefecit (3). — 4. Fr. Silvester, primus sacerdos qui ordinem intravit. Iste vidit crucem auream ex ore Francisci procedentem, qua draco teterrimus fugabatur, et in facie eius vidit signum thau T variis ornatum coloribus (4). Qui « cum Deo facie (*b*) ad faciem loquebatur » (5).

5. Fr. Electus, vir maximarum lacrimarum (*c*), qui dixit domino (*d*) cardinali Albanensi: « Hodie morieris », et sic factum fuit. — 6. Fr. Leo, confessor sancti Francisci, qui fuit cum eo quando stigmata recepit; cui soli ipsa ostendebat ac sibi « committebat tangenda, ut novas peciolas ibi poneret (*e*), amotis aliis sacro sanguine rubricatis (*f*) (6) ». — 7. Fr. Gulielmus de Anglia, laycus (*g*), qui post mortem multis miraculis claruit, set ad preceptum fratris Helye, tunc generalis ministri, destitit miracula facere propter reverenciam sancti Francisci. — 8. Fr. Angelus Tancredi (*h*) de Reathe, primus miles qui ordinem intravit, et fuit XIIus frater in ordine (*i*). — 9. Fr. Masseus de Assisio, qui fuit cum beato Francisco quando indulgenciam sancte Marie de angelis a domino papa Honorio impetravit.

10. Fr. Ruphinus [Fol. II v] Cipii, consobrinus (*j*) beate Clare, de quo dixit beatus Franciscus, quod vivens erat canonizatus in celo (7).

(*a*) F *om.* in - Francisci. (*b*) G quasi facie. (*c*) G *om.* vir, LB *om.* vir - lacrimarum. (*d*) LGB domino Petro. (*e*) G apponeret (*f*) LB *om.* cui - rubricatis. (*g*) LGB *om.* laycus. (*h*) LB *om.* Tancredi. (*i*) LB *om.* et fuit - ordine. (*j*) LGB consanguineus.

(1) L p. 3-11; G p. 251-254; P n. 116, 117, 120, 121, 125, 131, 133-135, 139-141, 144; B p. 178-245. (2) Bonav. *Leg. mai.*, III, 3.

(3) FG ponunt tertio loco Fratrem Petrum, qui iuxta LB, et certe, quiescit in Portiuncula. (4) Visio signi *thau* tribuenda est Fratri Pacifico, non autem Fratri Silvestro. II Cel., II, c. LXXII, 106; *De mirac.*, 3; Bonav., l. c., IV, 9. (5) Verba sunt Bernardi de Bessa iuxta *Chron. XXIV Gen.*, AF III, 7. (6) Cf. *Actus*, 39. B. Pisanus, AF IV, 189.

(7) Cf. *Actus*, 1; B. Pisanus, AF IV, 178, 243.

— 11. * Fr. Philippus longus, qui « ut Ysaias (1) fuit ab angelo calculo igneo in labiis tactus », et ideo fuit magnus et ferventissimus predicator, et « primus visitator pauperum Dominarum » * (2). — 12. * Fr. Moricus, olim de ordine Cruciferorum * (*a*). — 13. Fr. Guido de Senis, laycus, qui fratribus predixit suam mortem, apparente sibi fr. Leone tunc defuncto (3).

14. In Porciuncula, fr. Iacobus, qui vidit evolare animam b. Francisci (*b*) ad celos sicut stellam super candidam nubem (4). — 15. Item, illi fratres VI, qui viderunt animam b. Francisci in specie solis (*c*) (5). — 16. Item, illi fratres, qui viderunt et audiverunt multas alaudas cantantes de nocte super tectum celle b. Francisci in obitu suo (*d*) (6). — 17. Fr. Iohannes simplex, qui volebat facere ad unguem omnia, que faciebat b. Franciscus: sive suspiraret, sive fleret, sive levaret oculos vel manus ad celum, totum faciebat (7). — 18. Perusii (*e*), fr. Egidius, mire contemplationis et raptus, cuius vita mirabilis fuit (8). — 19. In loco Montisiovis, fr. Sensus, vir alte (*f*) contemplacionis et raptus.

20. In Tuderto, fr. Gulielmus, qui suscitavit tres mortuos et curavit dominum et fr. Iohannem de Murro, cardinalem nostrum (9). — 21. * Item in Assisio, frater ille, qui vidit angelum super frontem b. Francisci tenentem arcum: et iecit sagittas ut occideret III cardinales: frater ille supplex (*g*) clamabat: « Noli, domine, occidere cardinales »: nichilominus iecit angelus, et mortui sunt tres cardinales, videlicet [Fol. IIIr] dominus Petrus Albanensis, dominus Petrus de Braco et dominus Gulielmus dyaconus. Istud factum est in Assisio tempore guere, scilicet M°CC°LII (10), quando dominus Innocencius IIIIus (*h*) fuit ibidem presencialiter * (*i*). — 22. Fr. Rogerius, qui « tam evidenti emicuit sanctitate, ut eum dominus papa Gregorius IX appellaverit vere sanctum et eius memoriam apud Tudertum concessit celebrari » (11). — 23. Fr. Petrus de Gallicetulo (*j*), qui fecit multa miracula post mortem. — 24. Amelie, fr. Simon de Tociano (*k*), qui in vita et in morte multis miraculis claruit.

25. In Sancta Illuminata, fr. Tentalbene (*l*), qui solo (*m*) tactu sanabat infirmos. — 26. * Item, XI alii fratres, qui in vita et in morte multis miraculis claruerunt * (*n*). — 27. In Bitonio, fr. Iohannes de

(*a*) LB *om.* n. 11 et 12. (*b*) G beatum Franciscum. (*c*) LB in solari specie.
(*d*) P sex fratres qui audierunt et viderunt alaudas in obitu B. Francisci.
(*e*) F Erusii. (*f*) G magne. (*g*) F suplex. (*h*) F IIIus.
(*i*) LGPB *om.* n. 21. (*j*) B Galiculo. (*k*) LG Torciano, B Corsciano.
(*l*) L Temptalbene B Temptialbene. (*m*) L suo. (*n*) LGPB *om.* n. 26.

(1) Is. 6, 7.
(2) Cf. *Actus*, 1. Iuxta Cod. Oxon. Canon. Miscell. 525, Frater Philippus quiescit in Caturcho; iuxta B. Pisanum, AF IV, 243, Perusii; iuxta Arturum, *Martyrol. Francisc.*, 125, apud Montem Ferrandum in Arvernia.
(3) Notetur in F fratres 12, excluso S. Francisco, numerari sepultos in Assisio, in L 10 tantum, in G 17, in B 11. (4) S. Bonav. *Leg. mai.*, XIV, 6. B. de Bessa, *De laudibus*, I, AF III, 668. (5) Bessa, l. c.
(6) Cf. *Spec. Perf.*, 113. (7) Cf. II Cel. II, c. CXLIII, 190; *Spec. Perf.*, 57.
(8) Cf. AFH I, 267-277. (9) Ioannes de Murro, prius Glis Minister (1296-1302), cardinalis fuit (1302-1313). AFH II, 472, 627.
(10) Innocentius IV fuit Assisii anno 1253, non 1252. De dicto Fratre mirando nihil alibi reperimus. (11) Bessa, l. c.

Laudibus, socius s. Francisci, fortissimus corpore (1) et ideo de facili b. Franciscum infirmum suis brachiis hinc inde portabat; qui, eo vivente, « tangere meruit vulnus laterale » (2).

In provincia Romana (3).

28. Rome, fr. Iuniperus, vir mire paciencie et despectus, et ex hoc a b. Francisco singulari affectione dilectus (4). — 29. Fr. Electus, qui X annis (*a*) fuerat sepultus et in corpore incorruptus, cumque alius frater illic sepeliendus ferretur, frater ibidem sepultus cunctis videntibus surrexit et in tumulo erectus stetit, quousque alius frater sepulture traderetur, et tunc in suo tumulo se reposuit. — 30. Anagnie, frater Andreas, nepos domini Alexandri, qui pronunciatus cardinalis (*b*), renuit cardinalatum et propter multa miracula, que in vita faciebat, dixit papa Bonifacius, quod ipsum canonizaret (*c*), si suo tempore moreretur. — 31. In civitate [Fol. IIIv] Ortense, fr. Theobaldus de Assisio, qui coram multis flumen Tiberis, quod vix cum navi transiri poterat, ita faciliter transivit, quod vix ad altitudinem dimidii pedis ascendere (*d*) videbatur.

32. Piperni, fr. Leonardus, qui cecum illuminavit (*e*) et claudum restituit sanitati. — 33. In Tuscanella, fr. Wilhelmus de Cordella, qui unum cecum et alterum contractum mirabiliter, singno crucis edito (*f*), adhuc vivens curavit. — 34. In Preceno (*g*), fr. Thobias, qui habuit spiritum prophecie. — 35. In Septoṅe (*h*), fr. Guido, qui miraculis coruscavit et habuit spiritum prophecie et (*i*) visus est a fratribus elevatus altissime super terram.

36. Viterbii, fr. Soldanerius, « quasi sol dans nitorem, moribus et doctrina illuxit (5) ». — 37. In Monte Compatrum (*j*), frater Angelus de Monte Leone, pauperrimus et despectus lector, in cuius morte multitudo fratrum advenit miraculose cum uno fratre sollempniter parato, sicut retulit qui vidit (*k*) clara luce. — 38. Fr. Raynaldus de partibus Reatinis, vir mire perfeccionis et vite, qui dum (*l*) per triennium fuisset in sepulcro, corpus eius integrum est repertum (*m*), et cum fratres cum eo fratrem alium sanctissimum vellent sepelire, primo dictum fr. Raynaldum movere minime potuerunt, tandem ipsemet, vidente populo, stans per spacium unius *Pater noster* dedit locum fratri sepeliendo. Qui frater Raynaldus, dum (*n*) esset in agonia mortis, emittebat sudorem ad similitudinem pulcerrimorum florum (6).

In provincia Tuscie (7).

39. In Florencia, fr. Humilis de Perusio multa miracula fecit et intravit [Fol. IVr] ordinem ex amonicione divina (*o*), cum esset famosissime sanctitatis (*p*). Qui, cum Christum sibi apparentem et in-

(*a*) P annis septem. (*b*) LPB *om.* pronunciatus cardinalis. (*c*) L volebat eum canonizare. (*d*) L *om.* ascendere. (*e*) L lumini. (*f*) LG *om.* edito. (*g*) LGB Proceno. (*h*) P Sceptone. (*i*) G signis clarus et spiritu prophetiae, qui. (*j*) L Compatri. (*k*) L praesentialiter vidit omnia. (*l*) L hic, cum. (*m*) L *om.* est repertum. (*n*) L cum. (*o*) L Christi. P monente Christo. (*p*) L existente eo in magna fama, B maximae famae.

(1) AF III, 225; *Spec. Perf.*, 85. (2) Bessa, l. c.
(3) L 12 sq.; G 261-266; P n. 157-159, 161, 166, 170; B 245-252.
(4) AF III, 54-64 (5) Bessa, l. c. (6) AF III 264. Cf. supra n. 29. (7) L 14 sq.; G 285 sq.; P n. 221, 232, 233, 239; B 252-262.

gressum ordinis precipientem interrogaret, quam vitam in ordine deberet tenere, respondit ei Christus: « Teneas vitam communem, et fugias fratres, et non iudices alios de factis (a) ipsorum ». — 40. Fr. Accursus (b), laycus, vir sanctus et infirmarius conventus, multa miracula fecit et inter alia, Virgine Maria sibi apparente consolabiliter in capella infirmorum Florencie, ad clamorem et peticionem cuiusdam infirmi, quem habebat in cura, dimisit Virginem Mariam colloquentem sibi et ivit ad infirmum: quod gratum habens Virgo iterum consolata est eum.

41. In Arecio, fr. Benedictus, socius b. Francisci. Hic ductus fuit in vita sua ab angelo in (c) paradisum, quem vidit, non tamen introivit, et fuit locutus cum Enoch et Helia (1). — 42. In sacro Monte Alverne (d), vir perfectissimus fr. Iohannes de Alverna, * qui adhuc puerulus portabat ad carnem nudam circulum ferreum et loricam pensantem XXV libris * (e) (2). — 43. Fr. Gulielmus, laycus, de Radicofano, super cuius caput visus est ignis magnus, dum staret ad oracionem. — 44. In Monte Alcino (f), fr. Philippus, laycus. Inter alia miracula, que fecit, pluvia inundante tempore sue translacionis, nec una gutta aque tetigit sui corporis portitores (g). — 45. Fr. Rolandus (h) de Florencia, dum oraret, de corona sibi parata fuit certificatus.

In provincia Bononie (3).

46. Bononie fr. Nicolaus, qui « vivens inter alia efferendo (i) mortuum in lecto [Fol. IV v] mortuum ipsum suscitavit (j), et novos oculos cuidam, cui eruti fuerant, reddidit » (k) (4).

In provincia Padue (5).

47. In Padua, gloriosus Christi confessor b. Antonius, predicator egregius, qui nondum cessat magnis miraculis coruscare. — 48. Fr. Lucas, socius suus.

In provincia Marcie (6).

49. In Camerino, fr. Iohannes de Parma, magister in theologia, olim generalis minister, vir sanctus et miraculis multum clarus (7). — 50. Syroli, fr. Petrus de Monticulo, * magnus amicus fr. Conradi de Offida, qui semel beatam Virginem ferentem filium in brachiis videre meruit, que filium suum tradidit dicto fratri Conrado, ut probaret quam consolacionem habuit Symeon quando ipsum in ulnas suas accepit, prout idem frater Conradus orabat * (8).

(a) P *om.* de factis ipsorum, B de defectibus. (b) LGP Accursius.
(c) L ad. (d) L in Alverna. (e) GB loricam XXX librarum.
(f) B Ilcino. (g) GP portatores. (h) LGB Rolandinus, P Orlandinus.
(i) LGP efferendum. (j) LGPB dicitur suscitasse. (k) LGB reddidisse.

(1) Cf. H. Golubovich, *Bibliot. Bio-bibl.*, I, 143-147.
(2) AF III, 439-447; B. Pisanus, AF IV, 254-260. (3) L 16; G 225; P n. 211; B 262-264. (4) Bessa, l. c., Cf. Salimbene, MG SS. XXXII, 556-559.
(5) L 17; G 504; P n. 248, 251; B 264-275.
(6) L 18 sq.; G 408-412; P n. 266, 272, 273, 276, 278; B 275-288.
(7) Cf. de eo Salimbene passim in sua *Chronica* l. c.
(8) AF III, 422-430; *Actus*, 53.

51. * Fr. Bentevogla de Sancto Severino, qui, dum oraret in silva, fuit visus per magnum spacium elevatus a terra * (*a*) (1). — 52. Fr. Paulus de Marcia, * qui multos obsessos a demonibus liberavit * (2). — 53. * Fr. Peregrinus de Fallarone, quem b. Franciscus ad ordinem recepit * (3). — 54. * Fr. Richerius de Marcia, de quo dixit b. Franciscus, quod inter omnes fratres ipsum plus diligebat * (4).

In provincia Pennensi (5).

55. Apud Atriam fr. Andreas, qui de corona vite, dum viveret, a Christo fuit certificatus (*b*). — 56. In Abrucio fr. Franciscus. Iste dicens missam et reperiens araneam in calice cum sanguine (*c*) Christi, totum sanguinem cum aranea bibit (*d*); post missam vero frater ipse scalpens et fricans brachium (*e*) de loco ubi scalpebat vidit oculis propriis araneam vivam [Fol. Vr] absque lesione (*f*) exire. — 57. Buclani fr. Benedictus ydropicus. Iste propter unum peccatum invidie tractus ad iudicium cum multis (*g*) aliis dampnabatur, set precibus beatorum Francisci et Anthonii liberatus, restitutus est ad vitam corporalem (*h*) et ex tunc mutatus in virum alterum (*i*) habuit scientiam infusam et fuit sanctissime vite (*j*).

In provincia Terre Laboris (6).

58. In Capua (*k*) fr. Augustinus de Assisio, minister Terre Laboris, qui tante sanctitatis fuit, quod infirmus existens vidit animam beati Francisci ad celos ascendere, et ipse clamando: « Exspecta me, pater, exspecta me », sequutus est eum.

In provincia sancti Angeli (7).

59. Fogie fr. Iacobus de Assisio. Multos a diversis et periculosis infirmitatibus curavit miraculose. — 60. In Corneto fr. Benvenutus, laycus, de Eugubio, multa fecit miracula et est in illo episcopatu canonizatus (8).

In provincia Sicilie (9).

61. In Syracusa fr. Iohannes. Iste portavit (*l*) ignitum (*m*) lapidem vel laterem (*n*) in manibus (*o*) ardentissimum de coquina usque ad infirmariam uni infirmo et multa (*p*) miracula fecit. — 62. In Panormo fr. Geraldus, laycus. Habuit (*q*) spiritum prophecie, * et (*r*)

(*a*) L *om.* n. 51, 53, 54. (*b*) LP meruit certificari. (*c*) LB araneam in sanguine. (*d*) LP sumpsit. (*e*) LP fricans in crure, G dum se scalperet, B fricans crus. (*f*) L absque propria laesione, P absque ulla laesione, B sine laesione aliqua. (*g*) L *om.* multis. (*h*) LB corporis.
(*i*) LGP *add.* relicta [P dimissa] physica. (*j*) L sanctissimus homo fuit.
(*k*) GP Capuae, LB in Neapoli. (*l*) P *add.* coram fratribus.
(*m*) G quemdam ignitum. (*n*) LG *om.* lapidem vel, PB *om.* vel laterem.
(*o*) LPB manibus et. (*p*) G multa alia, P alia multa.
(*q*) P habuisse dicitur, L adhuc vivens habet. (*r*) P fecit plura miracula.

(1) *Chr. XXIV Gen.*, 409. (2) *Catal.* 19. (3) *Actus*, 36.
(4) Cf. I Cel., I, XVIII, 50.
(5) L 20; G 267; P n. 185, 187, 188, 190; B 289, 290.
(6) L 21; G 226, 497; P n. 176-178, 183; B 290-292.
(7) L 21; G 498; P n. 196-198; B 295. (8) Cf. *Dialogus SS. Fratrum*, Romae 1902, 26-51. (9) L 22; G 497; P n. 291, 292, 294-296; B 297-301

tot coruscat miraculis, quod non solum Siciliam, set Tusciam et Ianuam et quasi totam Ytaliam sua fama perlustrat * (1). — 63. Fr. Electus, filius domini Andree. Clarus fuit miraculis. Cui (*a*) Christus apparens (*b*) in specie columbe ante mortem (*c*), ut secum comederet, invitavit (*d*).

In provincia Calabrie (2).

64. Fr. Petrus, minister ibidem, sanctitate vite preclarus (*e*) et multipliciter exemplo et doctrina (*f*) famosus.

In provincia Apulie (3).

65. Fr. Landus de Tarento, minister ibidem [Fol. V v], vir magne sanctitatis. — 66. Orie fr. Franciscus du Duracio, qui VII annis non comedit panem.

In provincia Sclavonie (4).

67. In Pola fr. Otto. Multos cecos illuminavit et alios infirmos (*g*) post mortem a diversis infirmitatibus liberavit (*h*).

In provincia Mediolanensi (5).

68. In Mediolano fr. Leo, archiepiscopus Mediolanensis, vir eximie (*i*) sanctitatis.

In provincia Terre Sancte (6).

69. Fr. Iacobus, custos (*j*), et fr. Ieremias, socius suus (*k*) cum aliis VII fratribus, qui (*l*) fuerunt pro fide Christi (*m*), iubente Melchasa soldano Egipti, glorioso martirio coronati. — 70. Fr. Conradus de Allis, decollatus a Sarracenis pro fide Christi, cuius (*n*) corpus fuit in mare proiectum et per triduum apparuerunt duo luminaria super locum illum, ubi proiectum est, cernentibus multis.

Ultra montes: in provincia Provincie (7).

71. Marsilie illustrissimus (*o*) Christi confessor b. Ludovicus, filius regis Sicilie, episcopus Tholosanus, * qui (*p*) quantis virtutum miraculis coruscat constat universo orbi * (8). — 72. * Fr. Hugo de Dingna (9), vir perfectissimus et clarus miraculis et spiritu prophecie *. — 73. Narbone fr. Electus, laycus, qui una die (*q*) VII fratres a diversis

(*a*) G quem. (*b*) LB apparuit in cella [B *add.* sua]. (*c*) LG *om.* ante mortem. (*d*) L invitans eum q. i. ad comedendum secum. (*e*) L vir sanctitate preclarus. (*f*) G vita et exemplo. (*g*) G *om.* infirmos.
(*h*) LP mirabiliter curavit. (*i*) L strenue. (*j*) L *add.* martyr.
(*k*) LGB eius. (*l*) LB et alii VII fratres martyres. (*m*) L propter religionem fidei decollati sunt, G propter confessionem verae fidei fuerunt gladio interempti, B propter fidem sunt decapitati.
(*n*) LB de quo dicitur quod. (*o*) L *add.* ac sanctissimus.
(*p*) L qui plures mortuos suscitavit. (*q*) P *om.* una die.

(1) AF III, 489-497; B. Pisanus, AF IV, 297-301. (2) L 24; G 498; P n. 199, 201; B 296. (3) L 23; G 498; P n. 206; B 293 sq.
(4) L 23; G 530; P n. 288; B 302 sq. (5) L 24; G 226; P 244, 245; B 302.
(6) L 25 sq.; G 416; P n. 320; B. 304 sq. (7) L 32; G 404 sq.; P n. 100, 103, 105-107; B 309-320. (8) Cf. AFH I, 278-290.
(9) De eo passim loquitur *Chronica* Fr. Salimbene, MG SS. XXXII.

infirmitatibus (a) curavit. — 74. In (b) civitate Arelatensi fr. Monaldus, qui ibidem (c) vidit b. Franciscum in aere (d), s. Antonio de crucis titulo predicante (e), * sibi et populo benedicentem * (1).

In provincia Aquitanie (2).

75. Tholose fr. Stephanus, qui primo fuerat abbas in ordine sancti Benedicti [Fol. VIr]. Qui, existens inquisitor Tholosanus, pro fide cum socio suo fr. Remondo, fuit * in Avenioneto Tholosane dyocesis, ab hereticis interfectus * (3) — 76. * Fr. Michael, laycus, ieiuniis, vigiliis et flagellis affligens corpus suuum assiduis oracionibus vacans, in vita et in morte multis miraculis coruscavit * (4). — 77. In conventu Figiaci fr. Ademarus de Filzinio. Plures mortuos suscitavit, cecos illuminavit et vexatos a demonibus (f) liberavit (5). — 78. * In Mirapice fr. Damianus, qui fuit unus de primis fratribus, qui de Ytalia ad istam provinciam venerunt, et fuit paupertatis et humilitatis magnus zelator * (g).

In provincia Burgundie (6).

79. In Lugduno preclarissimus pater fr. Bonaventura de Balneo Regio, vir magne sciencie et sanctitatis. Qui semel, estimans (h) se indignum communione corporis Christi, per multos dies a celebracione (i) abstinuit; set eius humilitatem Deus respiciens, cum una die missam devote audiret, ad sui confortacionem una de particulis hostie consecrate et iam per sacerdotem (j) divise solo iussu divino (k) intravit os dicti fratris Bonaventure (7). — 80. In Vienna fr. Michael, qui mutavit aquam in vinum et multa alia (l) miracula fecit (8). — 81. Fr. Drodo, cui angelus servivit in missa et omnia necessaria preparavit pro missa in quadam ecclesia deserta et derelicta, et alius angelus sibi ad ambulandum equos (m) preparavit. — 82. Fr. Gulielmus, qui multum claruit spiritu prophecie; qui statim futura predicebat.

83. Anoniaci fr. Gulielmus, ad cuius preces navis, que (n) longe [Fol. VI v.] recesserat, ad portum rediit, ut optabat (o). — 84. Valencie fr. Petrus, martir et fr. Cathalanus, qui existentes inquisitores ab hereticis martirizati fuerunt pro fide catholica; qui eciam post mortem ipsorum eadem hora apparuerunt cuidam sanctimoniali infirme (p) pre-

(a) LB languoribus. (b) F *om.* in, L Arelate, GB in Arelate. (c) LB *om.* ibidem. (d) L in aera. (e) L infra praedicationem B. Antonii praedicantis de titulo crucis. (f) L daemoniis. (g) L *om.* n. 76, 78. (h) LB videns. G reputans. (i) L *add.* missae, B missarum, G cum minime celebrasset

(j) LB *om.* per sacerdotem. (k) LB *om.* solo iussu divino. (l) LGB *om.* alia.

(m) G *add.* veloces. (n) LB quia. (o) L sicut desideraverat.

(p) LPB *add.* primo totaliter sanguinolenti, postea totaliter gloriosi.

(1) I Cel. I, c. XVIII, 48; *De mirac.*, II, 3; S. Bonav., *Leg. mai.*, IV, 10.

(2) L 30; P n. 18, 23; B 308. (3) *Acta SS.* ad diem VII maii; Wadding, ad a. 1242, n. 3; AF III, 248 sq. (4) AF III, 524-527.

(5) AF III, 464-467. Die 24 mart. 1291, « apud Figiacum in viridario Fr. Min. » adsunt ut testes ad contractum matrimonialem Gaufridi de Ponte cum Izabella, Henrici comitis Ruthenensis filia, « fratres Hugo de La Cerra, Adhemarius de Felzinh, R. de Molis, B. Goloci, de ordine Minorum ». Cf. *Arch. hist. de la Saintonge et de l'Aunis,* XXI, 56.

(6) L. 27 sq.; G 241 sq.; P n. 94, 96-98; B 305-307.

(7) Cf. S. Bonav. *Op. omnia*, t. X; AF III, 334.

(8) Pro isto Fratre tribusque sequentibus, Cf. Fodéré, *Narration historique* Lyon 1619, p. 341-357, et pro fratre Drodone speciatim Salimbene, MG SS XXXII, 322, 552 sq.

monentes eam, quod in crastino iret obviam corporibus eorum pro sanitate recuperanda: quod cum fecisset, statim fuit sanata et liberata: * M°CCCXXI° (*a*), feria 5ª post dominicam *Reminiscere* * (1).

In provincia Turonie (2).

85. In Pittavia fr. Galterus, quondam episcopus Pittaviensis. Multa miracula fecit, illuminando cecos, et specialem graciam habuit curandi de quartana. * Hic, cum quamdam cedulam appellacionis in sua morte in manu tenuit et post per dominum papam Clementem quintum, eo exhumato, fuisset sibi preceptum, promittendo quod redderet, ut ostenderet cedulam quam manu tenebat, apperuit manum et papa, lecta cedula et in manu reposita, ille manum clausit et sic fuit ad sepulcrum repositus * (3). — 86. Fr. Symon, minister Turonie. In ore (*b*) istius visus est Spiritus sanctus in specie columbe. — 87. Redonis fr. Radulphus, sacerdos, cui angeli servierunt in missa. — 88. Cenomannis fr. Electus. Cui in extrema unccione, quando sancti nominabantur in letania, omnes iidem sancti visibiliter apparebant ei; quibus ipse verbis (*c*), risu et leticia reverenciam exhibebat, et tamen de tribus diebus (*d*) non fuerat locutus.

In provincia Francie (4).

89. Parisius fr. Iulianus Theutonicus, vir mire sanctitatis, qui fecit (*e*) historias sanctorum Francisci et Anthonii in littera et cantu (*f*), que in ecclesia Dei (*g*) cantantur (*h*), * et fuit corrector [Fol. VII r] mense Parisius multis annis * (*i*) (5). — 90. Fr. Venancius, laycus, cum quo multe anime in suo obitu (*j*) ad celum evolarunt de purgatorio (*k*), sicut fuit revelatum in Colonia quibusdam personis sanctis (6) et fide dignis (*m*). — 91. * Item in eadem provincia fuit fr. Pacificus, qui vidit b. Franciscum duobus transversis ensibus quasi transfixum. Qui fuit socius b. Francisci et primus minister Francie, missus per beatum Franciscum * (7).

In provincia Ungarie (8).

92. In Villa franca fr. Iohannes, minister Ungarie, qui multis miraculis coruscat. Cum eciam corpus suum de uno loco ad alium per aquam cum navi transferri deberet, sine aliquo navigio et adiutorio ad illum locum translatum (*n*) est per seipsum (9). — 93. In Strigonio

(*a*) F M°CCC XII°. (*b*) LPB ad cuius os, G in cuius ore. (*c*) LGPB *om.* verbis. (*d*) L tribus diebus steterat quod, P licet prius tribus diebus amisisset loquelam. (*e*) G *add.* pro maiori parte. (*f*) LPB *om.* in littera et cantu. (*g*) LG *om.* Dei. (*h*) PB *om.* que-cantantur. (*i*) G *om.* mense, LP *om.* et fuit-annis. (*j*) L abitu. (*k*) L *om.* ad coelum, P ad paradisum. (*l*) P *om.* de purgatorio. (*m*) L sicut in Colonia extitit revelatum, P sicut cuidam fratri fuit Colonie revelatum. (*n*) subito translatum.

(1) Eubel, *Bull. Francisc.*, V, 453, 454, 485; AF III, 479 sq.
(2) L 29; G 455; P n. 11, 16; B 307. (3) *Acta SS.* ad diem 22 ianuarii; AF III, 371 sq., 455 sq. (4) L 31; G 381; P n. 8; B 308 sq.
(5) Cf. *Anal. Bolland.* XIX, 1900, 321 sq., XXI, 1902, 148-202.
(6) AF III, 377. Ibi revelatio dicitur facta mulieri « ad XVIII leucas de Parisius » existenti. (7) II Cel. II, c. LXXII, 106; S. Bonav., *Leg. mai.*, IV, 9. L *om.* n. 91. (8) L 33; G 530; P n. 89, 91; B 321 sq.
(9) Cf. *Spec. Vitae*, Metis 1509, fol. 204 v.

fr. Gregorius (a), lector devotissimus (1), cuius sepulture pulvis sumptus (b) sanat infirmos.

In provincia Colonie (2).

94. In Nussia fr. Electus, qui solo (c) tactu manuum sanabat infirmos. — 95. In Brabancia fr. Petrus, qui celebrans missam comedit corpus Domini in specie pueri (d), sicut quidam puer infantulus (e), qui vidit, revelavit; quapropter idem puer eumdem fratrem timuit * et eum postea «Comestorem» nominavit * (3). — 96. In *Kylone* fr. Adolphus, quondam comes Alphacie (f), cui ante mortem apparuit beata Virgo cum immenso lumine et cum multis sanctis, dicens: «Fili, quare invite moreris? quid trepidas? veni securus (g), quia filius meus te multum (h) bene remunerabit (4)». — 97. Fr. Electus, cui Virgo Maria cum beata Agnete et beata Catherina apparuit (i) et ei mortem predixit. — 98. Item alius frater Electus, cuius animam (j) [Fol. VII v] vidit alius frater in palefredo fulgido (k) a duobus angelis in celum deduci.

In provincia Alemanie superioris (5).

99. In Ratispona fr. Bertoldus, egregius predicator, * super cuius caput, dum in Thuringia verbum Dei predicaret, a fide dingnis religiosis utriusque sexus plures corone fulgide vise sunt anno Domini M°CC°LV. Ipse eciam existens in seculo doctor fuit universitatis Parisiensis. Item magnam partem Ungarorum ad fidem convertit, in cuius signum Ungari in magno numero omni anno sepulcrum suum in Ratispona visitant. Item sancta Elizabet, filia regis Ungarie, ut idem Bertoldus ordinem fratrum Minorum intraret, induxit * (6). — 100. In Augusta fr. David. * Istius obitus fr. Bertoldo in Ratispona predicanti revelatus est, dum tamen obiret in Augusta, que per tres

---

(a) LGPB Gallus. (b) LPB *om.* sumptus. (c) LB *om.* solo. (d) L *add.* parvuli. (e) LD *add.* vix sciens loqui. (f) GLB Holsatiae. (g) LB securus morere. (h) LGB *om.* multum. (i) L *add.* in morte. (j) LB *add.* nimio decore fulgentem. (k) G fulgenti.

---

(1) L. c. fol. 205r. (2) L 34 sq.; G 240; P n. 50, 51, 57; B 325 sq.

(3) Apud Eccleston, AF I, 254, Little, 121, de seipso narrat hoc idem Frater Petrus de Theukesbury, qui prius erat minister prov. Coloniae. Ni fallimur, Catalogus hic videtur alludere ad nomen celebris Petri Comestoris, *Historiae Scholasticae* (Migne, P. L. 198) auctoris. Tractatus *De celebratione missae*, forsan Fr. Geraldi de Piscario, O. F. M., simile quid continet in Cod. 401 (XIV saec.), fol. 131 b 2, bibliothecae Burdigalensis, ubi legitur: «De quodam ospite fratrum nostrorum in provincia Provincie contingit, quod, dum fratres ad eius ospicium declinascent, quidam filius eius parvulus secutus fratres ad ecclesiam vidit de fratre altero celebrante in sumptione corporis Christi, quod super altare puerum pulcherrimum totum integrum comedebat, et dum hoc vidisset subito ad domum fugit et sub lecto et camera se abscondit, et, dum fratres de puero inquirentes [erant], puer inventus sub lecto venire penitus recusavit allegans quod frater, qui comederat puerum super altare, comederet ipsum si veniret. Quod pater pueri audiens, quia in fide huius sacramenti vacillabat, dixit fratribus: Deus misit vos ad me, quia usque nunc dubitaveram de sacramento altaris et ex nunc non dubito».

(4) Cf. Mooyer, *Zur Chronologie der Geschichte Adolfs IV, Grafen von Holstein und Schauenburg*, in *Neues Archiv der Schleswig-Holstein-Lauenb. Gesellschaft*. VI, 1854, 58-88. (5) L 35 sq.; G 238 sq.; P 59, 61, 64, 65; B 326.

(6) Rieder, *Das Leben Bertholds von Regensburg*, Freiburg 1901.

dietas a Ratispona distat; et tunc ipse fr. Bertoldus eadem hora mortis eius recommendavit eum populo, hunc versum sibi applicando: *Qui prius, prudens* * (1). — 101. In Spira fr. Iohannes, qui mortuum suscitavit. — 102. Fr. Colinus, minister Argentine, qui multis miraculis claruit (*a*).

In provincia Saxonie (2).

103. In Erdfordia fr. Benedictus, qui fuit pincerna beate (*b*) Marie. — 104. Fr. Electus, guardianus et fr. Electus, procurator in Lubech, qui cuidam fratri cum immenso lumine apparuerunt (*c*), et alios tres fratres illo anno certo tempore morituros revelaverunt: et sic eciam factum est. — 105. In Pruscia fr. Conradus et fr. Royclus (*d*), qui pro predicacione fidei martirizati sunt. — 106. In Brema fr. Electus (*e*), iuvenis, qui morti appropinquans (*f*) ter gradatim elevando vocem [Fol. VIII r] cantavit: « Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum », et ultima vice altissime cantavit et emisit spiritum.

In provincia Austrie (3).

107. In Civitate Nova fr. Tudarcus (*g*), vir sanctus et multorum (*h*) miraculorum patrator; set quia non erat sepultus cum fratribus (*i*), minister precepit ei post mortem quod non faceret miracula, et ex tunc non (*j*) fecit.

In provincia Bohemie (4).

108. In Vratislavia (*k*) fr. Generardus (*l*), multis clarus (*m*) miraculis in vita et post mortem.

In provincia Hybernie (5).

109. Fr. Nicolaus, qui fratribus suam mortem (*n*) predixit.

In provincia Castelle (*o*) (6).

110. Fr. Venencasa de Tuderto, qui in vita sua multa miracula fecit.

In provincia Aragonie (7).

111. * Fr. Bernhardus, socius s. Francisci * (*p*). — 112. * Fr. Gracia, socius s. Francisci *. — 113. * Fr. Poncius Carnelli (*q*), magister s. Ludowici et instructor eius, et posuit ipsum in ordine:

(*a*) LB multa miracula [B *add.* iam] fecit. (*b*) L *add.* Virginis. (*c*) LB *add.* post mortem. (*d*) L Woysclaus, G Voiszlaus, P Voislaus, B Voyslaus. (*e*) P *om.* Electus. (*f*) LBP morte appropinquante. (*g*) L Cutardus, G Curardus, P Conradus. (*h*) LP *add.* post mortem. (*i*) LPB apud fratres [LB *add.* nostros]. (*j*) G nullum. (*k*) LB Princillavia, G Primislavia. (*l*) L Geverardus, G Generaldus, B Geraldus. (*m*) L coruscavit, G coruscans. (*n*) LPB diem mortis suae. (*o*) L Hispaniae, B sancti Iacobi. (*p*) L *om.* n. 111-114. (*q*) B Carbonelli.

---

(1) Cf. David ab Augusta, *De exterioris et interioris hominis compositione*, Ad Cl. Aquas 1899, praefatio. (2) L 37 sq.; G 416, 236 sq.; P n. 66, 67, 68, 71, 72, 74, 79; B 327 sq. (3) L 39; G 243; P n. 82; B 329.
(4) L 39; G 243; P n. 73, 80; B 329. (5) L 40; P n. 114, 115; B 332.
(6) L 40; B 321. (7) *Catal.* 42 sq. (append.); B 324.

fecit enim miracula, ipso vivente, et nunc multis mirabilibus coruscat*. — 114. * Item illustrissimus dominus fr. Petrus de Arragonia, infans, filius regis et pater regine Cypri et duorum comitum et unius episcopi, vir maxime sanctitatis et religiosissimus, qui multis annis vixit in ordine et decoravit religionem nostram * (1).

In provincia sancti Iacobi (2).

115. In Colimbria fr. Leo, fr. Hugo, fr. Dompnus et alii duo fratres, qui pro fide Christi fuerunt per regem Marrochiorum martirizati: quorum exemplo b. Anthonius ordinem fratrum Minorum intravit (3).

In vicariis Aquilonari et Orientali (4).

116. Fr. Electus, laycus, qui tempore b. Francisci tenens regulam in manibus et dicens de transgressione culpam suam, fuit a Sarracenis pro fide Christi necatus (5). — 117. Fr. Monaldus, [Fol. VIII v] martir, cuius caput fuit portatum Anchonam (6). — 118. Fr. Thomas de Tolentino, fr. Iacobus, fr. Petrus de Senis, fr. Demetrius, qui pro fide Christi a Tartaris martirizati fuerunt (7). — 119. In Saray fr. Stephanus de Ungaria, qui primo per unam manum et unum pedem suspensus, in alia manu et pede et corpore pondere magno ligato, deinde tractus ad caudam equi per civitatem, bis vivens in igne positus nec combustus, tandem fuit gladio interfectus (8).

120. * Fr. Ioannes Martelli de provincia Provincie, cum aliis duobus fratribus gladiolis parvis decisi gloriosum martirium compleverunt * (9). — 121. In Siria fr. Conradus de Hallis, qui cum a Sarracenis esset decollatus et in mare proiectus, caput fuit compaginatum corpori et, dum corpus sic nataret inter procellas, fuerunt visa per tres dies et noctes duo luminaria ardencia unum ad caput et aliud ad pedes, aspectantibus hoc fidelibus multis et Sarracenis (10).

122. Item, notandum quod in exemplari, de quo predicta scripta extraxi, continebantur quasi quinquaginta fratres de diversis provinciis et locis, qui multis virtutibus et miraculis claruerunt: quorum nomina causa brevitatis presentibus non interserui: quorum tamen nomina scripta sunt in libro vite perpetue, ad quam nos perducat Iesus Christus, qui sine fine vivit et regnat. Amen.

Explicit M°CCCC° 19°, novembris 3ª.

---

(1) Eubel, *Bull. Francisc.*, VI, 968, 1127, 1171, 1175, 1250, 1402; Wadding. ad a. 1366, n. 12; AF III, 556, 560; *Catal.* 14 n. a; AFH II, 441 sqq. (2) L 4[illegible].
(3) *Catal.* 43; AF III, 33. (4) *Catal.*, 40 sq. L 40 sq.; P n. 320; B 32 sq.
(5) *Catal.*, 40, 45; II Cel. p. II, c. CLVIII, 208; *Spec. Perf.* 77.
(7) *Catal.*, 41. (6) *Catal.*, 41; AF III, 597-613.
(8) AF III, 515-524. (9) AF III, 530-532. (10) Cf. supra n. 70; *Catal.*, 26; *Chronica Minor*, MG SS XXIV, 207; ed. Holder-Egger, *Monum. Erphesfurtensia*, Hannoverae 1899, 678.

TABULA ONOMASTICA (1).

(1) Hic sunt Fratrum nomina, qui celebrantur in catalogo. Ea notat asteriscus, quae omittebat catalogus L aut quibus novum quid accedit. Litteris S. B. designantur sancti seu beati, quorum cultum Ecclesia concessit publicum.

Burdigalae, 1 iunii 1910.

P. Ferdinandus Mª Delorme, O. F. M.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

I.

EPILOGUS.

Edito nunc primum Compendio Chronicarum Ordinis Fratrum Minorum, auctore Fr. Mariano Florentino (1), quaedam epilogi instar disserenda de isto opere remanent.

Non quidem simpliciter Compendium sive Summarium rerum gestarum FF. Minorum dicendum videtur, sed Compendium longe maioris operis eiusdem Fr. Mariani (2), scil. *Fasciculi Chronicarum* qui FF. Minorum Annalistae plurimum inservivit Annalibus suis componendis. « Prae omnibus » confitetur gratus Annalium auctor (3), « opi fuit Mariani Florentini historia MS. quinque libris distincta, stilo plusquam humili, imo frequenter barbaro, sed sincero descripta, quam mihi transmitti, iteratis praeceptis, curavit ex bibliotheca nostra aedis Omnium Sanctorum Florentiae, Rmus P. Bernardinus a Moncalvo, dum Vicarium ageret Generalem Familiae Cismontanae nostri Sodalitii ». MS. illud, Florentia Romam transmissum, fuisse Fr. Mariani autographon alibi Waddingus expresse dicit. Ubi enim de Scriptoribus Ord. Minorum disserit, haec de hoc opere habet (4): « *Fasciculis Chronicarum Ordinis Minorum* libris V opus distinxit (Marianus). Autographum penes me est, magnoque fuit adiumento Annalibus scribendis ». De compendio vero nil adnotat. Franciscus

(1) Editum est AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III, 294-309, 700-15; IV, 122-37; 318-19.

(2) De eo cf. Wadding, *Script. O. M.*, Romae 1650, 249; 1806, 170; 1906, 167. Sbaralea, *Suppl. ad SS.*, ib. 1806, 518. Marco da Lisbona, *Croniche degli ordini instituiti dal S. P. S. Francesco*, ed. Leon. da Napoli, Napoli 1680, parte III, l. IX, c. 23 (p. 601-2). Cf. et Id., *Delle chroniche de' frati Minori*, trad. da Hor. Diola, part. II, Vinezia 1590, libr. VIII et IX (in marginibus). Ant. a Terrinca, *Genealogicum et honorificum Theatrum etrusco-minoriticum*, Florentiae 1682, 208. *Misc. Franc.*, X, 1906, 57-9. Negri G., S. J., *Istoria degli scrittori fiorentini*, Ferrara 1722, 397, pauca, nec exacta de eo habet; quem repetit Fabricius, *Bibliotheca lat.*, V, 1736, 79s.; ed. 1754, V, 27s. Moreni D., *Bibliografia storico-ragionata della Toscana*, I, Firenze 1805, 114-5 (pauca); Sigism. da Venezia, O. M., *Biografia serafica*, Venezia 1816, 329 (nullius valoris). Praesertim vero P. Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi Tractatus de indulg., S. M. de Portiuncula*, Paris 1900, 137-164 et R. P. Robert. Razzòli, *Fra Mariano da Firenze e le sue opere*, ap. *Luce e amore* (LA), I, Firenze 1904, 26-32, 33-4, 72-8, 123-6, 268-74. 313-17.

(3) In epistola auctoris ad Lectorem, *Annales O. M.*, ed. II, Romae 1731, I, p. CXCI.

(4) *Script.*, l. c.

Haroldus, Waddingi egregius discipulus, prodit (1) Fasciculum Chronicarum usque ad ann. 1486 tantum protractum esse: « Historia manuscripta Mariani Florentini reg. Observ. Minoritae, qua hic, etsi inepta latinitate, sincera tamen et continua narratione per annorum seriem deducta, res multas praesertim Cismontanas ab initio Religionis ad annum Christi MCCCCLXXXVI, in ordinem digessit ». Hoc anno *Fasciculum* revera absolvi testatur quoque epistola, 15 mai 1693 Roma data (2) ad P. Antonium Tognocchi a Terrinca O. M. Obs., Provinciae Etruscae Chronologum, et, quod maius est, talis Fasciculi finis erui potest ex Annalibus Waddingi. Hic enim dum pro factis generalibus Ordinis v. gr. Capitulis generalibus seu Ordinis seu Observantium in genere Chronicam F. Mariani in margine ad latus allegat (3), ab anno 1486 (4), immo an. 1485 (5), quo fuit Capitulum Gle Casali, eius nomen tanquam auctoris vel fontis tacet. Abhinc porro eum allegat nonnisi occasione quorundam beatorum Fratrum, v. gr. Sixti Mediolanensis (6), Iuliani Teutonici (7) anno 1486; Francisci Galli (8), et demum Philippae Mediceae (9). « Libri V caput 49 », ad an. 1486 a Waddingo citatum, extremum Fasciculi fuisse, discitur ex epistola quam P. Franciscus Narodi, chronologus Ordinis, circa MS. Fasciculi autographum, ad P. Ant. Tognocchi 26 sept. 1682 Roma misit (10):

« *Fasciculus Chronicorum Ordinis Minorum divisus in 5 libros.* Il prologo generale comincia così: *Assumpsi mihi duas virgas.* Liber I habet Cap. 18, et il primo così comincia: *Resplenduit facies eius*

---

(1) In *Fr. Lucae Waddingi... vita,* praefixa suae *Epitome Annalium Ord. Min.*, I, Romae 1662, 26, cap. XXXVI. Repetita fuit in II edit. *Annal.*, I, p. XXXIX (cap. XXXV).

(2) A P. Ioanne Maria de S. Cruce, a quo P. Tognocchi notitias quaesierat de vita B. Viridianae in *Fasciculo* contento: LA I, 76-7: « L'istoria termina il 1486 ». Ex hoc, aliisque ex rebus apparet Sbaraleam, 518, perperam dixisse aliud MS. seu apographum Fasciculi in Bibliotheca Omnium Sanct. Florentiae servari. De tali apographo nil invenitur. — Marcus Ulyssiponensis in marginibus *Chronicarum* suarum saepissime allegat, etiam post an. 1486 usque ad an. 1523, et inter auctores ex quibus Chronicas suas compegit enumerat: « Fra Mariano da Firenze, che compose le Croniche generali dal principio del l'Ordine, fin' all'anno 1518 », ed. cit. parte III, Neapoli 1680, [p. XI]; cf. ibid. 539 ss. l. VIII, c. 33 sqq. Citationes usque ad an. 1523 primae assertioni manifesto contradicunt. De Compendio autem minime agitur, cum ex Mariano plurimas res haustas indicat, quas Compendium minime comprehendit. Istiusmodi citationes vagae caeterum nequaquam « sextum quemdam librum » Fasciculi exstitisse probare possunt.

(3) Cf. ad singulos annos; locos notatos AFH IV, 122 sqq.; 318 sqq.

(4) V. gr. 1482 n. 57: cf. 1486 n. 1 sqq. (XIV, 330, 404).

(5) N. 1 (XIV, 393 s); cf. 1484 n. 37 sqq. AFH IV, 328.

(6) Ad 1486 n. 1 (XIV, 404): « l. 5, cap. 9 ». Cf. supra, IV, 131.

(7) L. c. n. 3: « Marianus cit. » Supra l. c.

(8) An. 1488 n. 2: « Marian. l. 5, c. 43 ». Supra, 132 n. 10.

(9) N. 4-5: « Marian. l. 2, c. 5 ». Supra, 132 n. 11. De ea ergo alia occasione dixerat Marianus. Nonnisi ex typographi errore in Indice Codicum quibus P. Waddingus Annalibus conscribendis usus est legi ergo videtur: « *Mariani Florentini Chronica ab oriente Religione usque ad annum 1460* » (sic).

(10) Ed. R. P. Rob. Razzòli, LA I, 75-6.

sicut sol. Il II libro ha capi 30, delli quali il primo comincia così dopo il prologo: *Cum sedem b. Petri Apostoli.* Il III libro tiene capitoli 15, et il primo comincia così dopo il prologo: *Postquam sedes B. Petri sine Pastore.* Il IV libro contiene 13 capi, il primo dei quali pur dopo il prologo comincia così: *Cum fratres illi qui ad provinciam Romanam.* Il V libro comprehendi capi 49 et il primo dopo il prologo incomincia con queste parole: «*Scribit fr. Ioannes de Varisio*».

Waddingus saepissime expresse illam Fr. Mariani Chronicam allegat (1) ipso in textu necnon et notis in marginibus lateralibus Analium Ord. FF. Min. appositis, etiam expresse provocans ad singulos libros atque capitula Chronicae. Hinc, collatisque pluribus locis Waddingi cum Compendio, patet iam hoc non esse nisi extractum tenue ac breve ex longe ampliore *Chronicarum* Fasciculo. Quaenam relatio reapse inter Fasciculum et Compendium intercedat, nempe utrum hoc ex illo revera extractum fuerit, an potius opusculum proprium sit, quod summam rerum in Fasciculo comprehensarum exhibeat, nec investigari nec decidi poterit, deficiente adhuc ipso Fasciculo. Quaestio autem ista merito proponenda videtur, siquidem res ab an. 1486 usque an. 1521 (vel potius 1523) gestas Compendium solum enarrat. Saltem ergo haec ultima Compendii pars certe post Chronicam scripta censenda est, si non totum istud opusculum.

Haec pars Compendii extrema (1486-1523) auctoris tempora tangens speciali ergo valore praestat. At nec iste absolutus, omnique exceptione maior est, uti notae ad editionis calcem appositae manifestant (2). Ad dicta Mariani de priorum temporum rebus quod spectat, — inde ab an. 1480 vel 1470 in antea — licet supponere ipsum pro narratis et loco et tempore vicinioribus, traditionem oralem, memorias atque documenta collegisse et adhibuisse, quanquam ignoratur in specie, quaenam fuerint. Standum erit fidei fontium, si alii detegantur. Porro hoc multo magis obtinet pro temporibus, quae modo dictis praecesserunt.

Fontes antiquiores quibus utebatur Fr. Marianus, quamvis eosdem expresse non alleget, fere usque ad annum 1370 inde ab Ordine fundato, pertingunt. Conquirenda ergo remanent praesertim notitiae vel documenta ab anno 1370 usque in an. 1470, vel circa, decurrentia. Antiquiorum temporum Chronica etc., quae Marianus certe adhibuit, in singulis notis attulimus. Maximam autem partem certo indicari nequit, ex quonam auctore directe hauserit Marianus, quia paucioribus verbis notitias suas perstrinxit, quae saepissime dicta quaedam atque expressiones generaliores repetere solent, sive

(1) Incipiens ab Apparatu ad *Annales*, § III n. 3 (I², 17) usque ad annos superius dictos.

(2) Locum, ubi plura capitula habita fuissent ignorat; an. 1481, 1485 (supra 130-1); an. 1511, 1512, 1514 (supra 140-1). Nomina Vicariorum Glium Ultram. erronee indicavit an. 1511 (140), 1514 (141). Etiam circa Cardinales Ord. Min. sui aevi errat 1502 (137), 1471 (127) etc. Plures etiam Beatos etc. tunc emortuos aliis annis adsignat; supra 129 n. 12; 132 n. 1. — Ex quo recte argui potest Marianum non singulis annis res notasse, sed an. 1520-21-23.

encomia brevia enuntiantes, sive virtutes enumerantes, sive miraculis Beatos claruisse adserentes.

Pro aevo suo (1520-21) uti igitur potuit etiam operibus iam typis vulgatis. Sed nec ista ob rationes allatas certo indigitari queunt. Censemus Fr. Marianum *Memoriale Ordinis Minorum* adhibuisse quod pluries apud *Monumenta Ord. Min.* (1), *Speculum Minorum* (2) et *Firmamentum trium Ord.* (3) prodierat, necnon et forsan tractatum « *De illustrioribus viris et feminis trium Ordinum* » S. Francisci, qui an. 1512 typis excusus fuerat (4). Quod tamen firmiter adserere nolumus.

Ad annum 1449 F. Marianus apertis verbis citat. S. Iacobi de Marchia Sermonem *De excellentia Ordinis S. Francisci*, qui ut editio hoc in *Archivo* primum curata (5), manifestat, parvi valoris est (6), ac paucissima de aevi sui viris refert. Marianus allegat quoque tractatum quemdam ineditum Fr. Cherubini de Spoleto, ex quo nonnisi nomina aliqua principum Tertii Ordinis S. Francisci sumpsit (7). Expresse allegat *Chronicam* Didaci de Valera, qui tamen O. Min. non fuit (8).

Inter fontes antiquiores, quibus usus est Fr. Marianus, adnumerandi absque dubio sunt *Liber Conformitatum* Fr. Bartolomaei de Rinonico Pisani, (scriptus 1385-1390) (9) praesertim Conformitates VIII et XI libri I (10), *Chronica XXIV Generalium* (11) (script. c. 1375), *Provinciale Ord. FF. Minorum* (12) Fr. Paulini Veneti (scr. c. 1335-40); saltem, uti videtur, *Catalogus XIV Generalium* (13) (scr. c. 1305); *Catalogus SS. Fratrum* (14), (scr. c. 1335) Legendae S. P. Francisci: *Leg. Maior* auctore S. Bonaventurae (15) et *Leg. Trium Sociorum* (16). Alia quae rarius adhibuit scripta, ad paginarum calcem adnotata invenis, quin secure ibi dicere vellemus hoc vel illud revera fuisse evolutum a Mariano *Compendium* concinnante. Plura etenim aliquando a se lecta memoriae suae commendaverat, modoque suo ea, prout occurrebant, est elocutus. In genere modo liberiore, et qui sibi aptior videbatur, notitias suas breves proponebat.

(1) *Mon. Ord. Min.*, Salmanticae 1509; tract. II f. 225v-257r.

(2) *Spec. Min.*, Rothomagi, Mart. Morin. 1509, tract. I, f. 60r-82v.

(3) Parisiis 1512, part. I, f. XXVIIr-XLv; Venetiis 1513, p. I. f. 31r-46v.

(4) Ap. *Firm.* 1512, p. I. f. XLIr.-XLIIII. (5) A R. P. Nic. Dal Gal. IV, 304-13. Supra, 126. (6) L. c. 304. (7) P. 126.

(8) AFH II 311; cf. ib. n. 5. Primum typis prodierat Sibiliae an. 1482. — AFH III, 712, directe quosdam increpat «qui mendaciter scribunt» S. Bernardinum non vixisse «sub Vicariis Familiae». Qui vero sic scripserint, non dicit.

(9) Editus v. gr. ap. AF IV, 1906, 1-632. Ibi et de aliis editionibus p. XXXII sqq. Quae cum iam an. 1510 et 1513 Mediolani prodiissent, Fr. Mariano praesto facile erant.

(10) AF IV, 175-364 et 493-564. (11) AF III, 1-616.

(12) Ed. P. C. Eubel, Ad Cl. Aq. 1892, et denuo ap. BF V, Romae 1898, 580-604. (13) AF III, 693-707 MGH SS. XXXII, 653-74: Typis editus fuerat ap. *Spec. Vitae*, 1504 et 1509, f. 207r-215r.

(14) Ed. R. P. Leon. Lemmens, Romae 1903. Prodierat typis (alia eius forma) ap. *Spec. Vitae*, Venet. 1504 et Metis 1509, f. 198v-206v. Cf. supra, 544-56.

(15) *Opera*, VIII, 1898, 504 sqq. et seorsim. Adde probabilius Fr. Bernardi de Bessa, *Liber de laudibus b. Fr.*, AF III, 660-92.

(16) Cf. AFH I, 100 n. 2-3. Est autem ex *Leg. 3 soc.* traditionali.

Notarum nostrarum series variaque lectori vel parumper attento ostendit Fr. Marianum, licet caeterum diligens rerum anteactarum indigator et insignis exstiterit, pluribus in locis certo errasse (1) vel saltem minus recte sensisse, quoad personas, quas falso Ordinis S. P. Francisci censuerat, quoad annos quibus narrata a se tribuit, quoad facta ipsa ab eo exposita vel breviter enumerata. Apparet etiam Waddingum pluries Mariano contradixisse (2), et Fratres plures ali aevo adsignavisse, quin videamus, utrum hoc fecerit ob res a Mariano auctore, in *Fascicul. Chronicarum* fusius relatas, an aliis rationibus motus, uti interdum certe accidit.

In notis istis in decursu Compendii Chronicarum appositis id intendebamus (3), ut quam brevissime fontes necnon auctores de beatis vel illustribus viris a Fr. Mariano commemoratis indicaremus, ita ut in operibus ibi enumeratis quilibet, cuius intererit, plura invenire possit. Brevitati maxime studentes opera saepius adhibita siglis designavimus, quas lector in foliis unicuique fasciculo insertis inveniebat enucleatas, modo autem collectas habet p. 585 s.

Id quod Waddingus, Haroldusque de stylo latino humillimo, vitioso, imo et saepius barbaro Fr. Mariani dixerunt (4), quilibet Compendium perlegens, quamvis lugens confirmabit. Phrases dictionesque illas vitiosas plerumque non correximus, ubi vero hoc necessarium omnino duximus in notis variantium lectionum dicendi modos Fr. Mariani retulimus.

De *vita Fr. Mariani* pauca sunt quae constant (5). Ex testimoniis Chronicarum Tusciae Provinciae discimus eum certo obiisse 20 iulii 1523, dum pestilentibus Florentiae inserviebat (6). Tunc erat conventus S. Salvatoris prope Florentiam. Videtur fuisse ex familia de Ughis (7),

(1) Cf. supra I, 100 nota 5, 6; II, 95 n. 8, 14; 96 n. 2, 6; 99 n. 4; 100 n. 7; 102 n. 2, 7; 104 n. 10; 307 n. 7; etc. etc.; 462 n. 8; 468 n. 15; 472 n. 4; 635 n. 1; 639 n. 2, 12; III, 297 n. 1; 78 n. 2 etc.; 307 n. 4; 700 n. 5; etc. etc. Cf. supra 00 n. 00.

(2) AFH II, 704 n. 2; 705 n. 1; 709 n. 5 etc.

(3) R. Razzòli, LA I, 124; ibi in diss. 123-6: *Il compendio delle Cronache generali*, hanc notam P. Tognocchii vulgans (124), ubi hoc MS. delitesceret ignorabat. Sed p. 126 promittit se vulgaturum esse « *extractum; quod ex hoc Compendio fecit P. Ant. Tognocchi* ». Hoc esse in quodam MS. P. Tognocchii in Conventu OO. Sanct. Florentia, nobis quidem nuper A. R. P. Rob. Razzòli Hierosolymis gr. scripsit, sed frustra illud quaesivimus nos ipsi, necnon et R. P. Henricus Bulleti.

(4) Postquam R. P. Theophilus Domenichelli O. F. M. primam Compendii partem in AFH I, 98-107 vulgaverat, opus prosequi noluit vel non potuit, quam ob rem laborem istum, a fasciculo I anni primi usque ad an. secundum AFH interruptum, Directio ipsa Periodici in se suscipere coacta est.

(5) Cf. 559 n. 2.

(6) Iuxta catalogum pestilentia abreptorum Fratrum 1523-1527, ap. P. Ant. Tognocchi da Terrinca in op. MS. *Più alberi* (MS. Conv. Omnium Sanct.): « Mariano di Firenze, scrittore et homo di gran valore morì di peste nel Ceppo [i. e. hospitali] di Firenze, 20 iulii 1523 ». LA I, 30.

(7) Iuxta Dion. Pulinari, O. M. Obs., *Chroniche della Provincia di Toscana* (MS. conserv. ibidem) p. I, pag. 1; cf. p. II, 137. LA I, 29.

natusque esse Florentiae circa annum 1450 (1); unus ex quatuor Fratribus fuit (2), qui an. 1504 habitum S. Francisci in quo stigmata recepisset, Monte Acuto Florentiam detulerunt.

Haec vero de Fr. Mariano chronographo (3) Fr. Dionysius Pulinari alio in opere habet (4): « Fidelis et solertissimus rerum nostrarum indagator et relator, qui res humanas deseruit anno 1523. Plures hic adinvenit nostrates sanctitate celebres, pluresque novit et litteris commisit, at eius opera cum sint Romae videre non licuit ». — Collatis inter se fol. 262r Codicis 316 *Bibliothecae Volaterranae* (5), ubi Fr. Marianus sua ipsius manu scripsit notam, cum *Codice Moreniano* 96, ac praesertim ipsius ultimo f. 70 v, liquet Codicem hunc Fr. Mariani autographum *non* esse, ac ab ipso scriptam esse tantummodo rubricam: « *Omnia in hoc volumine conscripta sunt per me fratrem M*[arianum], *editaque patribus meis corrigenda relinquo* ». Textus ipse *Compendii* ab alia manu exemplatus est, cuius exemplum Fr. Marianus authenticum declaravit subscripto nomine, non obstantibus lacunis quibusdam in MS. aperte relictis, aliisque mendis. Hanc *primam* ergo *Compendii recensionem* absolvit Fr. Marianus anno 1521 vel 1522, uti e narratis in eo constat, et ex infra dicendis de alio Compendii *Codice Montis Ughiorum*. — Ex descriptione autem alterius codicis, quem P. Antonius Tognocchi an. 1686 in Bibliotheca Conventus O. F. M. in Monte Lunensi, alias Giacherini, prope Pistorium invenit, liquet illum Codicem hodiernum Morenianum, quo in edendo textu Compendii usi sumus esse. En illa descriptio (6):

« Questo manoscritto (i. e. Compendium) si trova questo giorno 30 gennaio 1686 a Nativitate nella libreria grande del nostro convento di S. Francesco a Giaccherino presso Pistoia nel B XXI nel penultimo infimo grado. E... di fogli 70 numerati ed il foglio porta due facciate, sicche sono facciate 140. Al quale da incerto sono state aggiunte alcune Prediche che per essere materia cosi differente lascio il giudizio ad altri di chi le ne possa aver aggiunte. Che avevan che fare le storie con le prediche? le prediche con le storie? E però facile che siano del Padre Daniele dalle Reti, perche nel frontispizio del primo foglio sta scritto: *Fr. Danielis de Retibus S. Mariae in Balneo,* del quale sono altri MS. nella stessa biblioteca e Banchi ».

(1) P. Tognocchi in op. MS. (ibid.) *Più vite:* « Principiò a scrivere circa il 1480 e durò fino al 1523 nel quale passò all'altra vita ». LA I, 74. Si hoc de an. 1480 dictum constat, recte concluditur eum natum esse c. 1450. LA I, 28.

(2) Pulinari, *Chroniche*, p. I, 39-50 LA 32.

(3) L. c. 29; Pulinari, *Chroniche,* p. I, p. 1: « Questa sarà una cronichetta della Provincia di Toscana di noi frati Minori dell'Osservanza di San Francesco, seguitando in tutto quello si potrà un Fra Mariano da Fiorenza, che ne fece Cronache per insino alli suoi tempi, ma non le transcrisse per insino alla morte sua, che morì di morbo nel Ceppo dove che lui per la carità era andato a confessare li ammorbati ».

(4) Item MS. (Conv. OO. SS.) *Theatrum etr.-min.*, (2 voll.) part. II, p. 983.

(5) Cf. Sabatier, *Bartholi,* 144-6, qui cl. v. P. Sabatier dictae paginae photographiam benigne nobis transmisit (cf. 146 n. 1) pro quo debitas ei referimus gratias.

(6) Tognocchi, *Notizie varie*, MS. (Conventus OO. SS.) sine fol. numerat. LA I, 124.

Non solum foliorum, paginarumque numerus utriusque Codicis accurate inter se convenit, sed et in margine superiore MS. Moren. adhuc legitur: « *Fr. Danielis de Rhetibus S. Mariae in Balneo* ». — Idem ergo codex est ille ac iste qui modo Bibliothecae Morenianae est. Sermones vero, olim Codici compacti, ablati fuerunt, utrum ut desiderio Tognocchii fieret satis, an aliis de causis, nescimus.

Quando autem bibliopegus volumen ligavit c. 1830, addita est Relatio penitus apocrypha de Nicolao V corpus S. Francisci invisente anno 1447 (1); Fol. 72r. sub titulo alia manus notavit: *Tradidit disputationi eorum.* — Est autem relatio edita ap. Wadd. ad an. 1230 n. 4 (II² 236-8) (Cf. Wadd. ad 1449 n. 11 (XII², 25). Aliam Nicolai V invisionis relationem habes ap. P. Ferd.-M. d'Araules [Delorme], *Vie de S. Bernardin de Sienne,* Rome 1906, p. VIII-XI, (de quo AFH II, 333-4).

Quia vero ibi commemoratur alius quidam prope S. Franciscum tumulatus « habitu b. Dominici » (cf. Wadd. II², 238) pauca (caeterum notissima) addit hoc MS. de amicitia inter S. Franciscum et S. Dominicum et quia in fine relationis illius dicitur (Wadd. l. c.) in tribus tribunis circa corpus S. Francisci tumulata iacuisse Sociorum eius corpora, in fol. 1-4 (2), quae postea addita sunt, locos quosdam *Compendii* refert, de quibusdam qui ibi tumulati esse poterant, scil. illos de Iacoba de Septemsoliis (AFH II, 92, 98) de Fr. Aegidio de Capociis, Fr. Guido de Senis (II, 457) de B. Aegidio, socio S. Francisci (I, 101; II, 317) et Fr. Electo de Assisio, (II, 628) qui prope corpus S. P. Francisci sepulti essent etc. — Fol. 3r notatur *Compendium* nihil dicere de Nicolao V Corpus S. Francisci visitanti sed tantummodo de Sixto IV; cf. fol. 63r, i. e. AFH IV, 323. F. 4r citatur etiam Papini, *Notizie sicure,* Firenze 1822, recte negans (3) quempiam corpus S. Francisci conspexisse ante an. 1818 (4).

Antequam clmus v. Car. Nardini codicem Morenianum detexit (5) alius Codex Compendii a duobus scriptoribus anonymis inventus erat anno 1905 (6) et denuo 1906 (7).

Codex ille servatur revera in Bibliotheca FF. Min. Capuccinorum Conventus Montis Ughiorum prope Florentiam. Est Codex chartaceus, in-4°, pergamena coopertus, centim. 23×17, tempore Fr. Mariani Florentini scriptus. Unum adest folium pro custodia

(1) In cod. cit. (cf. AFH I, 99) revera habetur relatio illa apocrypha, et quidem uti hic, italice versa.

(2) Nequaquam vero « animadversiones criticas » circa Compendium continent, uti dictum est AFH I, 99.

(3) Cf. ibi 77 sqq. (ed. Fuligno 1824, 72 sqq.). Cf. Supra IV, 323 n. 12.

(4) L. c. 106-112; (95-101). (5) Cf. AFH I, 98.

(6) Cf. notam brevem *Le Compendium Chronicarum de Fra Mariano de Florence,* ap. *Etudes Franciscaines,* (EF) XIII Couvin 1905, 96-7 (in fasc. ianuarii 1905); cf. l. c. XIX, 1908, 423.

(7) In *Bollettino del Terz'Ordine Francescano,* Padova, Via Cappuccini n. 4; an. V, n. 7, (in fasc. maii) 1906, p. 124-7. Quam notam *Miscell. Franc.,* X, (fasc. mart.-april.) 1906, 57-9, denuo vulgavit, nihil suspicans (uti nec notae auctor) codicem eumdem iam fuisse interea descriptum. Nec *Boll.* nec EF innuerunt ubi Codex servaretur. Sed R. P. Eduard. Alenconiensis O. Cap. postmodum ap. EF XIX, 1908, 423, insinuavit Codicem esse in Archivo Provinciae Tusciae RR. PP. Capuccinorum; deplorans insimul opus ex illo Codice non fuisse prius editum.

in principio necnon in fine; numerantur folia 118, ultimum vacat. Cuiuslibet in paginae summo scribitur: *yhs*. Fol. 1-30v et 82r-117v parum alio modo, ab eadem tamen manu exarata sunt, lineis pluribus 24, 25 vel 26, ac (in fine) in charta nonnihil tenuiore. A f. 31r-81v manus eiusdem scribae lineas penicillo traxit, marginesque laterales item distinxit. Inde a f. 31r rubro atramento, caeterum in genere perpallido, plura descripsit, scil. Beatorum nomina quaedam, Capitula Ordinis etc., incipiens f. 31r: « Accursius laycus de Florentia » i. e. AFH II, 458; Capitula rubro illo adnotat inde ab an. 1272, i. e. AFH II, 459. In marg. saepe numerum annorum de quibus agitur, repetit.

Textum huius codicis, qui Fr. Mariani auctoris subscriptione caret, ac post Codicem Morenianum scriptus penitus est, partim accurate, partim cursim contulimus, omnes tamen paragraphos in editione nostra distinctas examinantes atque accuratius ea attendentes, quae in MS. Moreniano parumper correcta videbantur, et lacunosa etc. dignoscebantur. Infra variantes et differentias notabiles singulas edimus (1).

Ordinatim codex iste (**B**) presse sequitur textum Codicis Moreniani (**A**), nec ab eo nisi additionibus paucis (necnon omissionibus) infra notatis discrepat. Scriba Codicis istius textum Fr. Mariani pluribus in locis, quod grammaticam respicit, mendosum, saepissime correxit, ita tamen, ut textum vitiosum Fr. Mariani iam accurate a se exemplatum postmodum eraderet, vel calamo oblitteraret, formam verborum rectam deinde utcumque substituens (2), ita ut prior forma mendosa adhuc transpareat.

Discrepantiae notabiles inter Cod. A et B.

Paucissimae in Codice **B** sunt additiones quae res ipsas narratas quoquo modo tangunt, emendationes autem huius generis nullae. Sed alia ex parte quaedam etiam omissiones non leves in **B** occurrunt (3). Illas additiones atque ultimam, quae maior caeteris est, alius quoque, uti ipse scriba dicendi peritior Mariano, non necessario Auctor, addere potuit. Pensandum quoque istum codicem **B** Fr. Mariani authenticationem non habere. Omnibus autem perpensis, additiones aliaque ab ipso Fr. Mariano adiecta esse putamus, non quidem in codice Montis Ughiorum (**B**), neque minus in codice Moreniano (**A**), ubi desunt, sed alio in codice, quem **X** dicimus et ex quo **B** exemplatus fuit. Quanquam neque in **X** (proinde nec in **B**) omnes lacunae resarcitae erant ab auctore, hic tamen rerum narratarum seriem, quamvis parum. *ad annum scil. 1523* (quo ipse Marianus nempe obiit) *protraxit,* aliquibus etiam in locis pauca alia addens. Ergo iuxta solitum loquendi mo-

(1) Annuente humane A. R. P. Provinciali Carolo a Castro Plano, et R. P. Guillelmo, Bibliothecario, eum ministrante, Codicem examinavimus: pro quo e corde grates heic dicimus.

(2) Ipse scriba postea hoc egit, alio calamo. Adsunt vero et aliae, et ipsae solummodo mendorum grammaticae correctiones, manu longe posteriore additae. Hae pro textu Mariani constituendo nil utique conferunt.

(3) Cf. 568, l. 25, 39 et 51; 569, l. 50, (cf. l. 21); 570, l. 22 et 43; 571 l. 2.

dum, formam Compendii in **B** exhibitam, *alteram Compendii Chronicarum Ord. FF. Min. recensionem sive editionem* dicendam esse ducimus.

Cod. **B** incipit f. 1r (1): « In Thuscia regione Italiae et valle spoletana anno domini 1181 et 23 pontificatus Alexandri in stabulo super (2) fenum... ». Lin. 5 post « in ulnis » om. « *suis* » et « ut peregrinus » legitur in margine. — L. 6 « signum crucis impress*it* ».

AFH I, 100 l. 2 « venerat *ipsum* » om. B; A in vacuo finis lineae postea adiecit. L. 7 « hora *ita* » om. B. — L. 9 « Beatus *pater* (Fr.) » add. B; sic et infra generatim. — L. 15 « autem *hoc* » om. B. — L. 17 « corporis *eius* » om. B; A postea superscripsit.

P. 101 l. 1 *Frater* (Bernardus) add. B. sic et infra generatim. L. 3 « sanctitatis *extitit*, quod ipse (3) ». — L. 12 « multa *subtilia* (4) ». — L. 23 « herbis *videlicet* » om. B, sed adest pro vocabulo hoc lacuna in MS. — L. 26 « in *minorum* hedificio » B; A. potius « *mirum* ». — Menda grammaticae hac in paragrapho eadem habent A et B.

P. 102 l. 5-6 « aliqui viri *receperunt* »; postea autem, pro more suo diligentiore B correxit in: « *recepti sunt* ». — L. 15 « Ioh. *de* S. Constantio »; sic et A (5). — L. 18 « Fr. *Barbarus* vir sanctissimus et fr. Bernardus de Viridante in omni virtute decorus (6) ». — L. 23 « exoptans *presentiam* » (A habet, sed erronee « *penitentiam* ». — L. 24-5 « qui dispersione*s* congregat *filios* Israel »; A uti editio (7). — L. 27 « operante *clementia* ». In Ed. nonnisi typothetae error est. — L. 29 « Itaque *ubi* sunt omnes congr. »; *ubi* B postea super scripsit; A om. *quum* (8). — L. 36 « *et* hospitarentur » sic et A. — L. 40 « oportet *te* ». Sic et A; habuerat A quoque « ferre *per cingulum* », sed postea corr. in « *pro cingulo* ». — L. 46 « et in *arduis* negotiis ». Sic et A.

P. 103, l. 3 « qui [in] altis videbatur ». A, B om. *in*. — L. 4 B « Franciscum *cum sociis suis* ». — L. 5 « foras egressus »; (A uti Ed.) — L. 7 « Iohanni *de* Columna »; B postea superscripsit *de*. — L. 8 « qui obtulit se ei *in* procuratorem »; B *in* superscr. — L. 12-3 « quid *hoc* vellet » om. *visio*; et *hoc* ex *hec* correxit B. — L. 16 « modicus *et* despectus ». Sic et A. — L. 19 « dum autem quere*batur* ». Sic et A. — L. 37 « et futuri B postea corr. *futurorum*. — Not. (*a*) B *fluxerunt* sed post corr. *fulserunt*.

P. 104 l. 11 « *virtutibusque* ». — L. 13 « Legendam... *qui* » (erronee). — L. 14 « vir utique *magne* orationis »; A uti Ed. — L. 23 « per *signum* crucis » sic et A. — Not. (*a*) uti in A; sed B correxit *naturalique sensu*. — Not. (*b*) uti in A.

P. 105 l. 7-10 « Simon de Assisio... tamen tam profunde et tam alte de Deo loquebatur, *quod verba eius supernaturalia videbantur* (9). — L. 22 « obedientia ». (Nonnisi error typogr.). — L. 31 « Guid*o* de Cortona » B et A. — Not. (*a*) sic et in B.

---

(1) In marg. scribitur annus: « *A. D. 1181* » et « *yhs* » more solito.

(2) Sic et A, uti nova eiusdem collatio nos edocuit. — Litteris *obliquis* ea vocabula, vel vocabulorum partes exprimimus, quae, relate ad Cod. A, in B. variantur. (3) Sic et A. Item. (4) Item. (5) Item.

(6) *Conf.* 177 l. 14; 243 l. 30-1; 362 l. 25. — CG 4 l. 9-10, manifestant hic revera agi de Fr. *Barbaro*. — Tamen A minus recte habet *Bernardus;* cf. *Catal.* 43 n. 3. (7) Item A, uti nova collatio edocuit.

(8) Item. Sic et sequentes correctiones A vel Editionis accipiendae sunt.

(9) A om. *quod — videbantur*. Verba ista sunt ex fonte, scil. *Conf.* 244 l. 8-10; (CG 159 l. 9-11). Non tamen absolute necessaria sunt pro phrasi texenda.

P. 106 l. 1 « in toto *ordine* » B et A. — L. 1 « post mortem s. *Patris* (add. B),.. recognita culp*am suam.* » B et A. — L. 7 in Greci*am directus* » add. B in marg. — L. 12 « constituit *qui* » sic B erronee pro: *quo* A. L. 14 « electus *est* » om. B. — L. 17-8 « in eccl. Sancti Galli *extra Florentiam... ut* (sic B et A) dictum *est* ».

P. 107 l. 17-8 « scilicet *quod* (B et A) non vocaverat eum *pro* se tantum ». — Not. (*b*) et (*c*) uti in A.

AFH II, 92 l. 8 B corr. « *virum* nempe sanctu*m*... claru*m* ». — L. 10 « *Fratrem* Guillelmu*m* » B corr. (Sed l. 13 « *Secutus* est » B et A). — *Septemzonis* in marg. B corr. « *alias soliis* ». — L. 27 « *Anconam transmeavit* », B uti Ed.

P. 93 l. 25 « *euntes* » B corr. in « *euntium* .... ita *quod* » sic et B. — L. 7 « *cum pena maxima* » B oblitteravit ac corr. suprascripsit *vix*. — L. 38 « *Ricegerius* » quod post corr. *Rogerius*. = P. 96 l. 25 *Venetias* corr. *Venetiis*. — L. 26 *Bononiam* corr. *Bononiae*. = P. 98 l. 18 « Matheum Rubeum de Ursinis, virum utique potentem *et magne sanctitatis et caritatis* » add. in lacuna quae est in B). — L. 20 « de Septemzonis » in marg. corr. *soliis*. = P. 99 l. 10 « dominico sepultus » delevit B. = P. 104 l. 10 « Urbevertum » corr. B. « in *Urbe veteri* » — L. 14 « *Aragonum* » (sic et A) rex ». = P. 107 transposuit ordinem beatorum hoc modo: « Fr. Dominicus... ». « Fr. Paulus... ». « Fr. Martinus... ». « Fr. Otho... ». — L. 18 « Ecclesie *rebello* » B corr. *rebelli*.

AFH II, 305 not. (*a*) B corr. « *Avinionatum* ». — Not. (*b*) *ordinem* B. = P. 306 l. 22 « Fr. Iohannes de Steincal, Provincie Argentine *multis claruit miraculis* »; B omisit alia de eo dicta in A. Quae verba « *m. cl. mir.* » caeterum adsumpta videntur ex paragr. sequenti. = P. 307 Not. (*a*) B uti A; sed B corr. *quoddam*. — Not. (*b*) B *Theologie*. = P. 307-8 B transposuit: « Fr. Electus... ». « Fr. Asson... ». « Fr. Nicolaus... ». « Fr. Alexander de Ales... ». « Fr. Aldulfus... ». — Not. (*a* B uti A, sed B corr. uti habet Ed. — L. 29 « Fr. Electus, fr. Iohannes *de Vuabeth*, fr. Corradus ». Sed Fr. Ioh. de Vuaberth nominatur in A p. 309 l. 6-7, ubi tamen B eum omisit. P. 308-9 B transp. paragraphos: « Fr. Gerardus... ». « Fr. Electus... ». « Fr. Theodoricus... ». atque par. « Fr. Nicolaus... » post « A. D. 1246... » posuit. — L. 25 « novos oculos *cuidam a quo fuerant eruti reddidit* », sic B; in Edit. ergo recte e fontibus supplevimus.

P. 312 l. 2 « Innocentius *papa* IV qui [om. *etiam*] officium ». — L. 5 « agendum *eam* dixisset ». Sic ergo male B. corr. *esse*. — L. 11 « *a saeculo* »; deinde B omisit l. 11-16. — Not. (*a*) et (*c*) uti in A. = P. 313 Not. (*a*) ut in A, sed corr. Not. (*b*) et (*c*) uti in Edd. = P. 314 l. 30 « divinitus *dictus* (add. B) quantum ». = Not. (*a*) uti A. = P. 316 Not. *b* uti Edit. — Not. (*c*) uti A: *valentes*. = P. 318 Not. (*b*) uti A: sed B post. corr. *integrum*. = P. 318 l. 7 « Fr. Raynerius [de Fabriano om. B] vir... ».

AFH II, 457 l. 9 B erronee: « Egidius de Cap*ariis* ». — L. 11 « Guid*o* » (Guid*us* A). = P. 458 l. 8 « adolescentia *sua* » add. B. — L. 17 « Iacobus Bartol*aris* » erronee. — L. 19 « optav*it* ». = P. 459 l. 10 « ad *celum* » corr. B. — L. 12 « Sanct*anensis* » falso. — L. 16 « et *miraculis* » delevit. = P. 460 Not. (*b*) « pro alterius form*ae* habitus prov*isione* » (A religione). = P. 461 l. 14-16 « Eodem — miraculorum » omisit B. = P. 463 l. 20-5 Iulianus Theuthonicus.... Hic historias beatorum Francisci et Antonii quoad cant*um* (sic et A) et antiphonas et responsoria *composuit* ». Quam ultimam vocem e fontibus supplevimus: *fecit*

— L. 32-7 « Bernardus de Bessa.... scripsit, videlicet, libellum de proposito Regule ad emulos confutandos *et fratres ad vivendum secundum regulam informandos, item libellum ad informandos* novitios ».

P. 464 l. 30 « Hieron. de Esculo qui *tunc* » B corr. ex *nunc*. = P. 465 l. 25 « Clareb*ant* » falso. = P. 466 l. 3 post « videlicet » add. *quidam*. — L. 34 « claudens extremum » B om. *diem*. = P. 467 l. 35 B uti in Not. (*c*), sed pro *pluris* hab. *pulveris* quod postea corr. *pulvis*. = P. 468 l. 25 « *in* regno Castellae ». = P. 469 l. 18-21 ordinem invertit: « Amatus... ». « Symon ». = P. 470 l. 4-5 om. « die 4 decembris ». — L. 6 « Nico*laus* de Senis ». — L. 23 « Philipp*us* de Regno ».

P. 471 l. 7 B add. (f. 44r) « *Guido de Florentia* (1), *laicus, vir perfectus et obedientie spectaculum* ». = P. 472 l. 8 « Generalem ministrum ». Sic B et A. — Post l. 32 B nullam habet lacunam; sed parvam habet p. 626 l. 1 post « *supradicto* ».

AFH II, 627 l. 20 « In *Bavaria* minori » penitus erronee. = P. 628 B transp. « Per hec tempora... ». « Anno 1306... ». — L. 27 post « prophetico » B om. « claruit ». = P. 630 l. 5 « corrusc*at* ». — L. 37 « quoque anno misit »; in marg. « 1310 ». = P. 631 l. 7 om. « 1308 » — L. 24-5 « Gualterius *qui et* Burleus »; sic A et B. — L. 26 « Iohannes Grando*nis* »; sic A et B.

P. 632 l. 29-30 « claruit — scientie » usque ad p. 633 l. 10-31 « que de voluntate — medium ecclesie » omiserat B, sed postea addidit (f. 53r.) cum hac animadversione: « Aueuono a andare nellaltra faccia. errai ». = P. 634 l. 26-635 l. 11 transposuit sic « Ipso quoque anno... ». « Anno Dom. 1313 ». « Trig. sec. cap. ». « Ugo de Prato ». = P. 636 l. 17 « b. Mariae *Virginis* » add. B. — L. 25 « de tempore et *de sanctis* per totum annum ». = P. 637 l. 12 « S. Mar. *in* Aquiro ». — L. 18 « Ed. anno », om. *quoque*. = P. 639 l. 35 post « Bereng. Pisanus », « *Franciscus de Esculo, Guill. de Ocham* » inserit, nil in paragr. mutans.

AFH III, 294 l. 8 « Odonis *nunc* »; B corr. *tunc*. — L. 23 « S. Rom. eccl. *Cardinalis* per Innoc. ». = P. 297 l. 27 « In ducatu *Livione* » falso. = P. 298 l. 27 « Domino famulavit » B postea corr. *famulata est*. — L. 29-3 « mortuo *iam* viro » B. = P. 299 l. « sup. sentent. *edidit* » om. B. — L. 20 « *lus*trantes » B falso. Huius verbi erronei formae aliae pluries occurrunt. — L. 24 « laudabil*em* summam ». = P. 300 l. 11 B om. *scripsit*. — L. 31 « corrusc*at* ». = P. 304 l. 27 « Sancii » A. — L. 32-6 B post corr. « fr. Guillelm*um* » sic et ceteros. = P. 305 l. 16 « et Ordinis 158 » hoc omisit B et quidem generatim; quod semel pro semper animadvertimus. — L. 36 « fluxerant » erronee pro *fulserunt;* sic et saepius. = P. 307 l. 6 semina*runt* ». — 308 l. 15 (Leonardus de Giffonibus)... « Clementem VIII *episcopus Cirme* », add. B. sed falsum esse videtur. = P. 309 l. 7 « Ioh. Chrich. » B et A.

AFH III, 702 l. 38 « *Floruit* etiam ». = P. 703 l. 29-32 « Hierusalem Saraceni *interfecerunt* fratr*em* Nicola*um* etc. »; sic B; A uti Ed., quam formam B corr. ex: *interfecerunt*. = P. 704 l. 30 « Hyeronimi *incipierunt* ». Sic et A, sed corr. uti in Ed. = P. 707 l. 35 « et ali*as* »; sic et A. = P. 708 l. 39 « requi*escit* ». = P. 710 l. 4-8 « Girgante » B corr. « *Agrigento* (sic et infra IV, 130) *de Sicilia* »... « episc. *electus* » B corr. *factus*... « a sec. migr*ans* ».

P. 710 B omnia praetermisit a l. 9: « Anton. de Bitonto » usque l. 32 « veneratus est ». = P. 711 l. 28-9 « Hieron. della Stupha... miraculis

(1) Differtne a Guido Bonato Florentino, qui aetate provectus institutum Minorum est amplexus, an non? De hoc cf. II p. 461, n. 6.

clarus, *qui vulgariter dicebatur: el predicatore de captivi latini et delle buone sententie* »; add. B. = P. 712 l. 3 « *Beatus* Iacob. de Marchia ». — L. 12 « coadunati » etc. uti Ed. = P. 714 l. 1 « Alii *quam* plurimi ». L. 6 « *Antonius* germanus » erronee pro « Antimus »; cf. Wadd. an. 1439 n. 29. — L. 22-3 « ut exhorta*rentur* ». — L. 33 « prodigiis *decoravit* ».

AFH IV, 122 l. 6 « non sine parvo » B superscr. *magno*. = P. 125 l. 21 « Perusio *que* infirma ». — L. 23 « Soror Theodora, nobilis Romana, *vita et virtutibus clara soror Serafina etiam de Roma et soror Marg.* ». Partem hanc hic insertam habes l. 29 s. et p. 336 l. 12 s. = P. 126 l. 6 om. « *etiam* scripsit ». — L. 18 om. « infrascr. vid. ». — L. 19 « Mari*am* » etc. alias sic. — N.(*a*) corr. « *Flandriae* ». = P. 127 l. 35-6 « Christophorus de Modoetia... Med. *iacet* ». = P. 128 l. 6 om. « licet div. temp. ». = P. 129 l. 14 « ad suum *sepulchrum* ». — P. 130 l. 30 « loc*us* (sic et A) Antelle *sepultus est* ». — L. 35 « ut s. *utebatur* ». = P. 133 l. 1 « Bernardus Hung*arus* ». = P. 135 l. 17 rustic*is* ». = P. 136 l. 10 « Insuper quo[que] »; sic et A. — L. 20 « Qui [Pius II] *quid* Eugenius circa familiam Observantiae *statuerat et per Callistum alterata fuerant* restauravit ». — L. 27-8 « *Pater* frater Ant. de Bitonto... magister » B om. « qui scripsit ». — L. 30-1 « Hier. de *Stufa de* (add. B) Florentia ». l. 33 contemplan*dum* ». = P. 137 l. 10 « Ruphinus de *Ferezano* » (et A potius sic). — L. 17-20 « Sextum Capit. — Dixmuda » B praetermitit. Tamen numerus Capitulorum horum postea prosequitur uti in A.

AFH IV, 318 l. 28 uti in A « Hic scripsit » cum lacuna; sed B postea duo haec vocab. delevit. = P. 319 l. 7-10 « Rev. Ludovicus de Libreto... devotissimus *fratribus* (erron. pro *filius*) b. Francisci aetatis suae *90* (add. B) cum habitu... migravit ad Dom. ». — L. 19 « Taglacarne *de Levanto* » add. B. — L. 22 « celebrans hosti*am* ».

P. 322 l. 15-31: « *Verum* et alias congregationes... fecit [et] fovit.... *que sunt* (B om. « videlicet »). — L. 23 « Congregatio Amadeorum, a quodam fratre Amadeo Hyspano, *beato multis miraculis ornato*, que congregatio *in provinciam erepta* [lege *erecta*] *est et vocatur provincia S. Petri Montis Aurei* (1). Congregatio Minimorum a S. Francisco de Paula Calabrese, *iam nostri* ordinis novitio incepta, *et nunc in celo glorioso et sub Leone X canonizato* (2); nunc ab ecclesia approbata *est* ».

P. 323 l. 20 « *Neapoli* » corr. sic et in genere. = P. 324 transpos. l. 11-13 « In Prov. S. Francisci... ». « In Prov. Mediol... » l. 9-10. Singulasque paragraphos p. 324-26 l, 2 ordine invertit. — P. 325 l. 21-2 « Bernardinus de Feltro... famosus fuit, *et multis quotidianisque coruscat miraculis* », add. B. = P. 326 l. 10 « Lodov. de Hilbergo » minus recte quam A. — L. 30-1 « Anno... Michaelis de... Barga [om. « innumeris » *mi*raculis *clari* »; B corr. ex « clarus ». = P. 328 l. 18 « Eodem *tempore* » B, minus recte. — Capitulorum loca omissa sunt uti in A. — L. 38-9 « Etiam in Tuscia *ad Pistorium in loco Giacherini* (add. B) migravit *ad Dominum* (add. B) sanctus fr. Alexander de Verona, *laicus* (add. B vir prod. ». = P. 330 l. 1 « in *loco* Mensurate .... fr. Franciscus de Cropo*no*... integer (sed post. B corr. integ*rum*) et *omnium* (add. B) aromatum fragran*tiam* redolente (B corr. redolens)... ferre (B corr. ferri).

P. 332 l. 25-7 « Anno Domini 1495 die *11 aprilis* celestia regna penetravit fr. Angelus de Clavasio, coruscans miraculis *in loco Cunis*

(1) Iam an. 1518; cf. Wadd. an. cit. n. 21; cf. 1520 n. 32 sq.
(2) Scil. 1 maii 1519; Wadd. an. 1519 n. 3. *AA. SS.* april. I, 118 seqq.

tumulatus est (1) ». = P. 333 l. 6-7 « assiduis signis (B corr. assid*ua* si*gna*) sanctitatis o*stendens* » (hoc et A) — L. 22-4 B omisit; deinde 2 seqq. paragr. ordinem invertit. — L. 30-2 « in conventu *Marchinensi* (falso) .... Oliverius *Mailardi* » (add. B) — L. 37-8 « in Castro Ta*berne* ». = P. 334 l. 17-22 transp. has paragr. — L. 22 « Torniellus *de Novaria* » add. B. — L. 34 « nepos... Sixti *praefatum* » (lege: *praefatus* uti et A habet). = P. 335 l. 1 « *et postea* de familia *vero* (hoc superscrips. A). — L. 31-3 « In prov. Marchie... Gerardus de Florentia... etatis sue anno *105* » (add. B). = P. 336 l. 31 « Provincia *Poloniae* » add. B. = P. 337 l. 4 « electus *est* ». — L. 22 « in quo fuit *electus* (sic A) fr. Mart. Boulier electus (A sic bis). Qui obiit *secundo anno* (B; sic corr. ex « secundus annus ») sui triennii ». — L. 26 « Ipso *quoque* anno ». — L. 28 « erat Card. pronunc. » om. B. = P. 338 l. 8 « Theologia *et acerrimus disputator* »; add. B. — L. 27 « Domini 309 » om. B. — L. 29 « Sigillum Ordinis » (om. B). — L. 30 om. « Observantiae ». — L. 22-3 « de Forlivio » om. B. — L. 37 « octav*am* ». = P. 339 l. 2 om. « in legibus ». — L. 3 om. « ubi ». — L. 10 om. « quidem ». — Not. (*a*), (*b*) nihil in B vacat.

Post p. 339 l. 13-6 « Centesim. quintum... — Paulus de Sonzino » B prosequitur:

« *106 capitulum generale in conventu et provincia* (2) *Burgensi regni Castelle in sancto festo Pontecostes anno Domini 1523, in quo fuit electus in 47 generalem ministrum frater Franciscus de Angelis hispanus.*

Collecta sunt et condita seu colligata hec omnia per fratrem Marianum de Florentia Provinciae Tusciae [in marg.: *anno 1523*] (3) *in loco s. Salvatoris apud Florentiam* ».

Postea eadem manus adiecit quoque versus Dantis, Parad. XXXII, 139-41, sed aliquatenus adulteratos, seu suo fini adaptatos, hac forma:

E perche o finito questa somma
I faro punto come buon pastore
Che come gli a del panno fa la ghonna.

Tunc novies scripsit *yhs,* semel addens: « *F. Marie Virginis* ».

---

(1) Hinc brevitatis ergo variantes in editione nostra specialiter adnotatas et cum B concordantes colligimus. Ubi addimus *corr.* intelligas B formam vitiosam correxisse uti Editio nostra; si variatur forma nova, scil. correcta, hanc post « corr. » apponimus. AFH II, 462 a. 462 a corr. 466 b corr. *sepellitum.* 467 b corr. 471 a, b. 626 a corr. *1279*; *Urbe Veterum.* 627 b, c. corr. 628 c *Iacopono* 629 a, b. 636 a corr. b, *appellatus est,* c. 637 a, b, c. 638 a. = AFH III, 295 a *exstit.* 298 a. 299 a, b, c. 302 c corr. 304 a corr. 305 a corr. 307 a corr., b corr. 309 a corr. 700 a corr. 702 a *per provinciam,* c. 703 c. d. 704 a. 705 b *omnia distributa* corr. (A idem habuerat sed corr. *distribuit*). 706 b *quod*. 707 b, d, e. 708 a. 709 a, b, c, d, e, f, g, omnia corr. 711 a corr. 712 e corr. 713 a et c corr. 714 c corr. 715 a, b, c, d, e, f, omnia corr. = AFH IV, 105, a, b, c, d omnia corr. 124 b et c corr. 125 a, 127 a et c corr., b *Frandia,* d. 131 a corr.; *fluxerunt* corr. *fulserunt* (quem errorem in genere non corr.). 133 a. 135 a et b corr. 318 a, b, c, omnia corr. 320 a *Duslaclopolim;* b *cum sanctis patr.* 321 b corr.; a *a ss. patribus;* d. 322 *fecit, fovit,* c. 323 a corr. *ipsam... ab omni labe conceptam.* 325 b corr. 326 a, c; b corr. 328 a corr. *prepeditum.* 329 a, b. 330 b. 332 a, b, c. 333 b, c *Virastellavia.* 334 b, d corr. *Ambiensi,* e. 336 b corr. c *Marsomia provincie,* d *Dulcl. civitas* corr. *civitatis.* 337 a corr., d. 338 a corr.

(2) Tunc scripserat « Castelle », sed statim oblitteravit.

(3) Certe non an. 1523 totum Compendium collegit, uti ex Codice Moreniano liquet; cf. p. 560 sq.; 339.

II.

INDEX

Abbreviationes: card. = Cardinalis; ep. = Episcopus; f. = filius, filia; fl. = floruit; gl. = Generalis; i. = iacet; m. = martyr; o. Pr. = Ordinis Praedicatorum; patr. = Patriarcha; pr. = Provincialis; prov. = Provinciae; r. = rex, regis; v. = Vicarius; *v. = vide; et. = etiam.*

In paginarum indicatione numeri centenarii et denarii non repetuntur.

PRIMUS ORDO.

SECUNDUS ORDO.

TERTIUS ORDO.

AD ORDINES FRANCISCALES NON SPECTANTIA

SIGLA LIBRORUM IN NOTIS AD COMPENDIUM CHRONICARUM FR. MARIANI

SAEPIUS ALLEGATORUM, EORUMQUE SOLUTIONES

I respective *II Cel.* = *I*ª vel *II*ª *Legenda S. Francisci auctore Fr. Thoma de Celano,* edid. P. Ed. Alenconiensis, Romae 1906.

Tract. Mirac. = *Tractatus Miraculorum* eiusdem. (ed. cit.).

Leg. Ma(ior) S. Bonaventurae, ap. eiusd. *Opera omnia,* VIII, Ad Cl. Aquas 1898, 504-64. *Leg. Min*(or.) 565-79; et separatim, ibidem 1898.

3 Socii = *Legenda trium Sociorum.* AA. SS. oct. II, 723-42; Pisauri 1831; ed Amoni, Roma 1880; ed. Faloci, Fulginiae 1898 (ed. Marc. da Civezza e Teofilo Domenichelli, Roma 1899).

AF = *Analecta Franciscana,* Ad Claras Aquas. I 1885. II 1887. III 1897. IV 1906.

Iord. = *Fr. Iordani de Yano, Chronica,* AF I, 1-19. ed. Böhmer, = *Chron. Iord.,* ed. H. Böhmer, Paris 1908. (ap. *Collection* etc. P. Sabatier, IV).

Glassb. = *Nic. Glassberger, Chronica Ord. Min. Observantium,* AF II.

CG = *Chronica 24 Generalium,* AF III, 1-575.

Bessa = Bernardus de Bessa: *Liber de Laud. b. Francisci,* l. c. 666-92.

CGenM = *Catalogus Generalium Ministrorum Ord. Fratr. Min.* sive Chronicon XIV vel XV Ministr. Ord. Min.: AF III, 693-708. Numeri in uncis ( ) adiecti, denotant edit. Holder-Egger ap. MG. SS. XXXI, 653-674; cf. s. v. *Salimbene.*

ZKTh. = editio eiusdem libri a P. Ehrle S. I. curata ap. *Zeitschrift für katholische Theologie,* VIII, Innsbruck 1886, 322 ss.

Conf. = Barthol. Pisanus, *De Conformitate Vitae B. Francisci ad Vitam Domini Iesu,* AF IV, 1-668. [Pars Iª; 12 conformit].

DAF = *Documenta antiqua Franciscana,* ed. P. Leon. Lemmens. Ad Cl. Aq. 3 Partt. 1901, 1901, 1902.

Dial. = *Dialogus de vitis Sanctorum Fratrum Minorum* (c. 1245) ed. IDEM, Romae 1902.

Catal. = *Catalogus Sanctorum Fratr. Min.* (c. 1335.) ed. IDEM, ibid. 1903.

Prov. = *Provinciale ord. Fr. Min. vetustissimum,* ed. P. Conr. Eubel. Ad Cl. Aq. 1892. (et ap. BF V, 1898, 580-604).

P. Sabatier, *Vie,* = *Vie de St. François d'Assise,* Paris 1894; et saep.

Sp. Sab. = *Speculum Perfectionis,* ed. Sabatier, Paris 1898. (ap. *Collection de Documents pour l'histoire religieuse et littéraire du moyen âge* I).

Sp. Lem. = *Specul. Perf.* ed. L. Lemmens, DAF II, 23-86.

Bartholi = *Fr. Francisci Bartholi de Assisio Tract. de Indulgentia S. Maria de Port.* ed. P. Sabatier, Paris 1902. *Collection,* II.

Actus = *Actus B. Francisci et Sociorum eius,* ed. IDEM, ibid. 1902. *Collection,* IV.

Lempp, *Elie,* = *Frère Elie de Cortone,* Paris 1901. *Collection,* III.

L. de Kerval, = *S. Antonii de Padua Vitae duae, quarum altera hucusque inedita,* Paris 1904. *Collection,* V.

OCH = *Opuscules de Critique historique,* ed. P. Sabatier [aliique]. Paris 1903, I; 1904-10, II.

Ecclest. = *Liber de adventu Fr. Min. in Angliam,* AF I, 217-75. ed. I. S. Brewer, *Monumenta Franciscana* (*Mon. Fr.*). London 1858 I. 5-72, 548-61. ed. Howlett, *ibid.* I₁, London. 1882, 7-28.

Salimbene = *Chronica Fr. Salimbene de Adam Parmensis,* ed. Parmae 1857. Numeri uncis inclusi respiciunt ed. Holder-Egger, ap. MG SS tom. XXXII. Hannoverae, pars I, 1905; p. II, 1908.

Firm. [1] = *Firmamentum trium ordinum S. P. Francisci,* Paris 1512.

Firm. [2] = *Firmamentum* etc. ed. Venetiis 1513.

De illustr. = *De illustrioribus viris et feminis trium ordinum S. Francisci,* ap. Firm. [1] fol. XLI ss.

Memor. = *Memoriale Ordinis Minorum,* ap. *Firm.*[1] pars I, f. XXVIIra-XLva; *Firm.*[2] p. I, f. 31vb-46vb.

Acta SS. = *Acta Sanctorum* Bollandistarum, adiecto numero voluminis respectivi cuiuslibet mensis.

MGH SS. = *Monumenta Germaniae Historica,* series: *Scriptores.*

BF = *Bullarium Franciscanum,* ed. Sbaralea I-IV; Eubel V-VII, Romae 1759-1904.

Panfilo = Panf. da Magliano, *Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani.* Roma 1874, 1876. 2 voll.

Böhmer, *Analekten* = *Analekten zur Geschichte des Franciscus von Assisi, S. Francisci Opuscula etc.* Tübingen u. Leipzig 1904. (Edito mai.)

Reg. = Potthast, *Regesta Pontificum Romanorum.* Berolini, 1874-5.

Hier. = Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi.* Monasterii, 1898-1902.

Little, = Little, *The Grey Friars in Oxford,* Oxford, 1892.

ChUP = *Chartularium Universitatis Parisiensis,* ed. Denifle et Chatelain, Paris, 1889-1897, 4 voll.

Rép. = Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen-âge; Partie Bio-bibliographique,* II[e] édition. Paris, 1905-07.

Aquil., = B. Bernardini Aquilani, *Chronica Fratrum Minorum Observantiae,* ed. L. Lemmens, O. F. M., Romae 1902.

Wadd. = Wadding, L., *Annales Ordinis Minorum,* t. I–XVII, ed. II. Romae 1732–41 (singulos annos et num. citavimus).

BHL = *Bibliotheca Hagiographica Latina,* edd. Socii Bollandiani, Bruxellis 1898-1901, 2 voll.

Ncl. = Hurter, H., *Nomenclator litterarius theologiae catholicae,* Ed. III (II); t. II², Oeniponte 1906; III³, 1907.

Civezza, *Miss.* = Marcellino da Civezza, O. F. M., *Storia delle missioni francescane,* Roma, Prato, Firenze 1857-95, 11 voll.

Civezza, *Saggio* = *Saggio di Bibliografia sanfrancescana,* Prato 1879.

Picconi, *Cenni* = Picconi, Giac. O. F. M. *Cenni biografici sugli uomini illustri della Francescana osservante Provincia di Bologna.* I, Parma, 1894

Picconi, *Serie* = Idem, *Serie Cronologico-Biografica dei Ministri e Vicari Provinciali della Minoritica Prov. di Bologna.* Ibid., 1908.

Eubel, *Geschichte* = *Geschichte der oberdeutschen* (*Strassburger*) *Minoritenprovinz,* Würzburg 1886.

Schlager. *Beitr.* = *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz in Mittelalter,* Köln 1904.

Komorowo, *Cron.* = Ioh. de Komorowo, *Tractatus Cronice Fratrum Minorum Observancie,* ed. H. Zeissberg, Wien 1873, (ex: Archiv f. oest. Gesch. XLIX, II, 297 ss.).

Id. *Mem.* = Idem, *Memoriale Ordinis Fratrum Minorum,* edd. X. Liske et Lorkiewicz, Lwów 1885 (*Monum. Pol. Hist.*).

Pastor, = *Geschichte der Päpste,* 5 voll. Freiburg 1886-1909, Ed. I-IV. Gonzaga = *De origine Seraphicae Religionis,* ed. II, Venetiis 1603. [Ed. I, Romae 1587].

Rodulphius = *Historiarum Seraphicae Religionis libri tres...* a F. Petro Rodulphio Tossinianensi, Venetiis 1586.

Gubernat. = Dominicus de Gubernatis a Sospitello, *Orbis Seraphicus,* Romae et Lugduni, 1680-1689, 5 voll.; vol. VI. Ad Cl. Aqu. 1887.

ChHLeg. = *Chronologia Historico-legalis Seraphici Ordinis Fratrum Minorum,* Tom. I, Neapoli 1650.

Arturus, *Martyrol.* = Arturus a Monasterio, *Martyrologium Franciscanum,* Paris 1638. [Ed. II ibid. 1653].

Hueber, *Menologium* = Fortunatus Hueber, *Menologium... Sanctorum etc. ex triplici ordine S. Francisci...* Monachii 1698.

Greiderer, = Vigilius Greiderer, *Germania Franciscana,* 2 voll. Oeniponte 1777–81.

Lisb. Diola = Marco da Lisbona, *Croniche de gli ordini instituiti da S. Francesco. Tradotte da Diola e Barezzo Barezzi etc. corretta da P. Leonardo da Napoli,* 4 Partes (IV[a] pars: 3 voll.) 6 voll. Napoli 1680.

Wadding, *Script.* = *Scriptores Ordinis Minorum,* Romae 1650; ibid. 1806 ed. II; ibid. 1906 ed. III.

Sbaralea *Suppl.* = *Supplementum ad Script. ord. Min.* Romae 1806; ed. II, ibid. 1908, tom. I. (A–H).

BTS = P. Hier. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano,* I, Quaracchi 1906.

Felder, *Studien* = Felder, *Geschichte der wissenschaftl. Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des 13. Jahrhunderts,* Freiburg i. B. 1904. — *Etudes* = Idem, *Histoire des Etudes dans l'ordre de St. François* etc. Paris 1908, i. e. versio gallica huius operis.

AB = *Analecta Bollandiana,* Bruxellis 1880 ss.

MF = *Miscellanea Francescana,* ed. Faloci-Pulignani, Foligno 1886 ss.

EFr. = *Etudes Franciscaines,* Paris 1899 ss.

ALKG = *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters,* edd. P. Fr. Ehrle S. I. et H. S. Denifle O. Praed. I-III, Berlin 1885-87; IV-VII, Freiburg 1888-97.

Directio Periodici.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM
BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LEODIENSIS

(Continuatio) (*a*).

VI. — Cod. n. 46 chartaceus mill. 287×208, ff. 235 (et bina fol. insiticia initio et fine), unica manu scriptus ineunte saec. XVI. Pergameno est ligatum volumen. Folio 2º insiticio in capite legitur: « Et est fratrum Sanctae Crucis in Huyo diocesis Leodiensis ». Ultimo vero folio haec habentur ab eodem exarata amanuensi: « Scripta sunt ista per fratrem Bartholomeum Brée, pro quo pius lector apud misericordem Dominum Iesum effundere preces non dedignetur. Anno 1503 ». Codex est miscellaneus, et tractatum unum exhibet aliquomodo Ordinem F. Min. spectantem, scil.:

(f. 92r–95r **De tribus ternariis peccatorum infamibus** antiquitus **S. Bonaventurae** tributum.

(f. 92r) *Rubr.* « Sequitur tractatus bonaventurae de tribus ternariis peccatorum infamibus. = *Inc.* Tres sunt ternarii peccatorum infames (*sic*). In primo est peccatum originale, mortale et veniale. ad que omnia alia peccata reducuntur... *des. mutilus:* pena levis compassio fit egenis... ». = Hic codex est amborum alter, de quibus PP. Editores *Operum S. Bonav.:* « recentiora et pauca pro Bonaventura afferri possunt, scil. 2 nullius auctoritatis codices saec. XVI ineuntis ». cfr. *Opera,* X, 22. = Opus extractum est ex scriptis S. Bonaventurae, l. c. VIII, p. CXIII.

VII. — Cod. n. 236 partim chartac. partim membr., mill. 296×223; ff. 192. (praeter bina insiticia in capite et unum ad calcem), nitidissime, binis columnis ab uno vel duobus amanuensibus exaratus circa finem saec. XIV. Tituli et initiales rubricata sunt. Folio insit. legitur: « Ex conventu Cruciferorum in Leodio », et in dorso exteriore habetur impressum: « Ubertini Lib. I et II ».

Fr. Ubertini Casalensis, Arbor Vitae Crucifixae Iesu Liber I et II.

(f. 1ra) Iesus Maria. = *Rubr.* « Incipit primus *prologus* libri qui intitulatur de arbore crucifixe vite Ihesu. = *Inc.* Universis Christi discipulis vere fidelibus et sancte paupertatis amicis maxime ge-

(*a*) Cf. AFH IV, 354-359.

mentibus et flentibus super malis ». F. 124va *Des.* « In quo arboris huius dilecte collecta est radix. Deo gratias. Explicit liber primus ». = *Rubr.* « sequuntur capitula secundi libri... » *Incip.* f. 124vb « Ex premissis in superioribus patuit... » *Des.* f. 192vb « Ex hic liber iste secundus terminationem accipiat erecto stipite arboris crucifixe vite Ihesu per praemisse humilitatis profundum usque ad utriusque vite perfectissimum et altissimum exemplum ». = *Rubr.* « Explicit liber secundus arboris crucifixae vitae Ihesu ». — Cf. Sbaralea, *Suppl.*, 684. Huck, *Ubertin von Casale,* Freiburg i. Br. 1903; E. Knoth, *Ubertino von Casale,* Marburg 1903; Fréd. Callaey, O. Cap., *Etude sur Ubertin de Casale,* Louvain 1911, AFH IV, 418, 594 ss.

VIII. — Cod. n. 190. partim membr. et partim chartac., mill. 297×220; ff. 245. (insuper unum adest initio folium insiticium); nitidissima manu per totum exaratus saec. XV°, ante medium. Verso folii ad custodiam brevis index voluminis legitur; in cuius fine: « Et pertinet fratribus sancte Crucis de claro loco extra muros opidi Huyensis, Leodiensis dyocesis ». = Diversi insunt Tractatus Theologiae Asceticae. Ad nostram vero rem non nisi duo spectant:

1. (f. 138r–200r) **De septem Processibus Religiosorum Fr. David ab Augusta** O. Min.

(f. 138r) *Rubr.* « Incipit liber profectus religiosorum primus ». = *Incip.* « Processus primus. Profectus religiosi septem processibus distinguitur, licet non ab omnibus attinguntur. Primus est in fervore novitiatus »... *Des.* (f. 200r) « pro acceptis vel promissis, que nobis Dominus concedat adipisci, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen ». = Tertius est liber operis Fr. Davidis ab Augusta *De exterioris et interioris hominis compositione* ». cfr. editionem Ad Cl. Aqu. 1899 161-378; MS. nostrum non citatur in elencho Codicum. Cfr. p. XXV.

2. (f. 201r–245r) **Ordinarium vitae religiosae Fr. Ioannis Wallensis** O. M.

(f. 201r) *Rubr.* « Incipiunt capitula libri qui dicitur *ordinarium vite religiose* sive *alphabetum* a fratre Iohanne Walensi compilatum. Cuius prima pars dicitur *dietarium* sub quo continentur capitula ista et tituli. De defectiva et varia temporis qualitate: primum capitulum sub quo continentur septem temporis defective qualitates vel conditiones. = (f. 201v). *Rubr.* « Incipit ordinarium vite religiose sive alphabetum a fratre Iohanne Walensi de ordine fratrum Minorum compositum ». = *Inc.* « Numquid nosti ordinem celi et rationem eius pones in terra? = *Des.* (f. 225r) abbacuc. iij. super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. = *Rubr.* Incipit *secunda pars* quae dicitur *locarium.* = *Incip.* Volo viros orare. = *Des.* (f. 229r) in omni loco levantes puras manus. = *Rubr.* Incipit *tertia pars* que dicitur *itinerarium. Incip.* Admonendus est vir religiosus et maxime... *Des.* (f. 245r) tui meriti manus levet. Et in hoc finis istius collacionis. = *Rubr.* Explicit ordinarium vite religiose a fratre Iohanne Walensi compositum ». = Cf. Sbaralea, *Suppl.*, 427 sqq. Opus ter editum est, cf. *Hist. litt. de la France,* XXV, 1869, 177-200. AFH, IV, 413.

IX. — Cod. n. 298. chartac. mill. 202×130, ff. 234 plenis lineis, diversis manibus currente saeculo XV° et XVI° exaratus, (index contentorum adiectus est mediante saec. XVIII°). Initiales et nonnullae rubricae minio sunt ornata. Codex est « liber Conventualis » celebris Benedictinorum Monasterii in civitate Sancti Trudonis, et

inceptus est scribi « sub D. Georgio Sarens » (1). Continet inter diversa nobis aliena:

(f. 52v–60v) **Historia Martyrii B. Thomae Mori IIIii Ordinis.**

Rubr. « Ordo condemnationis Thomae Morii Cancellarii primarii aliquando regni Angliae, quia in incestas nuptias regis Henrici Octavi assentire, eumque caput summum Ecclesiae anglicanae fateri noluerit. Per dominum *Gerardum Moringum,* s. Theologiae licentiatum. *Incip.:* Thomas cognomento Morus, vir publico orbis suffragio. *Des.* eruditissimis scriptorum monumentis floruit, stabit incolume manens secum preconium Mori trahet. Omnisque proprietas illius in te studium verumque amorem admirabitur tuorum in eum immane flagitium exsecrabitur ». = Tractatus noster videtur ignotus D. Em. Van Arenbergh, qui in *Biogr. nat.* disserebat de ill. Gerardo Moringo († 1556). — Vid. P. Bridgett, *Life and Writings of Sir Thomas More,* London 1891.

X. — Cod. n. 278. chartac. mill. 195×135, ff. 221. Variis manibus saec. XV° et XVI° conscriptus, plenis lineis. Rubricae et Initiales exarata sunt minio. Est « liber conventualis » perantiqui monasterii Sancti Trudonis in Hesbania, dioeceseos Leodiensis. Ad rem franciscanam spectat:

(ff. 15r–33v) Tractatus dogmaticus **de cultu Sanctorum Fr. Lamberti** O. F. M. (2).

(f. 15r) *Rubric:* « Sermones venerabilis patris D. Lamberti, minorite, habiti in ostensione reliquiarum. = *Incip.* Potens es Dne et veritas in circuitu tuo. Scripta sunt haec verba ps. 88 ». *Des.* « quam et nos his mediis preparari possumus ad gratiam merendam. Potens es Dne et veritas in circuitu tuo. ps. 88 ». = Ineditus tractatus noster, 14 collatiunculis exhibet totam doctrinam de veneratione et invocatione Beatorum.

XI. — Cod. n. 271. Papyreus, mill. 155×100, ff. 190. Duplici saltem manu, mediante saeculo XVIII° exaratus. Est liber manualis Guardianorum Prov. Flandriae Fratr. Min. Recoll. exhibens *Tabulas familiarum,* uti dicunt, Capituli scil. provincialis an. 1749 et an. 1752 et Congregationis intermediae.

Status Provinciae Flandriae 1749-1752.

(f. 2r) *Rubr.* « Sequuntur series, numerus, occupationes religiosorum, totalisque dispositio Conventuum almae provinciae Flandriae FF. Minorum Recollectorum ab anno 1749 in quo in Ministrum Provincialem electus est pro 3a vice Rdus admodum Pater Simon Iosephus Ticebaert (3), S. Theol. Lector Iubilatus, necnon totius ordinis sancti Francisci Diffinitor generalis ». *Incip.* (f. 2v) « Conventus Namurcensis habet cellas ». *Des.* (f. 120r) « le 7 7bre communiqué au gardien de Liège. 340 à 7 ».

XII. — Cod. n. 148. partim membr. partim. chart., mill. 300×221, ff. 196. (insuper duo fol. membranea ad custodiam initio), nitida manu, in duobus columnis, mediante saec. XV° exaratus. Omnes rubricae, uti

(1) Georg. Sarens Mechliniensis, obiit 1 April. 1558. Vid. Julien Lambrechts O. F. M., *Nécrologie de l'abbaye Benedictine de S. Trond,* pp. 40 et 86. Louvain 1900. (2) Forsan est Fr. Lambertus Willot, de quo cf. S. Dirks. *Hist. litt. des Fr. Mineurs... en Belgique* etc., Anvers [1885], 101-2.

(3) Rdus Pater Simon Iosephus *Thibesart,* Lector Iub. et Ecclesiastes facundissimus, Provincialis electus est in capitulis an. 1731, 1740 et 1749.

Initiales et tituli currentes, non atramento, sed minio sunt descripta. Originem codicis invenies in primo fol. insiticio: « Iste liber pertinet fratribus sanctae crucis in Leodio ». Continetur:

Postilla Fr. Nicolai de Lyra O. M. in Genesin et Exodum.

Lubet ex insiticio 2v fol. hanc notitiam biographicam transscribere: « *Magister Nycolaus de lira melior fuit hebreus a tempore hactenus sancti Hieronimi in Ecclesia. In villa enim dicta Lira, in cuius convicinio ego ipse fui, erat pauper homo habens filium scolas puerorum christianorum frequentantem. Quando ergo puer iste venit ad patrem dicens: Pater ego deberem habere doctrinale* (1), *auctores et similia, pater dixit: Vade, trufator, ad scolas judeorum, non habeo unde possum tibi libros dare. Puer iste obediens venit ad iudeos, ipsum libenter recipientes, sub' spe ut docentes, ipse fieret iudeus. Ipse ergo tantum profecit quod per spiritum sanctum inspirantem factus est istorum perfidorum Magister. Post hec effectus frater Minor, ubi tam profecit ultra alios quasi vocatus a Deo, quod factus est magister in theologia magne reputacionis. Hinc satis antiquus, quia vidit libros Biblie tot esse expositos allegoriis, tropologiis et analogiis, quod textus historicus quasi totus fuit mortuus, non curatus; zelo Dei, cum timore quod non posset perficere, incepit tamen hystorialiter exponere bibliam, recipiens semper locis certis dicta iudeorum, in multis eos confundens. Que ego dono Dei attente legi et scripsi cum notabilibus sue expositionis. Et demum tanto tempore vixit, quod expleta Biblia hystorialiter, postea moralizabat pulcherrime. Iste quum legit istam, secuti sunt eum viri magni, nobiles de scolis, volentes reverencialiter deducere. Hoc perpendens, retrospiciens dixit: quo tenditis, filii, quo tenditis? Et illi: volumus vos, Magister, deducere. Iste: non, filii, non: ite vias vestras, nolo habere caudam. Hoc est: nolo, associari a multis quia pauper frater sum. Sepultusque est Parisius ad minores, in loco capitulari* (2) ».

1. (f. 1ra–109va) Postilla eiusdem in Genesin.

Rubr. « Incipit prologus de commendatione sacre scripture ». *Incip.* « Hec omnia liber vite. Ecclesiastic. 24. Secundum quod dicit b. Greg. » *Des.* « descendamus ad litteram exponendam ». *Rubr.* « Incipit postilla fratris Nycolay de lira super gen. ». *Incip.* « Capitulum I. In principio creavit.... Omissis divisionibus ». *Des.* « resurgere cum Christo resurgente. Cui est honor.... Amen ». *Rubr.* « Explicit postilla fr. Nicolay de lyra super genesim ».

2. (f. 109va-196vb). Postilla eiusdem in Exodum.

Rubr. « Incipit postilla fr. Nyc. de lyra sup. Exodum ». *Inc.* « Capitulum I. Secundum quod dicit Ysidorus I l. ethymol. ». *Des.* altare incensi: duo cherubin et propiciatorium in locis infra descriptis ». — Sequitur hic figura Tabernaculi Templi Hierosol., varietate colorum depicta, sicut et nonnullae aliae figurae in textu occurrentes.

Lectionem codicis n. 148, necnon et sequentium, qui opera nostri *Lyrani* exhibent, omnesque ex monasteriis Cruciferorum Leodiensium proveniunt, cum textu editionum « ab incunabulis » contulimus, scil.: *In Vetus et Novum Testamentum*, 4 vol. in fol. s. l. e. a. (in Biblioth. Acad. Lovaniensis. H. L. n. 226); *Mistica seu moralis expositio sacri Canonis*. — 1 vol. in-fol. Coloniae 1478. (in Se-

(1) Id est grammaticam lat. Alex. de Villa Dei, *Doctrinale Puerorum*.

(2) Eadem notitia legitur in Cod. II, 1119 Bibliothecae Regiae Bruxellensis, e quo eam ed. H Labrosse, ap. *Etud. Franc.* XVI, 1906, 395-6; postea comperit textum esse quoque in hoc MS. Leodiensi, l. c. XVII, 1907, 489 n. 3.

minario Namurcen. II. 3.). Demptis nonnullis Prologis et Replicis. quae desiderantur in MSS., textus omnino concordant.

XIII. — Cod. n. 214. Partim membr. et partim chart., mill. 302×220, ff. 202, unica manu, mediante saeculo XV°, binis columnis conscriptus. Rubricae, Initiales, tituli currentes, et lineae textum sacrum subducentes, exarata sunt minio. Initio adsunt quatuor et ad calcem unum folium ad custodiam. In interiore parte coperturae legitur: « Liber conventus fratrum sanctae Crucis Leodiensium », dum in ultimo folio habes: « Explicit casus Ruth una cum aliis libris perscriptis anno Dni MCCCCLXV, 20ª die mensis 2ⁱ, per manus unius fratris, cuius nomen sit scriptum in libro vite ». Adest:

1. (f. 1-36). **Postilla Fr. Nic. de Lyra in Leviticum.**

Rubr. « Incip. postilla nycholay de lira sup. lib. Levit. ». *Incip.*: « Capitulum I. Vocavit autem etc. Sicut dictum fuit in princ. Exodi ». *Des.* « Hec sunt mandata.... et patent ». *Rubr.* « Expl. postilla nycholai de Lira sup. Lev. ».

2. (f. 36rb–84rb). **Postilla eiusdem in librum Numer.**

Rubr. « Incip. post. nycholay de lyra sup. l. Num. ». *Incip.* « Capit. I. Locutusque est Dominus. Ex praedictis in precedentibus ». *Des.* « Hec sunt mandata... quantum ad iudicialia ». *Rubr.* « Expl. numeri. Deo gracias ». = (Nota, hic desiderari figuras depictas, quae adsunt in aliis codicibus).

3. f. 84ra-137ra) **Postilla eiusdem in Deuteronomium.**

Rubr. « Inc. post. fr. Nycholay de lyra s. l. Deut. ». *Incip.* « Cap. I. Declaratio sermonum... Sicut dictum fuit in princ. Ex. ». *Des.* « In omnibus signis facta per alium prophetam in veteri lege ». *Rubr.* « Expl. post. lyre sup. Deut. ».

4. (f. 137va-167vb). **Postilla eiusdem in Iosue.**

Rubr. « Inc. postilla Nycholai de lyra sup. l. Iosue ». *Incip.* « Capitul. I. Introduces eos... Secundum hebreos a libro Iosue incipiunt libri prophetales ». *Des.* « Phinees et filii eius; et totum mutatur... non est in hebreo nec in libris correctis ». *Rubr.* « Expl. l. Iosue ».

5. (f. 168ra-198ra). **Postilla eiusdem in l. Iudicum.**

Rubr. « Incip. post. Nycholay de lyra s. l. Iud. ». *Incip.* « Suscitavit Dominus... Sicut in libro Iosue, a quo incipiunt ». *Des.* « ceperunt eas de voluntate vestra ». *Rubr.* « Expl. post. fr. nych. de lira s. l. Iud. ».

6. (f. 198rb-202vb). **Postilla eiusdem in l. Ruth.**

Rubr. « Inc. l. Ruth. ». *Incip.* « In diebus... Hic continenter ». *Des.* « supra dictum est II capittulo ». *Rubr.* « Expl. casus Ruth. ».

XIV. Cod. n. 75. Membr. et chartac., mill. 273×201, ff. 252, una, et quidem nitidissima manu, binis in columnis conscriptus, mediante saec. XV°. Rubricae, initiales (nonnullae sunt varietate colorum ornatae), tituli currentes, et lineae textui sacro subductae, minio sunt exarata. In folio custodiae ad caput legitur: « Pertinet fratribus s. Crucis in Leodio. Et continetur in eo postilla Nicolai de Lira sup. Regum et Paralip. ». Fol. 190v-192v. alba sunt relicta: nihil tamen in textu desideratur. Continetur in codice:

1. (f. 1ra-1va). **Prologus Nicolai de Lyra in ll. Regum et Paralip.**

Rubr. « Inc. prologus fr. Nycholai de lyra sup. postillam Regum et Paralip. ». *Incip.* « Per me reges regnant. *Des.* « Dabo tibi regem... ut patebit persequendo ».

2. (f. 1va-65va). **Postilla eiusdem in l. I Regum.**

Incip. « Capit. I. Fuit vir unus. Circa materiam igitur ». *Des.* « pro morte Saul et filiorum eius ». *Rubr.* « Expl. post. Regum ».

3. (f. 66ra-107va). **Postilla eiusdem in l. II Regum.**

Incip. « Factum est autem. Postquam in I libro actum est ». *Des.* « templum per Salomonem... III cap. Deus (*sic*) gracias semper. *Rubr.* « Expl. post. venerabilis Magistri Nicolai de lyra sup. II l. Reg. ».

4. (f. 107va-154vb). **Postilla eiusdem in l. III Regum.**

Rubr. « Inc. post. eiusdem sup. III l. Reg. *Incip.* « Capit. I. Et rex David... In precedentibus libris actum est de regno ». *Des.* « de cetero solvantur per regulas superius datas ». *Rubr.* « Expl. post. Magistri Nic. de lyra sup. III l. Reg. ».

5. (f. 154vb-190rb). **Postilla eiusdem in l. IV Regum.**

Rubr. « Inc. Post. eiusdem Venerabilis Magistri sup. l. Regum ». *Incip.* « Prevaricatus est. Postquam actum est III libro de regno bipartito ». *Des.* « et disponens omnia suaviter. Cui est honor... Amen » *Rubr.* « Expl. post. fr. Nicolai de lira super IV. a. D. 1451 Infra terciam et secundam horam post prandium in profesto Dedicationis ecclesie conventus eiusdem. Quod evenit VII idus iulii; Ihesu sit semper benedictus ».

6. (f. 193ra-193rb). **Prologus eiusdem in ll. Paralipomenon.**

Rubr. « Prol. Magistri Nic. de lyra sup. ll Paralip. ». *Incip.* « Colligite fragmenta... Secundum sentenciam b. Augustini sup. Ioannem ». *Des.* « magis videbitur in huius libri divisione ». *Rubr.* « Expl. prologus ».

7. (f. 193rb-226rb). **Postilla eiusdem in l. I Paralipomenon.**

Rubr. « Inc. liber I ». *Incip.* « Adam, Seth. etc. Lib. Paralip. sic dividitur ». *Des.* « habetur superius... capitulis ». *Rubr.* « Expl. Post. Magistri Nic. de lira sup. I l. Paralip. ».

8. (f. 226rb-252ra). **Postilla eiusdem in l. II Paralipomenon.**

Rubr. « Inc. Post. eiusd. sup. II l. ». *Incip.* « Capit. I. Confortatus est... Postquam in I libro actum est de regno israhel ». *Des.* « ut plenius habetur Esdre primo ». *Rubr.* « Expl. post. sup. ll. Paralip. Venerabilis Magistri... a. D. 1458. In dies S. Iohannis ante portam latinam, per quendam fratrem alme Crucis professum Conventus Leodiensis. Orat scriptor ne vendatur liber, quia in eo aliquando dominicis diebus et festivis scripsit ».

9. (f. 252rb-252va). **Postilla eiusdem in orat. Manasse.**

Rub. « Oracio Manasse ». *Incip.* « Domine Deus. Ista oracio.... non est in hebreo ». *Des.* « ordines angelorum et tibi est gloria in saecula saecul. Amen. ». *Rubr.* « Epl. expositiò orat. r. Manasse, sec. venerab. Magistrum Nich. de lyra, sacre theol. doctorem eximium ».

(Continuabitur).

Namurci. P. Hugolinus Lippens, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Huck, Dr. Ioh. Chrysost.** — *Ubertin von Casale und dessen Ideenkreis. Ein Beitrag zum Zeitalter Dantes.* — Freiburg im Breisgau, Herder, 1903, in-8°, VIII, 107 pp. (M. 2,80).
2. **Knoth, Dr. Ernst.** — *Ubertino von Casale. Ein Beitrag zur Geschichte der Franziskaner an der Wende des 13. und 14. Jahrhunderts.* — Marburg, N. G. Elwert, 1903, in-8°, 163 pp. — (M. 3,60).
3. **Callaey, Frédégand, Dr.** O. M. Cap. — *L'Idéalisme franciscain spirituel au XIVe siècle. Etude sur Ubertin de Casale.* — Louvain, Bureau du « Recueil »; Paris, A. Picard; Bruxelles, A. Dewitt. Roulers, impr. J. de Meester, 1911, in-8°, XXVIII, 280 pp. — (Fr. 5,00). — (*Université de Louvain. Recueil de travaux publiés par les membres des conférences d'histoire et de philologie,* 28e fascicule).

1. Inde ab anno 1903 modo iam prodit biographia tertia Fr. Ubertini de Casali O. M., Spiritualium pro regulae et paupertatis S. Francisci puritate absoluta summe zelantium antesignani. Primam evulgavit vitam R. D. J. Chr. Huck, qui stilo alacri, quamvis minus acuratiore, non adeo biographiam texit exactam quam ideas principaliores Fr. Ubertini theologicas, apocalypticas, allegoricas, adumbravit, nexum eorumdem demonstrans praesertim cum doctrinis Ioachimi, abbatis celeberrimi Florensis O. Cist. († 1202), atque aliorum auctorum eodem vel simili spiritu informatorum. A. persuasum sibi habuit (p. V) necnon et lectori persuadit: illum qui Ubertini vestigia persequi vult, in Dantem quoque media in via offendere, demumque ad Ioachimum deductum iri. — In Introductione (1-9) A. exponit theses, sibi invicem contrarias, ineunte saeculo XIV circa potestatem ecclesiasticam et civilem, sive circa papatum et imperium vigentes etc., v. gr. etiam *in Defensore Pacis* Marsilii Patavini et in Dantis *Comoedia Divina* expressas, et reformationem quamdam generalem mox futuram portendentes. Tunc (10-20) breviter delineat controversias de paupertate evangelica in Ordine FF. Minorum agitatas. Cap. III (20-50) item brevi describit vitam (20-7; 48-50) et scripta Fr. Ubertini, quid in « magna disceptatione » de paupertate coram Clemente V (1309-12) disceptaverit (27-40; 46-8) et dum scripta Fr. Petri Iohannis Olivi defendebat (40-6). Cap. IV: « Quid Ubertinus de tempore suo iudicaverit », exponit ipsius ideas circa abusus divitiarum etc. in ecclesia (50-5), conceptus eius ecclesiastico-politicos, quos evolvit praesertim in libro V *Arboris vitae,* presse Ioachimum Flo-

rensem secutus (55-60), in Bonifacium VIII necnon et in Benedictum XI acerrime invectus (60-5); adduntur quaedam circa eius teologiam etc. (65-69). Ultimum denique caput inscriptum: « De relationibus Ubertini ad Ioachimum, Dantemque », agit primo de scriptis Ioachimi genuinis spuriisque (70-82), utens praesertim codice 70 Bibl. S. Ant. Paduae (76); deinde conceptus communes Ioachimi et Ubertini (quae tamen et aliis « Spiritualibus » innotuerant) indigitat (82-90). Alia quoque scripta apocalyptica commemorat, v. gr. *Dicta Merlini* (80-1), *Oraculum S. Cyrilli* (Constantinopolitani, 90-2) et *Responsionem Ioachimi* ad hoc Oraculum, quae conficta ei videtur primum c. 1254-68 (92-3); cf. et ALKG II, 327 ss., et modo AFH II, 645 s.; *Liber de Pontificibus* (congestus circa an. 1305-14; 94-9), demum *Prophetiam Telesphori: De magnis tribulationibus* (99-107), quae Schismatis Occidentalis tempore (1378-1417) scripta fuisse videtur a quodam Spiritualium (Fraticellorum) idearum gnaro.

Negari nequit biographiam hanc quandoque confusiorem esse, cum doctrinarum seriem prosequatur, tempora miscens; saepius quoque in notis allegandi erant auctores, iique plures qui A. effugerant, v. gr. circa Ioachimum cf. P. Fournier, *Joach. de Flore et le Liber de vera Philos.* ap. *Rev. d'hist. et de litt. relig.*, IV, 1899, 37-66; cf. BECh. XLVII, 1886, 394-417. (Huck, 82 n. 3); *Joach. de Fl., ses doctrines* etc. ap. RQH LIII, 1900, 457-505; quas tres diss. modo collegit in op. *Etudes sur Joachim de Flore et ses doctrines*, Paris 1909, in-8°, 102 pp.; E. Schott, *Joachim, der Abt von Floris*, ap. ZKG XXII, 1901, 343-61. — Fr. P. Iohannis Olivi obiit 14 mart. 1298 (39, cf. 22), cf. ALKG III, 441. — Liquido patet p. 24 n. 2 falso dici Ubertinum *Arborem Vitae* iam 1304 maximam partem concinnasse, cum Benedictus de Anagnia sit Bonifacius VIII, et ibi agatur de alio libro. — De Michaelis Caesen. morte cf. AFH III, 657-9. — *Tractatus de VII statibus ecclesiae* nec Ioachimi, nec Ubertini est, sed excerptus fuit, quibusdam immutatis, e l. V *Arboris* (73 n. 2; Knoth, 31-4); eum Telesphorus quoque adhibuit (100). P. 38 n. 1 citatur Zambrini, *Storia di frate Michele* etc., Bologna 1864, sed erronee, cum agatur de p. XVII-VIII et paucae admodum lineae huius extracti, ex Nicolao Minorita, de re illa agant iuxta *Cod. Magl.* XXXIV, 76; cf. et Eubel, BF V, 224 not. In genere notandum ideas principaliores huius primae biographiae iam expositas fuisse à F. X. Kraus, *Dante, sein Leben und sein Wertk*, Berlin 1897. Alia corrigenda ex infra dicendis innotescent.

2. Pressius accuratiusque de ipso Fr. Ubertino agit cl. E. Knoth, qui libri sui tertiam ferme partem antea vulgaverat in diss. *Ubertino von Casale. Sein Leben und seine Schriften* ap. *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, N. F. IX, Leipzig 1901, 101-50. In cap. I libri sui, qui paulo post opus praecedens prodiit, vitam Ubertini (1-9) exponit usque ad an. 1305, quo *Arborem Vitae* dictavit, quam summatim describit (9-14), in cap. II (15-30), plurima de eo referens, probansque Ubertinum plura ex scriptis S. Bonaventurae, scil. *Ligno Vitae, Apologia Pauperum* etc. (15-9) hausisse; exponens deinde iuxta *Arborem Vitae* Ubertini doctrinam de Perfectione (19-20), de Gratia, Sacramentis etc. (20-4), hymnos quoque *Arboris* partim referens (24-30). Etiam cap. III: « De conceptibus apocalypticis Ubertini » (31-50) in *Arbore* fundatur, in quo conficiendo Ubertinus usus etiam est Postilla Iohannis Olivi in Apocal. (40-2). Plura quoque de Regula et Intentione S. Francisci continet *Arbor* (54-8), quae res faciunt ad cap. IV « De disceptatione magna de paupertate » (51-140). Usus scriptis polemicis Fr. Ubertini, quae edidit cl. v. Fr. Ehrle ap. ALKG II, et III, accurate singulas accusationes Ubertini contra Communitatem latas enumerat (61-107), fidiore quam par est calamo, quaeque ad defendendum Petrum Olivi dis-

cusserit Ubertinus, proponit (107-22). Quae «ad crisim accusationum Ubertini» pauca (125-7) subnectit A., postquam per tertiam operis partem (60-125) illas querelas singillatim protulerit, ad aequum de eis iudicium de Ordinis FF. Min. statu tunc temporis, ferendum sufficere nequeunt, cum ex omnibus liqueat Ubertinum summo studio et ira (non «quiete», 127 l. 2) accusationes, querelas, etc. congessisse et quidem modo generaliore omnes, qui non Spirituales hyperboli erant, increpans. Neque eius persona sive ingenium solum (127-9), (quod «extremum» certo erat), res incusatas veridice increpatas esse etc. probare potest. — Ultima libri pars tractans annos 1321 seqq., de lite «theoretica» circa paupertatem agitat, ibique probare studet A. Ubertinum fuisse auctorem secundae partis, sic dicti «excursus spiritualistici» Appellationis Ludovici Bavari, 22 maii 1324 contra Iohannem XXII publicatae (146-57) et in Lombardia «fabricatae» (156). Ubertinus item auctor partialis fuisset Sententiarum 18 april. et 12 dec. 1328 contra eumdem pontificem latarum (157-61). Ubertinus forsan an. 1338 supremam obiisse diem dici potest.

Praeter gravem supra iam adnotatum defectum (596 l. 1-9) iuvat hic et subiungere sequentes. Immerito K. censet (4 n. 2) dicta in Prologo *Arboris* (f. 1rb) hausta esse e *Diario* quodam Ubertini. — P. 6-7 male se fidit *Chronicae VII trib.*, ALKG II, 130 s., cum ibi *Prologo Arboris* f. 1v-2r contradicat. P. 7. n. 2 agitur reapse de Benedicto XI. — Ad p. 13 n. 4, cf. Callaey, 300. — Doctrina S. Bonaventurae de Sacramentis (21) habetur in eius *Com. in IV l. Sent.* dist. 1 sqq. — P. 22 n. 2 omnino erronea est. — P. 26 hymnus: *Iesus decus* etc. non est Ubertini, sed longe antiquior; cf. Chevalier, *Rep. hymnol.*, n. 9525. — P. 31-4 recte definit quomodo liber: «*De VII statibus ecclesiae*» se habeat ad l. V. *Arboris*. — P. 140 explicatio bullae, BF V, 292 n. 587, de capiendo Ubertino minime quadrat.

3. Post duos priores biographos R. P. Fr. Callaey adcinxit se ad novam biographiam Fr. Ubertini texendam, quam VII in capitibus evolvit docte, accurate et summa diligentia, necnon eruditione et arte, prodens quasdam, quae priores fugerant, de vita Ubertini notitias. Cap. I Ubertini vitae curriculum describit ad annum usque 1298 (1-24), cap. II statum Ordinis FF. Min. circa illud tempus paucis adumbrat (35-43), deinde Ubertini vitam prosequens usque ad an. 1305 (43-57). Capitula duo: III et IV (58-99, 100-40) *Arbori Vitae* dedicat, disserens de eius origine (58-64), fontibus (praecipuis) 64-83, in qua parte biographiam secundam vix superat, de eius doctrinis theologicis (83-89), et quidem accuratius prioribus biographis; de eius doctrinis mystico-politicis, (100-34), uti et Knoth; atque demum quasdam notitias novas adducit de diffusione *Arboris* (134-40), quibus adde notatum AFH III, 761. Sequentia dua capita expandunt, iuxta edita a cl. P. Fr. Ehrle ap. ALKG quae Ubertinus obiecit, increpabat, defensabat, annis 1309-1310 (141-93; 193-216). Ultimum caput de annis, gestisque posterioribus Ubertini narrationem subnectit (217-5), subdens generale de eo iudicium (235-8), non nimis severum.

Opus eruditum R. P. F. C. sane in pluribus duas priores biographias superat, sed non adeo eis praecellit, quia et ipsa, nullum novum documentum pandens, uti et priores duae, innititur documentis iam notis, scil. *Arbore Vitae* et scriptis Ubertini a cl. P. Ehrle evulgatis. P. C. in thesi sua usus est novis, eisque paucis, quae ab an. 1903 circa quaestiones tractatas lucem aspexerunt, inter quae ea quae AFH contulit certe eminent; cf. AFH I, 31ss., 267 ss., 301 ss., II, 158 ss.; I, 617 ss; III

253 ss. etc. — P. XIV-XXVII auctores allegatos enumerat, non semper tamen accurate; v. gr. p. XXVI *Vatik. Akten* etc. quod opus, saepius ei allegandum, prodiit: « Oeniponte 1891 ». Penitus erronee indicatur titulus op. J. Schwalm etc. p. XX; cf. infra 598 l. 34 ss. De MSS. cf. infra 598 l. 41 ss. — P. 177 n. 1 opus Masetti 2 voll. habet.

Pars in qua maxime innovat P. C., est chronologia vitae Ubertini ab an. 1273 ad 1298 (4-16). Natus enim fuit Ubertinus an. 1259, habitumque S. Francisci sumpsit an. 1273: « *XIV anno vitae mee* », ait in Prol. *Arboris* f. 1ra. Deinde: « *novem annis legi, et Parisius fui* », f. 2ra. Cum an. 1285 Grecii B. Iohannem Parmensem visitavit per « *quasi XIV annos* exercitia *circa forinseca Iesu* », f. 1va peregerat (i. e. f. 1rb-va descripta); unde numeri 1273 et 1285 quadrant. Grecio, visitata Roma, Florentiam venit «*sub titulo studii*» f. 1vb., ibique cum viris spiritualibus conversabatur (l. c.) et ab aestate an. 1287 (ALKG III, 430 s.) sub magistro Fr. Petro Iohannis Olivi (f. 1vb); summoque cum fructu Florentiae praedicabat. « *Et circa quadriennium tantum legi et post hec omnia priora relinquens, soli Iesu predicationi intendi* » f. 2rb. An. 1289, 20 martii obierat Fr. Iohannes Parmensis: « *Et dum ego in remotis agerem et in multis distractionibus... viverem propter status imperfectionem, lectionis officio pressus, in die Pentecostes subito dum ad alia tenderem, Fr. Salomon, minister Marchie venit ad locum, asserens sanctum Dei Ioannem decessisse* etc. » (*Arb.* l. V, c. 4). — Ex his ergo locis ipsius Ubertini liquet chronologiam novam a R. P. C. propositam, iuxta quam in Provincia sua Ianuensi studiis incubuisset 1272-85, deinde item Florentiae 1285-89, ac tertio Parisiis 1289-98, admitti non posse. Primo enim nil obstat, quominus post peractum novitiatum Parisios missus sit (cf. et 176; ALKG III, 113); secundo si Florentiae studens adeo novellus fuisset, publice adeo praedicare ei non licuisset; ergo illud: «*titulo studii*» sensu quodam largiore sumendum videtur. Tertio nil mirum, quod Marchiae Minister Ubertinum Florentiae, quod a Grecio satis distat, inviserit, valde autem, quod eum Parisiis viderit, ubi non 1289, sed 1292 Capitulum Generale fuit. Porro quomodo admittamus Ubertinum tot annis (1273-1298) studiis deditum fuisse, cum dicat ipse se solos *novem annos* studiis occupatum fuisse, et legisse, i. e. lectorem egisse, constat quoque eum magisterium nullum Parisiis fuisse assecutum. Cur autem A. textum citatum p. 15-16 sic praebeat « lectionis officio *promissus* » (16), magnopere miramur, cum et Editio (1485) et Codd., ut videtur, «*officio pressum* » habeant. Anno ergo non iam studens lectoratui destinabatur, sed lectoratu iam *pressus fuit.* — Nec obstat locus f. 2ra: « *Vigesimo quinto autem anno etatis mee... ad... sanctissime Angele de Fulgineo... me adduxit (Iesus) noticiam* » i. e. c. an. 1285-86. Cod. Ultraiect. 309 (itemque citatio ap. *AA SS* ian. I, 234) ibi habet: « *Vigesimo quinto autem anno religionis mee deformate* » id quod, absque novis difficultatibus occursum B. Angelae assignaret anno 1289. Quae tamen lectio dependet a valore Codicis; *AA SS* l. c. non indicant, unde hauserint suam lectionem. Cf. infra 598 l. 46 ss. Caeterum advertas Ubertinum zelosissimum defectus suos in Prologo (et alibi defectus praelatorum et Ordinis) acerrime semper increpare, absque moderamine ullo, ullaque indulgentia; unde de diversis epochis vitae suae acerbius a se reprehensa ex rationibus internis vix certo tempori adsignari possunt.

Fr. Gerardinus de Burgo S. Donnini non fuit sicilianus (66 s.), sed lombardus, Salimbene, *Chron.* 101 ss; ed. Holder-Egger, 236 ss., licet in Sicilia *crevisset.* Doctor quidam sollemnis Ubertino dixit S. Bonaventuram

in Capitulo Gli Parisiensi an. 1266 praedicasse S. Franciscum fuisse *Angelum sexti sigilli* (l. V, c. 3), non vero B. Iohannes Parmensis (130-1). Cf. S. Bonav., *Opp.* X, 59. — Saepius repetitiones inutiles in opere P. C., quandoque diffusiore, occurrunt, 29, 31, 34, 73, 76, 145, 154 etc. — P. 178 l. 8-11 nonnisi phrasis vaga A. est; nec in fonte, ALKG III, 128 ss., fundata. Item quoque dictum de *Discretis* (113) ex Papinio, *Storia di S. Fr.,* II, 230; cf. ALKG VI, 129; supra 518. Nec minus electio Ministrorum Provincialium a subditis (192) antiquum ius fuit; cf. ALKG VI, 125; supra 514. Poncius Carbonellus et Poncius Bautigati idem est Frater, 143, 167, 280; cf. ALKG II, 300, 384, 386; III, 184. Cf. AFH II, 139; 626. — P. 74 n. 1 omnino citandus erat L. Alessandri, *Inventario,* qui liber citatur, 42 n. 2. — P. 250 n. 2 res minime explicatur errore amanuensis, quia nomen integrum in textu legitur. — P. 250 (cf. XXVII) in *Hist. litt.,* XXXIII, 596 agitur de diss. de Ioh. de Ianduno etc. — P. 252-4 et « Bonaventuram » et Andream Richi ex AFH III, 264 allegat, quin ibi (262) dicta de delendo illo Pseudo-Bonaventura animadverterit. — P. 206 n. 2 agitur de MS. Florentino non Senensi; cf. AF III, 705. — P. 206 s. valde arbitrarie A. admittit Ubertinum iam anno 1312 transiisse, nescio quo iure, ad ordinem Cisterciensem. Testimonia enim allata vagiora et confusiora sunt, cum hoc factum alia aliter adsignant annis 1312-1332! Antiquiora vero tangunt solummodo transitum eius *unicum* ad Monasterium scil. O. S. B. Gemblacense, vi bullae 1 oct. 1317: BF V, 127 (219 ss.). — Cf. Tocco, *Stud. franc.,* 516 « fu amazato ».

In genere A., usus disquisitionibus R. P. Ehrle et cl. Knoth, poterat fusius tractare de fontibus directis Ubertini, praesertim in rebus ad Ordinem FF. Min. et fontes antiquiores Ordinis spectantibus, v. gr. 105 sqq. 163 sqq. etc.; usus quoque expositionibus cl. Huck fontes generaliores investigare etiam potuit. Sic enim Ubertini valor atque dependentia, vel etiam proprium ipsius ingenium, magis elucesceret. V. gr. 167 n. 1 Ubertinus dicendus fuisset recte (cf. ALKG III, 182) Capitulum Argentinense (1285) invocasse, cf. l. c. VI, 50. — P. 202 n. 1 agitur de Henrici Secusiensis *Lectura in* Decretales non in *Libr. Sentent.;* agiturque de Huguccione item iuris perito, uti cl. Ehrle III, 390, iam notaverat, cf. Hurter, *Nomenclator,* II² (1904) 249 s., 337 s.. — Allegat quoque pluries falso titulo (XX, 241 n. 3) opus cl. *J. Schwalm,* quod si vidisset, aliter de Appellatione « Sachsenhusana » dicta, locutus esset. Titulus vero sonat: *Die Appellation König Ludwigs des Bayern von 1324 in ursprünglicher Gestalt,* Weimar 1906, in-4°, 32 pp. (cum 3 tab. phototypicis).

In appendice (259-72) agit A. de Editione « unica » *Arboris:* Venetiis 1485, Hain, n. 4451 (262); de editione versionis italicae libri IV, Foligno 1664, iuxta *Misc. Fr.,* I, 171 (262), necnon et de aliquibus MSS. Arboris, scil. 1°) Bibl. Assisiensis n. 328, circa quod addo: Mazzatinti, *Invent. dei MSS. delle bibl. d' Italia,* IV, Forli 1894, 73; (non habet nisi 4 ll.) — 2°) Bibl. Univ. Ultraiectensis n. 309, 310, 348; continent 1 exemplar *Arboris.* — 3°) Vat. lat. 4319. — 4) Bibl. Laurentianae, Plut. XXIII, cod. 18. — In operis decursu pluries A. docte allegavit (3 ss., 64, 76 ss., 85 etc.) textum Editionis (E) necnon et exemplaris Ultraiectensis (U), cuius lectiones saepe praestant E sat neglectae. — Sed alia ex parte U plures locos ex industria omisit (cf. 64, 135, 267) ita ut U praebeat *Arborem* consulto expurgatam (cf. 263-9) ideoque dubium remaneat, quid censendum sit de variantibus U quae E praecellere videntur. Ex versibus 78 s. lectiones plures E lectionibus U praecellere apparet, v. gr. v. 79, versus 4, 6, 9-11, 12 etc. — Denique paucis (uti Knoth, 163) alia opera Ubertini enumerat (269-72). — Addimus versionem italicam libri IV *Arboris* haberi etiam Edinburgi, AFH IV, 156. Eadem versio in Cod. Bibl. Com. Perusii n. 52 inveniri dicitur (261). Codices Sublacenses (261) *Arboris,* n. 43, 93 brevius notantur ap. Mazzatinti, I, 169, 218; et Cod. Bibl. Laurent. Flo-

rent. Plut XXVI, cod. 18 ap. Bandini, *Catalogus* (sic) *Codicum latinorum Bibl. Med. Laur.*, I, Florent. 1774, 768-9; Cod. Caesenas ap. I. M. Mucciolo, O. M. Conv., *Catalogus Codd. MSS. Malatestianae Caesen. Bibl.*, I, Caesenae 1780, 58; non habet nisi ll. 4. — Addimus quoque Cod. *Arboris* esse in Bibl. Munic. Tolosae, n. 42 (63). et in Bibl. Univ. Papiensis; cf. L. De Marchi e G. Bertolani, *Inventario dei MSS. della Bibl. Universitaria di Pavia,* Milano 1894, n. 330, p. 180 (saec. XIV). — Addimus item codices *Arboris* inveniri in *Bibl. Reg. Bruxell.* cf. Van den Gheyn, *Catalogue de MSS. de la Bibl. Royale de Belgique,* III, Brux. 1903, n. 2093 (saec. XV), 2094 (s. XVI), 2095 (mutilus, s. XV i. e. pertingit solum ad l. III, c. 23, f. ult. rb.), 2096 (s. XVI) 2097: i. e. extractum libri IV lingua belgica. — MS Leodiense cf. 588-9.

R. P. Fr. C. tenorem huius biographiae summatim iam exposuerat ap. *Annuaire de l'Université catholique de Louvain.* Rapport sur les travaux du séminaire historique pendant l'année académique 1908-1909, Louvain, Van Linthout, 1910, in-12°, 453-63; *Extrait de l'Ann.* etc. 32-41. — Etiam cap. III et IV libri hic recensiti antea vulgaverat sub titulo: *Les idées mystico-politiques d'un Franciscain Spirituel.* Etude sur l'*Arbor Vitae* d'Ubertin de Casale, ap. *Revue d'Hist. ecclésiast.*, XI, Louvain 1910, fasc. 3 et 4. p. 483-504, 693-727, i. e. pp. 58-82 et 100-140 libri supra examinati, paucissimis mutatis.

Opus doctum, pulchrumque R. P. F. C., his non obstantibus, plurimum commendandum et laudandum venit, quanquam et ipsi non contingit, ut undique fata, doctrinamque Fr. Ubertini, Regulae S. Francisci, sanctaeque paupertatis aemulatoris disertissimi ardentissimique depromat atque illustret.

Ad Claras Aquas. **P. Michael Bihl,** O. F. M.

1. **Schmidt, Dr. Erich.** — *Die Chronik des Bernardinerklosters zu Bromberg. Uebersetzung im Auszuge nebst Anmerkungen und verbindendem Texte.* — Fasciculus I et II. — Bromberg, Gruenauersche Buchdruckerei: Otto Grünwald, 1900, 1901, in-8°, 48, 36 pp. — (M. 3, 00). — *(Königliches Gymnasium zu Bromberg, Ostern* [*Programm*] *1900, 1901, n. 163, 166).*
2. **Kantak, X. K.** — *Kronika Bernardynów Bydgoskich.* — Poznań [Posen], Czcionkami Drukarni Dziennika Poznańskiego, 1907, in-8°, 333 pp. — (M. 6, 00) — (*Odbitka Rocznika Towarzystwa Przyjaciól Nauk Posnańskiego,* tom. XXXIII).

1. Conventus FF. Minorum Bernardinorum (sic in Polonia Observantes vocitantur) Bythgostiae (Bidgostiae), quae Germanis *Bromberg* est, ad flumen Niebrda (germ. *Brahe*) in Prov. Posnaniensi regni Borussiae sitae, fundatus est an. 1480, aream concedente Casimiro IV, Poloniae rege, et annuente Sbignaeo de Olessnica. episcopo Wladislaviensi (Wloclawek), a celebri P. Michaele Bal an. 1480. Chronica huius Conventus annos complectitur 1480-1826. Hoc anno ultimus guardianus scil. P. Felix Kokoszewski obiit, demumque anno 1829 ultimus relig. P. Modestus Nagabczynski; tunc conventus, qui formaliter suppressus non fuerat, transformatus est in seminarium ludimagistris instituendis. Chronicam MS. in bibliotheca parochiae catholicae Bidgostiae adservatam

primus adhibuit Dr. Kühnast, *Historische Nachrichten über die Stadt Bromberg*, Bromberg 1837; an. 1900-1 Prof. Dr. E. Schmidt, eiusdem magnam partem, cuius Bidgostiensium interesse censebat, germanice vertit, non quidem sine mendis, cf. I, 5, 26 n. 1, 34 n. 1; II, 1, 12 n. 4, 31 l. 22, 32, etc. etc.

2. Totam Chronicam, latine scriptam, paucis insertis locis et documentis polonicis, an. 1907 edidit Dr. F. X. Kantak [cf. AFH I, 148; IV, 138 ss., 139 n. 20, 143 n. 20], p. 35-248 (298). Chronica enim revera p. 248 desinit, an. 1821, ibique sequitur: *Catalogus regestratus ad fidem orthodoxam conversorum ab an. 1714* (248-55), tunc: *Tabula benefactorum mortuorum et ab eisdem oblata* etc. (256-80), porro: *Catalogus... sepultorum in ecclesia Conv. Bidgostiensis ab an. 1764* (281-9), itemque: *Catalogus Patrum ac Fratrum* ibidem mortuorum 1485-1826, (290-7). Editor ipse subnexuit 300-1: Tabulam Guardianorum, fontium et auctorum (301) atque Indicem (302-33). — In Introductione (3-34) polonice tractat de MS. Chronicae, eiusque auctoribus, sive scribis (3-12), qui decurrentibus duobus saeculis plures sibi successerunt, deinde quid ad historiam, oppidi Chronica conferat depromit (12-20), historiamque Conventus iuxta Chronicam adumbrat (20-9) etc.

Chronica incepta est scribi anno 1604, usque ad quem annum pauca continet 35-59, si documenta regia excipias, quibus tempore sequiore accedunt alia, quaedamque brevia Pontificia Conventum vel Provinciam concernentia. Deinde accurate de Guardianis, structuris erectis, resarcitisque Conventus, de eius benefactoribus, litibus, sed non sine lacunis, de Capitulis Provincialibus breviter, de Patribus Conventus insignioribus etc. narrat, plura de urbe ipsa, resque populares etc. referens. Inde vero ab anno 1797 (242 sqq.) paucae sunt notitiae relatae. — P. 61-86 plura documenta ad litem de « zuppa salinaria » iuxta Conventum sita eduntur. — An. 1772 provincia civilis homagium praestitit regi Borussiae (230), postquam iam an. 1766 a dioecesi Wladislawiensi ad Gnesnensem translata fuit (228). Anno 1812 « milites dextruxerunt totum monasterium ». — Tertius Ordo S. P. Fr. commemoratur primum an. 1553, sed antea iam ibi exstitit (48); an. 1590 ibi aderat Conventus Monialium III Ord. (54). — An. 1595 erecta est Confraternitas S. Annae (55), an. 1649 Immaculatae Conceptionis (128); an. 1660 S. Antonii Pat. (135); an. 1737 *Via Crucis* (204-5), cuius imagines an. 1755 « sat belle depingere a Bohemis ut moris est, curavit » P. Laurent. Bohenski (220); cf. 233, 238, 244, 47, 49). — *Recollectio* introducta est in Conventum 1623 (108) et 1626 *Reformatio* (111). Cum an. 1724 studium Philosophiae Bidgostia translatum esset Thorunium (183), an. 1725 Rhetorica in nostro Conventu posita est (190), usque ad an. 1737, quo Philosophi illuc redierunt (206); qui tamen an. 1774 in Conv. Lovicensem abierunt (230). — P. 91-2 quaedam leguntur de Pseudo-Reformatore P. Bonav. Turcio O. F. M., an. 1608.

A. accurate textum MS. edit, etiam sphalmata aperta reproducens interiectione *sic* signata, notis vero paucissimis relationes Chronicae quadamtenus illustrat, tantummodo notas marginales MS., ceterum inutiles, ibi adnotans in genere. Quae methodus laudanda vix est. Porro et *sic* saepius interserit, ubi textus MS. minime mendosus est, v. gr. 110 *Faxit* (sic!) *Deus, ut* etc.; 103 *amoris ergo,* ubi « (?) » adnotavit, item 57 *gratitudinis ergo;* 159 *deberet mori;* 92 *iverunt.* etc. etc. Maluissem editorem menda aperta vel dubias lectiones in notas delegasse. — P. 24 legas *ut mox apparebit;* 203 *atra mors;* 182 n. 2 *Comitibus,* n. 3 *deau-*

rari etc. etc. — L. c. illustrare potuit v. gr. tumultum Thorunensem; de quo cf. v. gr. Kujot, *Dokumenta odnoszace sic do sprawy Torunskiéj*, Posnan 1895; F. Jacobi, *Das Thorner Blutgericht*, Halle 1896. — Breve Pii VI ad Borussiae regem editum est v. gr. ap. Lehmann, *Preussen u. die kathol. Kirche*, VI, 211 s; cf. E. Schmidt, II, 34.

Si A. pluribus notis, aliisque allatis subsidiis ex auctoribus (p. 301) allegatis relata a Chronica conventus Bidgostiensis O. F. M. illustrasset, opus suum valde gratum ac doctum, eruditius, utiliusque reddidisset.

Ad Claras Aquas. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

Fierens, Alf. Dr. — *De geschiedkundige oorsprong van den aflaat van Portiunkula, met een aanhangsel over de wereldbrieven van Sint Franciscus.* in-8°, XX, 300 pp. — Gand, Siffer 1910. — (Fr. 4). — (*Koninklijke Vlaamsche Academie voor Taal- en Letterkunde: IV Reeks n. 8*).

Ce travail du vaillant Franciscanisant sur les origines de l'Indulgence de la Portioncule est sans contredit une des plus belles études historiques modernes et la plus complète sur cette question. Il se distingue par sa méthode, sa clarté, la solidité de son argumentation et la logique de ses déductions. L'auteur est maître de sa matière; personnellement il a examiné une grande partie des manuscrits, qui contiennent les sources historiques du célèbre Pardon d'Assise. Il contrôle, complète, rectifie au besoin les travaux de ses prédécesseurs et à l'aide des variantes, il dresse avec un profond sens critique l'arbre généalogique des documents, qu'il classifie en cinq familles différentes. Le manuscrit de l'Alverne (p. 12-4) et le Vat. lat. 4354 (26-7), sont les plus anciens, mais il ne sont pas originaux. L'exemplaire, qui a servi aux copistes, contenait des leçons erronnées; pour cela l'auteur les corrige par les autres codices, surtout par les MSS. de St. Isidore 1 73, (25-6), de Foligne, (18) et du Vat. lat. 7650 (27) représentant à certains passages un texte plus ancien. Les textes, allant du témoignage de Jean de l'Alverne jusqu'à Barth. de Pise (lib. II conf. II), sont édités, avec leurs variantes, de la p. 44 à 103.

D'une main de maître l'A. reconstitue les textes dans leur forme originale (39-103), et les coordonne, en prenant comme point de départ un MS. (de la Bibl. Royale de Bruxelles, II, n. 2326), (v. AFH III, 340 ss.) dont le texte lui paraît provenir de la *Historia Indulgentiae* d'un Fr. André Bajuli, O. M., antérieur à Bartholi (108-113-123; cf. RHE IX-41-6; *Extrait*, 63-8). Puis il examine les différentes narrations de la concession de l'Indulgence en allant jusqu'à Barth. de Pise, 126-149. Le chap. III traite de l'évolution de la légende et l'A. y reconstitue la narration primitive (et véridique) tant de la concession (150-8) que de la publication de l'Indulgence (159-63). Il y examine ensuite quelques facteurs dans l'évolution de la légende, le doublement des légendes en général (164), les lacunes dans les premières dépositions (1657), les contradictions entre ce que l'on contait de la concession et de la publication (167-70); l'influence de la *Leg. Maior*, c. V n. 4, sur la narration (171-2) et autres détails (171-2). Ensuite il esquisse: *L'histoire de la Légende*, 172-5, réduite en une table généalogique à la p. 175. — « Il nous reste, comme noyau historique de toute l'effloraison de la légende de l'indulgence de la Portiuncule, l'entretien de S. François avec le pape Honorius III, à Pérouse [1216] » (106).

Dans le chap. IIIe: *Histoire de l'indulgence*, 176-203, M. F. examine et critique chacun de anciens témoignages. Le récit de Jean de l'Alverne (185-88) présente les meilleures garanties critiques externes et internes de son authenticité et de sa valeur. Il nous reconduit au témoignage du Fr. Massée, *qui accompagna S. François en 1216 à Pérouse,* pour solliciter l'insigne faveur du pape Honorius III, tout aussi bien que celui de Fr. Marin (200-2), neveu de Fr. Massée, dont le récit, à l'origine fort succint et très simple, évolua dans une floraison légendaire abondante.

La seconde partie du chap. IIIe, intitulée: *L'Indulgence dans l'histoire du XIIIe siècle,* 204-32, démontre que celle-ci n'était pas alors une anomalie aussi étrange (204-7). L'A. attaque ensuite directement l'hypothèse du Dr. P. A. Kirsch (201-19; cf. AFH I, 31-44), et au moyen du témoignage de François de Fabriano (221), des allusions (?) de Frédéric Visconti, publ. dans l'AFH I, 653-4 (225-7), et de S. Bonaventure, *Leg. Mai.*, c. II n. 8 et III n. 6 (v. AFH II, 156) ainsi que des textes parallèles de Thomas de Celano, I Cel. XI, n. 26; II, Cel. I, c. XIII, n. 20 (203-3), M. F. croit pouvoir faire disparaître le fameux *argumentum ex silentio*, qui fut avant tout le cheval de bataille des antagonistes de l'authenticité du Pardon d'Assise. La réserve, la discrétion des premiers biographes s'explique par la crainte d'un conflit avec les évêques, qui se sentaient forts de l'appui des Cardinaux, dont ils n'ignoraient point les dispositions défavorables à l'Indulgence.

Nous ne saurions toutefois accorder au Dr. F. que l'acte notarié, qui dresse les dépositions de Benoît et de Regnier d'Arezzo en faveur de l'Indulgence, soit l'œuvre d'un faussaire (188-97, texte p. 47-9), uniquement préoccupé de trouver une réponse péremptoire aux objections de ses adversaires. L'emphase avec laquelle les deux frères mineurs établissent leur crédibilité, peut s'expliquer par la préoccupation de faire impression sur le grand nombre de frères et de sœurs, qui appartenaient aux trois Ordres et qui, peut-être, ne les connaissaient pas suffisamment, d'autant plus qu'ils avaient résidé longtemps en Orient. Les *secreta ordinis*, dont il est parlé dans cet acte, ne sont nullement en état de nous mettre en garde contre son authenticité, (v. AFH IV, 505 s). Certes il peut y avoir existé des *secreta ordinis;* Benoît d'Arezzo étant provincial et du parti observantin, peut les avoir connus, et ce ne serait guère étonnant que l'Indulgence de la Portioncule, dont la publication intempestive aurait engendré des difficultés à l'Ordre, ait été du nombre. La formule employée pour désigner la source de leur témoignage: *Confiteor me frequenter audivisse a quodam* SUPRADICTORUM SOCIORUM *S. Francisci, qui vocabatur Masseus de Marignano* (48), ne prouve nullement, à mon avis, que l'acte notarié ait eu originairement plus d'étendue. Dans un acte de ce genre on cherche naturellement à rapprocher les textes pour éliminer toute confusion possible. Ces *supradicti socii,* peuvent donc très facilement se rapporter aux mots: *sociorum suorum socius fui* (47), qui se trouvent au début de l'acte.

L'ouvrage du Dr. Fierens l'emporte sur les travaux précédents par une étude très minutieuse des manuscrits, le classement généalogique et la reconstruction du vrai texte.

M. le Dr. F. a encore ajouté un appendice, qui n'a cependant rien à faire avec le corps de son savant ouvrage: *Wereldbrieven van Sint-Franciscus*, 239-80, c'-à-d.: « Les lettres encycliques de S. François ». Ce sont dans les *Opusc. S. Fran.*, la *Ep. I: Ad omnes fideles*, 87-98 (250-62;

nous la désignons par A); [*Ep.*] *De reverentia corp. Domini, Opusc.*, 22-4 (262-68; B) *Ep. IV: Ad populorum rectores, Opusc.*, 111-2 (268-70; C) et *Ep. V: Ad omnes custodes, Opusc.*, 113-5 (271-7; D). Sans en tenter une nouvelle édition, l'A. fait ressortir les relations entre ces lettres et les autres opuscules de S. François, et prouve à nouveau (v. *Opusc.*, 182) 1°) que le fragment de Volterra n'est qu'un extrait d'A etc.; 2°) que la forme plus étendue de B dans Wadding, *Opusc. S. Fr.*, 1623, 43-5, est la forme authentique; 3°) il admet, sans dire ni apporter rien de neuf, que C est authentique; enfin 4°) il croit que les deux formes de D ne sont que « des fragments ayant formé, autrefois, un tout ». Suit encore un index très circonstancié, qui termine le très érudit volume de l'éminent historien, digne d'un maître, tel que le savant professeur M. Cauchie de Louvain. Un grand nombre de franciscanisants regretteront, sans doute, que l'A. n'ait pas écrit en français cet ouvrage d'un intérêt si général et d'une si grande portée.

Stanislaus Van de Velde, O. F. M.

COURRIER BIBLIOGRAPHIQUE FRANÇAIS.

PROVINCE DE PROVENCE.

L. de Noël. — *Reconstitution du couvent des Franciscains de Villefranche-de-Conflent*, dans *Revue d'hist. et d'Archéol. du Roussillon*, IV, 1903. — Perpignan, Payret, 1903, in-8°, pp. 97-114, avec 2 pl.

Couv. fondé en 1279; la date de 1258 ne s'appuie sur rien. En 1288 les Fr. Min. construisent un canal dérivé de la Tet pour l'irrigation de leurs propriétés. En oct. 1333, le roi de Majorque séjourna au couv. Vers 1365, Pierre Oliver lègue 50 sous pour « un mantel de sendat qui servira à l'image de la V. M. dans ma chapelle des F. M. de Vill ». Bénéfice fondé en 1391 dans l'église des F. M. Quatorze relig. habitaient le couv. en 1399 (101). Ils possédaient plusieurs terres en 1472. Couv. abattu en 1674 et 1676 comme nuisible aux fortifications; 12 000 l. d'indemnité. Nouveau couv. bâti en ville, qui subsista jusqu'en 1772. L'ancien jardin fut vendu le 25 janv. 1777 par le min. prov. Jean-Louis Fontrouge moyennant des rentes fixes au couv. de Perpignan (102). Tobra de Bordas, *L'Ordre de S. Fr. en Roussillon*, p. 64-66, dit que « l'église avait 60 m. de long, 16 m. de large et 20 m. de haut (105) »; or les fouilles faites en 1900 ont donné 31 m. 60 de long, sur 6 m. 15 de large dans oeuvre (109). Le cloître avait 23 m. 30 de côté, et comprenait quatre galeries couvertes, de 3 m. 25 de largeur dans oeuvre. La galerie nord était adossée à l'église, celle du sud renfermait une dizaine de tombeaux arqués (110).

Sylvius. — *Les Clarisses d'Aubenas;* dans *Revue historique... du Vivarais.* — Privas, impr. centrale, 1905, p. 337-345. 3 pl.

Les Clar. s'établirent à Aubenas vers 1262, sous le nom de *Minorettae.* Une transaction de 1297 fixe leurs droits. Dans cet acte paraissent Vierne de Baladun, abbesse, et André Coqui, Fr. Min. et 9 Clarisses. En 1456 Brigitte Plansol était abbesse de 8 moniales. En

1486, c'est Gabrielle de Lestrange. Les archiv. munic. d'Aubenas conservent la délibération des protestants du 28 août 1562 ordonnant la démolition du couv. des Cordeliers et des Clarisses. Les Jésuites, les Cordeliers et le prévôt d'Aubenas se disputèrent les biens des Clarisses. L'abbesse de Ste Claire d'Annonay réclama; les biens lui furent adjugés en 1649, avec ordre aux Jésuites de restituer les fruits depuis l'instance. Les Clarisses revinrent à Aubenas et s'installèrent dans l'ancien château des Itiers. En 1662, difficultés avec l'évêque de Viviers qui voulait être supérieur; les Fr. Min. abdiquent leur droit de prélature le 15 avril. En 1697 Françoise de Croville est abbesse. Mgr. de Villeneuve, évêq. de Viviers, ennemi des Clarisses, leur défendit de recevoir des novices et obtint leur suppression. Le prévôt réclama en vain leurs biens en 1760. Les Sœurs de St-Joseph s'installèrent vers 1762 à la place des Clarisses.

Guillibert, Baron. — *Deux statuettes polychromées de S. Louis de Provence et de Sainte Consorce;* dans *Bullet. archéol. du comité des travaux historiques.* — Paris, Impr. Nationale (Leroux), 1902 in-8°, 12 pp. et 4 pl.

Statue en bois de noyer, haut. 65 cent. Le saint est revêtu de la mitre, de la chape fleurdelisée sur la tunique franciscaine, ceinte d'une cordelière à noeuds. Les bras manquent. Oeuvre probable du XVe, en possession de l'A. Elle paraît venir de « l'église des Cordeliers d'Aix, l'une des plus belles de la ville, avant la révolution. M. Emile Ricard, collectionneur à Marseille possède le buste du saint, de grandeur naturelle, qui servait dans les processions. Voir à la fin du vol. pl. XXXV et XXXVI les reproductions de la statue en bois et d'un tableau du musée avec Robert et Sanche à genoux aux pieds de S. Louis. Cf. Emile Bertaux, *Les saints Louis dans l'art italien,* dans *Revue des Deux Mondes*, t. 158, p. 626 (1er avril 1900).

Sauve F. — *Les épidémies de peste à Apt, 1588 et 1720-1721.* — Aix, 1905, Niel. Extrait des *Annales de la Soc. d'Etudes Provençales.*

Pendant la peste de 1720, le couv. des Cordeliers d'Apt abandonné par les relig. pris de peur, fut transformé en infirmerie (18). Après la peste les Cord. demandèrent des indemnités étranges, pour les dégâts des rats dans le grenier, pour les morts qui auraient pu être enterrés dans l'église, pour l'argent qu'ils auraient pu gagner pendant la fête de S. Elzéar, plus dix sous par jour pour chacun d'eux pendant la durée de la peste. Néanmoins plusieurs Cordeliers firent preuve d'un réel dévouement (23-25). La ville paya 32 l. pour réparer les orgues détraqués par les rats (28).

Mémoires de la Soc. des Arts et des Sciences de Carcassonne, t. I, 2e série. — Carcassonne, Gabelle, 1905, 8°.

Pierre tombale de fr. *Jacques de Pomariis* O. F. M., qui mourut le 12 des cal. d'oct. (20 sept.) 1319 (37). — Les F. M. à Carcassonne après la destruction de leur couv. situé hors la ville basse, au bord de l'Aude, s'installent en 1570 dans l'ancien monastère des Clarisses. L'église fut bâtie en 1613 (41), fr. *Mathieu Pomaire,* étant gardien, fr. *Raymond Marcoyre* étant vic. en 1614. L'église fut brûlée le 12 juill. 1622

sauf le choeur préservé par une statue de S. François. La nef fut rebâtie en 1624, les chapelles latérales et le cloître de 1627 à 1637. En juillet 1627 *Pierre Pillet* était gardien (44-46). — M. l'abbé Baichère a fait un travail sur le monast. des Clarisses et la nouv. église des Cordeliers (44) avec la liste des gard. depuis 1570. Est-il imprimé?

Coste, Numa. — *L'ancien couvent des Récollets d'Aix* dans *Echos des Bouches-du-Rhône*, 27 nov. et 4 déc. 1904. *Extrait*. — Aix, Makaire, 1904, in-8°, 12 pp.

Les Récollets s'établirent à Aix en 1613 à la chapelle St-Jérôme, hors les murs, puis dans l'église St-Laurent au centre de la ville, enfin sur la route de Vauvenargues en janvier 1621. Louis XIII se déclara fondateur du couvent et voulut que S. Louis en fût patron. La 1re pierre fut posée le 6 janvier 1623. En 1650 les consuls d'Aix, en mémoire de la préservation de la peste firent bâtir une chapelle dans l'église. Une autre fut élevée en 1664 aux frais de Jacques Blanc, conseiller du roi. Le maréchal de Vitry contribua à l'achèvement de l'édifice. On y voyait un tableau de Duret exécuté en 1637, représentant le *B. Salvator de Huerta*, guérissant les malades; il est actuellement à l'église de la Madeleine (9). — Les Récollets prêchaient souvent chez les Jésuites. Le P. *Chrysostome Julien* fut un grand prédicateur, il prêcha en 1750 à la métropole l'oraison funèbre du maréchal de Brancas, puis à Versailles et à Paris devant Louis XV, devint aumônier du roi et mourut à Montpellier (10). — Les Récollets protestèrent en 1702 contre la prétention de l'archevêque Cosnac qui voulait faire la visite du couvent. Pendant la peste de 1720 la ville s'empara du couvent. En 1782 le bureau des finances occupait une partie des bâtiments, moyennant indemnité. La révolution confisqua tout. Les Soeurs de St-Thomas de Villeneuve en occupent aujourd'hui l'emplacement.

Arnaud d'Agnel. — *La Politique du roi René envers les juifs de Provence* p. 247-276 du *Bulletin historique et philologique*, Année 1908. — Paris, Imp. Nationale, 1908, in-8°.

(b) Mais du moins le P. Foulques Borluut a-t-il vécu vers la fin du XIII[e] siècle? A cette question nous pouvons répondre péremptoirement: Oui! Nous le voyons en effet intervenir comme procureur du Couvent des Frères Mineurs de Gand, dans un acte daté de mars 1277 (2). C'est l'identité du grand nom des Borluut (3) qui m'a poussé à chercher dans Fr. Foulques Borluut l'auteur des *Annales*. Membre de la famille du grand Borluut, il aurait certes tous les titres pour écrire les *Annales Gandenses*, et sa parenté expliquerait l'enthousiasme de l'auteur pour la cause flamande, son exactitude extraordinaire chez un religieux, traîtant dans 102 pages, affaires politiques et militaires avec

(1) *Bulletin de la Com. Royale d'Histoire*, 4[e] sér., t. I pp. 51 ss.

(2) N. De Pauw, bull. cit. 4[e] série, t. 16, p. 108.

(3) Plusieurs membres de la famille des Borluut entrèrent en religion. Cf. Kervyn de Volkaersbeke, *Histoire généalogique et héraldique de de quelques familles de Flandre*, planches 2, 6 et 8. — Notre Foulques n'y est point mentionné.

une compétence peu commune; cette parenté justifierait à la fois pleinement toutes ses réserves et toutes ses réticences, en même temps qu'elle nous fournirait le vrai motif, qui décida le Minorite à écrire sa longue chronique ne traîtant toute entière que d'affaires d'ordre profane. Il se serait fait ainsi l'historien des luttes du parti flamand, où sa parenté se couvrit de gloire immortelle, et conquit son titre de noblesse et son fier blason (1).

Nous l'avouons: l'hypothèse de cette identification du Minorite de Gand, auteur des *Annales*, avec le Frère Foulques Borluut nous sourit beaucoup. Et vraiment, si nous parvenions à trouver des arguments certains, établissant la mort du P. Foulques Borluut au XIVe siècle, nous n'hésiterions presque plus à reconnaître en lui le Minorite de Gand, auteur des *Annales* (2).

Pour le moment, l'insuffisance d'arguments de valeur historique indéniables nous faisant défaut, nous ne pouvons sortir des conclusions probables d'une hypothèse.

Ce n'est donc qu'à titre de conjecture que nous présentons cette étude, espérant qu'un jour, une lumière plus éclatante d'arguments, doués de certitude historique, nous permettra de pousser plus avant notre travail.

Louvain. P. AUBAIN HEYSSE, O. F. M.

(1) Nous n'ignorons pas que dans son *Prologus*, le Minorite émet des motifs — plutôt prétextes — moins graves qui le décidèrent à écrire sa chronique: *motus desiderio quorundam Fratrum recreativoque solatio, quos quandoque talia audire vel legere delectabat* (p. I). — Naïf serait qui croirait trouver là le vrai motif du Minorite. On sent trop bien que ce n'est là qu'un prétexte, un peu forcé même, que l'auteur met en avant pour cacher ses mobiles véritables.

(2) Nous pourrions nous demander encore si le Fr. Foulques Borluut n'est pas le même personnage que Fr. Foulques de Gand, Custode de Flandre en 1294? — L'identité du nom de *Foulques*, et l'origine Gantoise dans les deux cas, semble suggérer d'elle-même cette identification. Sans doute, rien ne s'oppose à ce que Foulques *Borluut* soit Foulques de Gand. Cet échange du nom patronymique contre celui du lieu d'origine est fréquent à cette époque. Une difficulté pourrait peut-être surgir de ce que l'obituaire de Gand, signalant l'obit du F. Foulques Borluut, n'ajoute pas qu'il fut *Custos Flandriae*, ce qu'il fait cependant ordinairement pour les Custodes défunts. Cependant on pourrait y répondre que les obituaires des Frères Mineurs de Gand, de Bruges et d'Ypres ne signalent pas l'obit du Fr. Foulques de Gand, Custode de Flandre, et que seul l'obituaire de Gand signale le décès de Foulques Borluut. Les documents connus ne semblent donc pas nous autoriser à faire déjà une identification entre les deux Foulques.

DOCUMENTA

DOCUMENTA HUCUSQUE INEDITA SAECULI XIII

PRO HISTORIA ALMAE FR. MINOR.

PROVINCIAE MEDIOLANENSIS

[SEU LOMBARDIAE]

(Continuatio et Finis) (1).

XIII.

n. 1772, Pagensi. — [1247, 29 Martii]. — Mandatum Fratris Ricoboni de Septimo Fr. Alberto de Montebello, O. FF. Min., conventus S. Francisci Mediolani pro exactione libellarum sex et solidorum quinque, quae debebantur a Stephano Gatti, pro constructione conventus et ecclesiae S. Francisci iuxta concessiones a Communi Mediolani factas Fr. Leoni olim Ministro FF. Min. in prov. Mediolanensi (12 febr. an. 1237).

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo die iovis quarto ante Kalendas aprilis, indictione quinta *Fr. Ricobonus de septimo,* civitatis mediolani.... cessit dedit atque mandavit *fratri alberto de montebello de ordine fratrum minorum ecclesie sancti franzischi mediolani,* recipienti nomine et ad partem conventus illorum omnium, omnia iura omnesque actiones utiles et directas et reales et personales ac ypotecas seu quocumque modo competentia et competentes in communi mediolani, et in bonis et in omnibus possessionibus rerum, que sunt et erunt et fuerint illius communis, videlicet per libras sex et solidos quinque cum sorte et earum ussuris preteritis et futuris, quos dominus stephanus gatti ticinensis habere debebat a isto communi pro soldata novarie, ut constat per instrumentum et dictum et subscriptum per stephanum gallacium notarium MCCXLIIII die .... mensis februarii et scriptum per girardum de macerata notarium a quo stephano gatto, dicto *fratri ricoboni* iura et actiones habebat de istis denariis, ut constabat per instrumentum et publicum et dictum et scriptum per ardericum filium perribelli de carrezate notarium dicte incarnationis millesimo CCXLIIII die februari quarto die ante kalendas aprilis, in qua iuris cessione est fideiussor et pro tempore principalis debitor ariprandus de arconate civitatis mediolani, et *ipsum fratrem albertum* in rem suam per

(1) AFH IV, 259-68.

procuratorem constituit nomine istius conventus; ita quod per omnia in eius loco infrascripto nomine sit. Que iura et actiones eidem *fratri alberto* infrascripto nomine fecit: quoniam concessum fuit per commune mediolani *venerabili fratri leoni olim ministri pauperum minorum in provincia mediolani* ad partem et utilitatem ipsorum fratrum, habitantium ad sanctum franzischum mediolani ipsi ecclesie, ut amore dei et ob reverentiam dei et sanctorum omnium, quod quilibet qui deberet, vel tenetur reddere, vel restituere communi mediolani aliquid propter ussuras preteritas, vel propter male aut iniuste ablatum, vel acceptum, seu in se retentum, quod illud totum reddere et restituere debeat, et liceat, et possit iam dicto fratri leoni vel successoribus suis, sive eis qui in loco eius erunt, ad partem predictorum fratrum sive predicte ecclesie, secundum quod continetur in quodam instrumento, facto MCCXXXVII die iovis XII die februarii (1) scripto per iacobum de albiate notarium et subscripto per iohannem bellum thollomeum, tunc notarium pallatii ecclesie ad sanctum franzischum predictum. Interfuerunt ibi ser mainfredus filius quondam ser iacobi de concessio et ser guillelmus filius quondam ottonis frandoni et petrus filius quondam alberti honderadi, qui dicitur de balssemo omnes civitatis mediolani testes.

Ego durandus qui dicor de ripa notarius filius quondam girardi qui dicebatur de ripa civitatis mediolani de burgo porte vercelline edidi, scripsi.

Perg. orig. ml. 65×31, aliquantisper consumpta. A tergo legitur titulus huius instrumenti.

XIV.

Bolle n. 4065. — [1247, 24 Aprilis]. — Fr. Leo O. F. M. Arch. Mediolanensis concedit indulgentiam XL dierum convenientibus ad predicationem feriae secundae habitam in Ecclesia S. Francisci et subvenientibus aedificiis construendis ad S. Franciscum Mediolani, sicut iam praedecessor concesserat.

Frater leo de ordine minorum divina providentia sancte mediolanensis archiepiscopus (2) universis Christi fidelibus mediolanensis ecclesie et provintie salutem in domino. Nobis semper debet esse propositum, omni modo quo decet, et expedit, in sagenam domini pisces, idest, populos fideles inducere, cum cottidie preceptis salutaribus moniti cupientes devotius exoremus, ut adveniat regnum dei. Eapropter exemplis summi pontificis ex largi benefitii pietate procedentibus incitati, qui dilectissimis in Christo filiis et humilibus fratribus nostris minoribus apud sanctum Franciscum mediolan. commorantibus non modo pie faventibus, vel ad eorum predicationem convenientibus, immo in vite necessariis hedifitiis construendis devote subvenientibus, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia relaxat misericorditer et condonat, accensi etiam memoria domini Gulielmi, predecessoris nostri, misericordi et fidelissima pietate, qui convenientibus populis quolibet die lune ad eorum predicationem, totidem dierum, auctoritate sancte mediolanensis ecclesie concessit verbotenus indulgentiam, cum non debeamus eisdem fratribus esse vel affectu minus iuncti, vel minus propitii per effectum, univer-

(1) Cf. hoc AFH IV, 259sq.

(2) Electus a Gregorio de Montelongo, Legato Apost. in Lombardia, et confirmatus ab Innocentio IV sub die 9 Ian. 1244, Litteris incipientibus: « Ecclesia Mediolanen vacante ». Cf. Sbaralea, BF I, 324.

sis et singulis quolibet die lune convenientibus ad eorum predicationem in locum sancti francisci, vere penitentibus et confessis, quadraginta dies ex iniuncta sibi penitentia auctoritate sancte mediolanensis ecclesie, confisi de omnipotentis dei clementia et meritis patris nostri beati ambrosii misericorditer relaxamus. Nulli autem omnino hominum nostre dictionis liceat hanc paginam nostre indulgentie et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et nostram se noverit incursurum. — Datum apud sanctum franciscum Mediolanen. MCCXLVII die martis VIII ante Kal. madii.

Orig. pergam. ml. 202×299, optime conservata quamvis adsint tres perforationes; funiculus ex quo plumbum pendebat deest. — *A tergo manu antiqua inscribitur:* Cum indulgentia domini archiepiscopi || quadraginta dierum die lune.

XV.

n. 4007, Bolle. — [1255, 5 Febr]. — Alexander IV iniungit Episcopis Novariae et Terdon., ut assignent Fratribus Minoribus Ecclesiam S. Naboris et loca adnexa pro ampliatione conventus et Ecclesiae S. Francisci Mediolani (1).

Ex parte dilectorum filiorum... *Ministri et fratrum minorum Mediolanen,* fuit nobis... Dat. Neapoli nonis febr. pontif. n. a. I.

Pergam. orig. mil. 246×179, optime conservata, characteres aliquantisper decolorati, deest funiculus ex quo plumbum pendebat. — *A tergo manu antiqua:* Minorum || 147 || Bulla in qua committitur fratribus episcopis novarien. || et terdon. quod dent ecclesiam et locum sanctorum naboris et felicis fratribus minoribus. || Alexander IV || privilegium sancti naboris. ||

n. 4108. — [1255, 5 Febr.]. — Eiusdem bullae aliud exemplar. Pergam. orig. ml. 248×258, optime conservata, characteres paulisper decolorati, ex ipsa pendet fragmentum rubei funiculi, sed plumbum deest. — *A tergo manu antiqua legitur:* Privilegium sancti naboris || commissio quod locus et ecclesia sancti naboris || dentur fratribus minoribus. — *Ab altera manu:* Commissio facta episcopis novarien. et || terdonen. pro loco sancti naboris adiacien. conventui nostro mediolani || 131 || In sacristia || Minorum. ||

XVI.

[1255, 5 Februarii]. — Alexander IV mandat Archidiacono et Capitulo Mediolanensi, ut benignos et favorabiles se exhibeant Fratribus Ordinis Minorum pro acquisitione loci et Ecclesiae S. Naboris Mediolani.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis Filiis... Archidiacono et Capitulo mediolanensi sal. et ap. ben. Ex parte dilectorum Filiorum *Ministri et Fratrum Minorum Mediolanen.* fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum locus eorum nimis arctus existat.... (nec ampliari possit, ob ecclesiam et locum S. Naboris, quae proxime existunt, ut eis super hoc provideremus)... gratie specialis (2). Venerabilibus Fratribus Novarien. (3) et Terdon. (4) Episcopis sub certa forma litteris nostris iniungimus (5), ut Ec-

(1) In hac forma edita ap. Sbaralea, BF II, 15-6 ex autogr. in Conv. S. Francisci Mediolani. (2) Usque in hoc verbum tenor omnino concordat cum Bulla ap. BF IV, 15-16; cf. Doc. XV.

(3) Erat Sigebertus (Singebaldus) de Caballatio. Cf. Eubel, *Hier. M. Aev.*, I, 389. (4) Erat Arnaldus de Iardino, ibi, I, 23.

(5) Id est Bulla ap. BF IV, 15-16, vel Doc. XV, supra.

lesiam et locum predictos pro ampliatione ipsa auctoritate nostra concedant et assignent Fratribus supradictis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Hinc est, quod universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus super hiis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia exhibeatis vos eisdem Fratribus favorabiles et benignosi, ita quod per haec devotionem vestram merito commendemus. — Datum Neapoli Non. Februarii pont. n. a. I.

Pergam. ml. 249×248, optime conservatur (1). — *A tergo legitur* «.... archidiacono et capitulo Mediolani quod || dentur Ecclesia et locus sanctorum Na- || boris et Felicis fratribus minoribus » || privilegium S. Naboris || In Sacristia.

XVII.

n. 4108 bis, Bolle. — [1255, 5 Febr.]. — Alexander IV communicat archiep. Mediol. ordinationem factam Episcopis Novariae et Tortonae, ut tradant Fratribus Minoribus Mediolani Ecclesiam S. Naboris et loca coniuncta, eique iniungit ut alias transferantur canonici huius Ecclesiae, et beneficium et parochialitas inter viciniores Ecclesias distribuatur. — Transsumptum.

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto die lune tertio die ante Kal. iulii indictione tertiadecima, presentibus Guidotto, filio quondam bertarotti de labonairolla et gerenzano de gerenzano filio quondam alberti de villa et burbantino, filio quondam Caneboni burbartis, omnibus civitatis mediolani, testibus ad hoc rogatis, prelectis illis testibus a me notario singulis capitulis infradicte littere, cuius tenor talis est: *Alexander ep. s. s. dei.* Venerabili fratri... archiepiscopo mediolanen. sal. et ap. ben. *Ex parte dilectorum filiorum... ministri e fratrum minorum mediolanensium* fuit nobis humiliter supplicatum etc. (3).... Venerabilibus fratribus nostri... Novarien. et Terdon. episcopis litteris nostris iniungimus, ut ecclesiam et locum predictos pro ampliatione ipsa auctoritate nostra fratribus concedant et assignent eisdem, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, canonicos eiusdem ecclesie in aliis ecclesie civitatis mediolan. auctoritate nostra locare et de ipsius etiam prebendas et iure disponere nec non parrochiam ecclesie sepedicte sancti naboris inter ecclesias viciniores dividere studeas, sicut melius iuxta tue discretionis arbitrium videris expedire, contradictores per censuram eandem, appellatione postposita compescendo, non obstante quod felicis recordationis Inn. papa predecessor noster tibi et dilectis filiis... abbati Sancti Victoris ad corpus (4)... disponere et ordinare prout secundum deum expedire videritis melius curaretis, et processu, si quis per te et abbatem et primicerium eosdem est habitus in hac parte. — Datum Neapoli nonis Februarii pont. n. a. I.

Ego Guillelmus notarius filius alberti carboni civitatis mediolani de contrada sancti naboris porte vercelline supradictam litteram domini pape eiusdem bulla plumbea munitam sanam, et integram et illesam non viciatam in aliqua parte sui, nec corruptam, nihil pretermittens nec ad-

(1) Arch. St. Milano. Bolle e Brevi di Aless. IV (XIII).
(2) Omnia omissa uti in Bulla BF II, 15-17, i. e. Doc. XV.
(3) Uti in bulla cit.

dens, exceptis litteris vel sillabis, sensum non mutantibus plus minusque interfui et rogatus tradidi et scripsi.

Pergam. ml. 204×305, optime conservata. — *A tergo legitur, non tamen manu antiqua:* Pro loco sancti noboris pro loco nostro sancti francisci ampliando || Transumptum Alexandri IV Pont. anno primo || Credo dupplicatum et forte tripplicatum || 129. — *Ab altera manu:* Commissio et concessio.

XVIII.

n. 4110, Bolle. — [1255, 24 Iulii]. — Alexander IV Potestatem, Consilium et Commune Mediolani rogat, ut assistant, si opus fuerit, Episcopis Novarien. et Terdon. Ministro et Fratribus Minoribus locum S. Naboris Mediolani tradentibus.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis filiis... potestati, consilio et communi mediolanen. sal. et ap. ben. Cum venerabiles fratres nostri novariensis et terdonensis episcopi dilectis filiis... *ministro et fratribus minoribus mediolanen.* ecclesiam et locum sancti naboris mediolanen. loco eorum coniuncta, auctoritate litterarum nostrarum duxerint concedenda, et nos eisdem episcopis nostris dederimus litteris in mandatis, ut eosdem ministrum et fratres in ipsius ecclesie et loci corporalem possessionem inducant et defendant inductos, nobilitatem vestram monemus rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eisdem episcopis in detentione pro nostra et apostolice sedis reverentia potenter assistere procuretis, cum ab eis fueritis requisiti, sicut fuerit opportunum, preces et mandatum nostrum taliter impleturi, quod devotionem vestram exinde possimus merito commendare, et civitati vestre perpetuis temporibus obligemur. — Datum Anagnie VIIII Kal. Augusti pont. n. a. I. (1).

Orig. pergam. ml. 230×271, optime conservatur, funiculus et plumbum desunt. — *A tergo manu antiqua habetur summarium bullae* || 142 || privilegium sancti naboris.

XIX.

n. 4117, Bolle. — [1256, 7 Martii]. — Alexander IV iniungit Fr. Leoni O. F. M., Archiep. Mediolanen., ut parochialitatem Eccl. S. Naboris transferat ad ecclesiam S. Vitalis, providens eidem aliquo sacerdote idoneo atque beneficiato.

Alexander ep. s. s. dei archiepiscopo mediolanen sal. et ap. ben. Cum ecclesia sancti naboris mediolanen. dilectis filiis *fratribus minoribus in mediolanen. conventu* de mandato nostro collata, et ipsius canonicis in aliis mediolanen. ecclesiis collocatis, eiusdem ecclesie parrochiani divisioni ipsius parrochie quam inter vicinas ecclesias fieri mandavimus, contradicant in cimiterio eiusdem ecclesie sancti naboris una cum suis progenitoribus requiescere post eorum obitum affectantes, instituendi aliquem sacerdotem idoneum in ecclesia sancti vitalis, que sita iuxta ci-

(1) Arch. Stato Mil. — S. Maria Fulcorina, fondazione, Cart. 409, habetur exemplar chartac. huius bullae. — Eodem anno et die Alexander confirmat concessionem et immissionem in possessionem loci et Ecclesiae S. Naboris ab Epp. Novarien et Terdon. factam Fratribus. Litterae editae ex autographo arch. conv. S. Franc. Mediolani. Cf. Sbaralea, BF II, 58-60 « Cum a nobis petitur ».

miterium supradicte ecclesie sancti naboris parrochiam aliquam non... (1), ut in eadem sancti vitalis ecclesia parrochianis predictis in divinis obsequiis serviant, et ministrentur universa ecclesiastica sacramenta, ac providendi eidem sacerdoti de aliquo ecclesiastico beneficio competenti ad tuam collationem spectante si vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante quod in ecclesia, in qua huiusmodi beneficium vacare contigerit aliqui sint de mandato apostolico, vel legatorum sedis apostolice, aut proprio eiusdem capituli motu recepti, vel ut recipiantur insistant, quibus quoad alia beneficia nullum volumus generari preiudicium, seu quavis apostolica indulgentia per quam id impediri vel differri possit, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. — Datum Laterani nonis martii pont. n. a. II.

Pergam. orig. ml. 239×292, optime conservatur, forata in medio, funiculus et plumbum desunt. — *A tergo manu antiqua legitur:* Minorum || privilegium sancti naboris et felicis, in quo committitur archiepiscopo mediolani auctoritas ordinandi parochianum [sic] in ecclesia sancti vitalis propinqua inscontro [sic] parochialis sanctorum naboris et felicis || 195 || Alexander IV.

XX.

n. 4128, Bolle. — [1257, 15 Ian.]. — Alexander IV iterum iniungit Fr. Leoni O. F. M. Archiep. Mediolanen., ut transferat paroeciam S. Naboris in ecclesiam S. Vitalis, quae translatio suspensa fuit ad scandala praecavenda.

Alexander ep. s. s. dei venerabili fratri... archiepiscopo mediolanen. sal. et ap. ben. Ex parte dilectorum filiorum *fratrum minorum mediolanen.* fuit propositum coram nobis, quod cum olim venerabilibus fratribus nostris Novarien. et Terdonen. episcopis nostris dederimus litteris in mandatis (2), ut ecclesiam sancti naboris mediolanen. illis contiguam sibi auctoritate nostra conferrent, ac postmodum per alias nostras tibi mandavissemus litteras, ut ipsius ecclesie parrochiam inter vicinas ecclesias dividere procurares (3), ecclesia tamen eadem per dictos episcopos fratribus ipsis huiusmodi litterarum auctoritate collata, parrochiam ipsam inter dictas ecclesias dividere, pro eo quod sine scandalo fieri non poterant, distulisti. Quocirca fraternitati tue in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus promptitudine super hiis adhibita diligenti, parrochiam supradictam ecclesie sancti vitalis mediolanen. eidem contigue, que parrochiam aliam non habet, deputare et annectere studeas vice nostra, ac sacerdoti eiusdem si sufficiens fuerit commitas [*lege* committas] curam et regimen parrochie supradicte, alioquin in eadem ecclesia sancti vitalis aliquem alium idoneum instituas sacerdotem, qui ibidem personaliter residendo, eidem serviat in divinis, eidem presbitero de aliquo ecclesiastico beneficio etiam curam animarum habente, in aliqua ecclesiarum civitatis vel diocesis mediolanensis, si vacat, ibidem

(1) Pergamena perforata est, ac proinde desunt aliqua verba. — Eodem anno sub die 23 Ian. Alexander IV confirmat translationem Praepositi et Capituli Ecclesiae Sancti Naboris datae Minoribus ad ecclesiam S. Mariae Fulcorinae, factam per Fratrem Leonem Archiep. Mediol., quae incipit « Licet ea ». Wadding, IV. an. 1256, p. 429-30 ex Reg. Vatic. epist. 70. Olim servabatur haec bulla in Arch., Archiep. Mediol. Sez. XII. Cf. *La Settimana Religiosa,* 106, Milano, 3 Gennaio 1908. Sed hodie non amplius ibi exstat.

(2) Cf. n. XV. (3) Cf. n. XVII.

ad presens, vel quamprimum ad id se facultas obtulerit per te vel per alium provisurus. Non obstante si idem presbiter alias beneficiatus existat, aut quavis apostolice sedis indulgentia quibusvis personis sub quacumque verborum expressione concessa, vel in posterum concedenda, per quam effectum presentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. — Datum Laterani XVIII calendas februarii pont. n. a. III.

Pergam. orig. ml. 253×254, bene conservata, deest funiculus ex quo plumbum pendebat. — *A tergo manibus antiquis legitur:* Minorum || privilegium de distribuendis parochianis sancti naboris || bulla pro distribuendis parrochianis s. Naboris mediolani in || parrochias propinquas || 143. || Alexander IV Pontif. anno tertio || Privilegium s. naboris || Hugo v.

XXI.

n. 4142. — [An. 1260, 15 Iunii]. — Alexander IV concedit Fratribus Minoribus conv. Mediolani, ut celebrare possint octavam SS. Naboris et Felicis.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis filiis... *Guardiano et fratribus... minoribus conventus mediolan.* sal. et ap. ben. Fragrans in amore virtutum et diurne laudis iubilo vestre religionis honestas digne meretur, ut petitionibus vestris in hiis que pro sanctorum celebritatibus venerabiliter excolendis devote deposcitis, libenti animo annuamus. Cum itaque sicut asseritis, corpora sanctorum Felicis et Naboris in vestra ecclesia requiescant, et eorum festivitas in mediolanensi civitate habeatur celebris et sollempnis, nos vestris supplicationibus inclinati, quod octavas festivitatis dictorum sanctorum celebrare possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. — Datum Anagnie XVII Kalendas Iulii pont. n. a. VI.

Orig. pergam. ml. 269×301, optime conservata; ab ipsa pendet fragmentum funiculi serici, sed plumbum deest. — *A tergo manibus antiquis habetur:* Fratribus Minoribus R || concessio quod fratres possint celebrare || festivitatem sanctorum naboris et felicis || 144. || Alexander IV || . — *Aliud summarium manu antiqua legitur* || Vitalis mediolan.

XXII.

n. 4143. — [1260, 16 Iunii]. — Alexander IV concedit Fratribus Minoribus conv. S. Francisci Mediolan., ut possint tempore interdicti generalis celebrare festivitatem et octavam SS. Naboris et Felicis apertis ianuis ecclesiae, dimissis tamen excommunicatis.

Alexander ep. s. s. dei. Dilectis filiis... *Guardiano et fratribus minoribus conventus mediolanen.* sal. et ap. ben. Fragrans in amore virtutum (1).... Sane petitio vestra exhibita continebat, quod cum vobis esset ab apostolica sede concessum, ut tempore generalis interdicti possetis ianuis clausis, interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce divina offitia celebrare; nos factam vobis in hac parte gratiam ampliantes, vobis concessimus (2), ut in festivitatibus sancti francisci, sancti antonii, et beate clare ac usque ad octavas eorum huius-

(1) Uti in docum. XXI.

(2) Cf. doc. XII, p. 268.

modi offitia, predictis excommunicatis exclusis, celebrare apertis ianuis valeatis. Verum cum vestra ecclesia in honorem sanctorum felicis et naboris sit constructa, et in ipsa eorundem sanctorum corpora requiescant, humiliter supplicastis nobis dictam gratiam ad predictorum sanctorum festivitatem, que apud vos est celebris et precipua, ampliari. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod in eorundem sanctorum festivitate et usque ad octavas ipsius predicta offitia possitis apertis ianuis, prefatis excommunicatis exclusis, iuxta predictam indulgentiam celebrare, auctoritate vobis presentium indulgenus. Nulli ergo omnino liceat etc. Si quis autem. — Datum Anagnie XVI kal. Iulii pontificatus nostri anno sexto.

Pergam. orig. ml. 295×360, optime conservata, ab ipsa pendet fragmentum serici funiculi rubei et flavi coloris, sed plumbum deest. — *A tergo manu antiqua habetur:* fratribus M. || quod fratres possint celebrare divina in festo sanctorum || naboris et felicis et per octavas eorum tempore interdicti, || apertis ianuis et exclusis excommunicatis || sicut in festis sancti francisci, sancti antonii || sancte clare et per octavas eorum || c. 138 || Alexander IV || Vitalis mediolan. ||

XXIII.

An. 1259, 17 Oct. — Alexander IV committit Praeposito Ecclesiae de Nerviano Dioec. Mediolanen., ut exhibere faciat pro Ecclesia Fratrum Minorum Mediolani mille libras Imperialium ex bonis Amizonis quondam Praepositi Eccl. S. Naboris, qui decessit absque testamento.

Alexander ep. s. s. dei. Dilecto filio... Praeposito Ecclesiae de Nerviano Mediolan. Dioec. salutem et apostolicam benedictionem. Dignum et consonum cernitur racioni, ut proventus et bona quae ab ecclesiis recipi et provenire noscuntur, in earum usus et commoda convertantur. Sic enim et recipientium providetur saluti, et utilitati ecclesiarum consulitur ac honori. Cum igitur *dilectis filiis ministro et fratribus domus fratrum minorum mediolanen.* sicut ipsi nobis significare curarunt, ecclesiam sancti naboris mediolanensis duxerimus concedendam, ac ipsi eam in qua quondam amizo archidiaconus per triginta annos et amplius canonicus et aliquando Prepositus extitisse, ac bona recepisse ab ea plurima dignoscitur, rehedificare de novo inceperunt opere plurimum sumptuoso, ac ad consummacionem operis ipsius sit eis subventio fidelium, cum extrema paupertate laborent, plurimum oportuna. Nos attendentes, quod satis conveniens sit et aequum, ut expendantur in opus huiusmodi aliqua de bonis ipsius archidiaconi, qui nullo testamento condito asseritur decessisse. Discrecioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus facias de bonis iam *dictis eisdem ministro et fratribus* mille libras Imperialium exiberi in ipsius operis aedificationem Ecclesiae convertendas. Detentores bonorum ipsorum ad id contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam appellatione posposita cohercendo. — Datum Anagnie XV kal. Nov. Pont. n. a. V. (1).

XXIV.

n. 4138, Bolle. — [an. 1260, 17 Ian.]. — Praepositus de Nerviano iuxta mandatum Alexandri Papae IV, iniungit subpriori Claravallae monasterii et magistro hospitali de Brolio Mediolani, ut dent mille libras

(1) Arch. St. Milano; S. Maria Fulcorina, Fondazione, Cart. 409. Cfr. ivi « *Riflessioni sulle Bolle appartenenti al possesso preso dai Padri Conventuali dell'insigne Basilica de' SS. Nabore ecc.* ». Ex orig. transscriptum est. — Cf. doc. XXX.

Imperialium ex bonis relictis ab Amizone, iam Archidiacono Ecclesiae S. Naboris. mortuo ab intestato, quae assignentur Fratribus Minoribus Mediol. pro aedificatione ecclesiae s. Francisci. — Transsumptum.

In nomine domini anno a nativitate eius millesimo ducentesimo sexagesimo die sabbati decimoseptimo die yanuarii indictione tercia, frater Marcus de Rovegnana porte vercelline ex parte domini prepositi de nerviano representavit litteras sigillo certo sigillatis domino dono galvanio de massenago monaco et subpriori monasterii clarevalle nomine capituli dicti monasterii. Tenor quarum literarum talis est. Pro preposito ecclesie de nerviano a summo pontifice dellegatus dillectis in Christo abbati clarevalensi et magistro hospitali de brolio mediolani cum eorum conventibus ac aliis quibus hec littere fueruint presentate, salutem in eo qui est vera salus. Vestre prudencie tenore presentium duximus intimandum, nos ex parte summi pontificis nuper recepisse litteras, ad hunc modum sanas et integras et non viciatas in aliqua parte sui, bulla plumbea ipsius summi pontificis roboratas: *Tenor quarum talis est:* Alexander ep. s. s. dei. Dilecto filio preposito ecclesie de nerviano sal. et apost. ben. Dignum et consonum.... (2). Verum cum iusticie exibende nobis deesse non liceat, aut, nisi iuris ordine pretermisso, execucionem iniuncte auctoritatis negligere non possimus, ac petentibus iusticiam negare iuris debitum ullatenus valeamus, ne inobedientie titulus obici nobis valeat, necnon transgressores sed non immerito reputemur, si mandata patris nostri et domini negligenter suscipimus et diligenter non exequi videamur: Nolentes, ut iustum est, predictos fratres per iurgiorum littigia fatigari, cum de voluntate summi pontificis hoc existat, auctoritate qua fungimur, dilectionem vestram primo, secundo et tercio vobis consulendo fideliter monemus pariter et ortamur. Deinde sicut exigit iusticia vobis precipiendo mandamus, cum intelleximus vos aliqua de bonis ipsius archidiaconi habuisse, que vobis aliquo iusticie titulo in die sui obitus minime contingebant, cum *dictis ministro et fratribus* infra XV dies post harum representationem, de quibus a summo pontifice facta est gracia specialis, que a vobis petunt non immerito ac requirunt, taliter componere studeatis, ut ex hoc apud deum non inviti opus obediencie debite exequentes, animabus vestris eterne vite meritum acquirere valeatis, et in sententiam nostram debitam implete iusticie nullatenus incidatis, alioquin ex nunc quemlibet vestrum, qui huic contravenire contigerit in scriptis, licet invite, excommunicationis vinculo innodamus. — Datum mediolani anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo die lune infra octavas epiphanie domini. Redantur littere, alioquin quicumque eas tenuerit, excommunicatus sit ipso facto, debent enim plurimis presentari. Actum in predicto monasterio presentibus etiam quampluribus fratribus dicti monasterii, et inde plurima instrumenta uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuerunt testes iacobinus filius quondam petri de pegalo et albergadus filius guillelmi de castello, qui habitant in civitate mediolani. et andriollus filius quondam petri de ponte, qui fuit de civitate comi, qui *moratur ad ecclesiam sancti francisci mediolani,* omnes rogati ad hoc.

Ego albertus notarius filius ser petri de turre de burgo porte vercelline rogatus tradidi et scripsi.

Pergam. orig. ml. 315×447, optime conservata. — *A tergo legitur:* pars representationis facte abbati de claravalle || ex parte executoris vacat. — Alterum summarium manu recenti habetur.

(1) Est Bulla 17 Oct. 1259. cfr. n. XXIII.

XXV.

n. 4139, Bolle. — [1260 3 Febr.] — Praepositus de Nerviano, delegatus apostolicus, assignat haeredibus archidiaconi Amizonis terminum trium dierum, ut deferant illi documenta et actum appellationis Sanctae Sedis contra ipsum, quia nolebant ullo modo consignare mille libras Imperiales pro aedificatione ecclesiae fratrum Minorum.

In nomine domini. Anno a nativitate eius millesimo ducentesimo sexagesimo die martis tercio die februarii indictione tercia. Andriollus filius quondam petri de ponte, *qui moratur ad ecclesiam sancti francischi mediolanensis* representavit litteras sigillo cereo sigillatas ex parte domini prepositi de nerviano in domo, in qua habitant rogerius et albertus, qui dicuntur de porta romana, cuidam qui nominatur marcus, qui stat cum ipso rogerio, nomine ipsorum rogerii et alberti et ottorini de porta romana. T e n o r quarum l i t t e r a r u m t a l i s est, videlicet, prepositus de nerviano a summo pontifice executor datus viris nobilibus et discretis rogerio et alberto fratribus et ottorino dictis de porta romana heredibus et successoribus quondam domini amizonis de porta romana mediolanensis ecclesie archidiaconi et bonamanui archario, procuratori eorumdem, ut dicitur, salutem in domino. Meminimus nos vobis per nostras litteras desctinasse rescripti apostolici seriem continentes ad postulacionem *ministri et fratrum minorum mediolan.*, quatenus cum eisdem de libris mille Imperialibus amicabiliter convenire deberetis, de quibus in litteris apostolicis mentio fit expressa; et quia dictus bonamanus asserens se vestrum procuratorem, procuratorio nomine coram nobis comparuit, protestando inter alia quod eidem vestro nomine copiam rescripti apostolici faceremus, et quod vestro nomine ad sedem apostolicam appellabat, inde vobis et cuilibet vestrum, monendo atque districte precipiendo, mandamus auctoritate qua fungimur, quatenus tercia die post presentationem presentium personaliter coram nostra presentia accedatis, vel saltim per sufficientem et ydoneum procuratorem, habentem secum instrumentum procuracionis, quia parati sumus rescriptum apostolice sedis cuius auctoritate fungimur, vobis ostendere et exhibere sicut iustum fuerit, sanum et integrum bulla plumbea roboratum. Et tu Bonamanus portes tecum, et coram nobis presentare procures procuratorium ex quo dixisti eorum nomine fuisse coram nobis, et illam protestacionem et appellacionem fecisse, quem terminum loco omnium et perhentorie vobis assignamus, vobis etiam percipiendo mandamus, ut instrumentum quod editum fuit in testimonium representationis libelli appellatorii mihi facte die sabbati nomine vestro per predictum bonamanum nobis eo die, superius assignato vobis pro termino, presentare nullatenus postponatis; alioquin contra vos durius procedere curabimus iusticia mediante. Datum Modoetie. Reddantur hee littere. Actum in porta Romana in domo dicti rogerii. — Interfuerunt testes Iohannes et petrus fratres, filii quondam marchixii de colliate porte Cumane et gufredus filius quondam Iacobi culzie grixie porte Romane omnes rogati, et quam pluribus aliis.

Ego albertus notarius filius ser petri de turre de burgo porte vercelline rogatus tradidi et scripsi.

Pergam. ml. 232×262, optime conservata. — A tergo habetur summarium huius instrumenti manu antiqua exaratum.

XXVI.

n. 4140, Bolle. — [1260, 6 Febr.]. — Praepositus de Nerviano, Bonus Porenzoni, assignat haeredibus Amizonis Archidiaconi defuncti terminum usque ad mensem Maii, ut compareant coram Papa ad propriae dicendas rationes.

In xhristi nomine. Anno a nativitate ipsius millesimo ducentesimo sexagesimo die veneris sexto die februarii indicione tercia, presentibus testibus infrascriptis ad infradicta rogatis, Dominus bonus porenzonus prepositus ecclesie de nerviano mediolanen. diocesis, delegatus seu executor deputatus a domino papa, ut constat per litteras domini pape, visas et lectas ibi, sanas et integras bula plumbea cum filo serico, sano et integro roboratas, quarum tenor tallis est: Alexander ep. s. s. dei. Dillecto filio preposito ecclesie de nerviano mediolanen. diocesis sal. et ap. ben. Dignum est et consonum.... (1). exhibuit, presentavit et hostendidit et copiam facere paratus fuit bonamano archario, procuratori rogerii et alberti fratrum qui dicuntur de porta romana, ut ibi constabat per cartam unam factam per iohannem marenam de macerata isto anno et indicione, die mercurii quarto ante kalendas Februarii, nomine ipsorum rogerii et alberti et ottorini de porta romana ibi presentibus, predictas litteras domini pape totaliter sanas et bulatas, ut supra legitur, volendo ne possent se conqueri, ut scilicet gravamen aliquod intulisset, quoniam ipsi de porta romana exemplum ipsarum litterarum habuerunt comprehensum in litteris, ab eo preposito iam transmissis, et demandavit eisdem, ut si voluerint exemplum de novo ipsarum litterarum, accipiant a me tabelione, cui dare parti erat, et dedit illas litteras pro exemplo habendo et accipiendo, cumque dictus bonamanus isto nomine, et ille ottorinus suo nomine iterum prout eis placuit, appellasset ad dominum papam asserendo se conqueri ab eo preposito, idem prepositus delegatus seu executor ut sicut reverenter restitit appellationibus eorumdem, ac preficxit eorum ambabus partibus ibi presentibus diem ad kalendas maii proximi, ut sint cum omnibus suis iuribus et rationibus coram domino papa maxime ipse bonamanus isto nomine et ottorinus ad prosequendum ipsas appelaciones eorum et ad procedendum supra principali et ad diffinitivam sententiam audiendum: Et auctoritate qua fungimur, precipimus ipsis partibus, ut per se vel ydoneos et sufficientes nuncios coram domino papa compareat occaxionibus predictis a die XIII antedictum. — Actum in canonica ecclesie Modoetie. — Interfuerunt ibi testes vocati redulphus filius quondam iohannis de nova et frater Gulielmus, filius quondam iohannis de pizo de alzate et ottobellus de camanago, filius quondam uberti omnes habitantes in dicta canonica.

Ego Rainerius filius iacobi rainerii de burgo modoetia notarius hanc cartam tradidi et rogatus scripsi.

Pergam. ml. 339×148, optime conservata. — A tergo habetur exaratum manu antiqua summarum huius instrumenti.

XXVII.

n. 4141, Bolle. — [1260, 2 Iunii]. — Alexander IV tradit abbati S. Dionysii Mediolani potestatem, ut sententiam excommunicationis latam a Praeposito de Nerviano contra nepotes et haeredes quondam Ami-

(1) Ut in documento XXIII diei 17 Oct. 1259; p. 663.

zonis Archidiaconi exequatur, eo quod noluerunt libras mille Imperialium tradere Fratribus Minoribus, neque comparuerunt ad proprias dicendas rationes per causam appellatoriam coram Papa infra terminum ipsis praefixum.

Alexander ep. s. s. dei. Dilecto filio... abbati sancti dionisii mediolanen. sal. et ap. ben. Ex parte dilectorum filiorum... *ministri et fratrum minorum mediolanen.* fuit propositum coram nobis, quod nos eis ecclesiam sancti Naboris Mediolanen. duximus concedendam. Cumque ipsi ecclesiam in qua quondam Amizo Archidiaconus mediolanen. per triginta annos et amplius canonicus et aliquando prepositus extitisse, et a qua bona recepisse plurima dinoscitur, reedificare de novo incepissent opere plurimum sumptuoso et ad consumationem operis ipsius esset eis subventio fidelium, cum extrema paupertate laborent, plurimum oportuna, nos attendentes quod satis conveniens erat et equum, ut expenderentur in opus huiusmodi aliqua de bonis ipsius Archidiaconi, qui nullo testamento condito asseritur decessisse, dilecto filio... preposito ecclesie de Nervian. mediolanen. diecesis nostris dedimus litteris in mandatis, (1) ut de bonis ipsius faceret iam dictis ministro et fratribus mille libras imperialium exhiberi in edificationem eiusdem ecclesie convertendas, detentores bonorum ipsorum ad id et contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam coercendo. Porro idem prepositus Rogerio et Alberto fratribus et ottorino civibus mediolanen., nepotibus ipsius archidiaconi detentoribus bonorum huiusmodi, mandavit auctoritate huiusmodi litterarum, ut infra certum terminum de bonis ipsius usque ad huiusmodi summam mille librarum eisdem *ministro et fratribus* exhiberent, in eos, si id omitterent, excommunicationis sententiam promulgante. Dictis autem civibus propter hoc ad sedem apostolicam appellantibus, dictus prepositus eis prefixit certum terminum peremptorium competentem (2) infra quem appellationem prosequerentur eandem, quam ipsi iam elapso huiusmodi termino prosequi, quamquam potuerint, non curarunt, propter quod predicti *minister et fratres* nobis humiliter supplicarunt, ut providere super hoc eis misericorditer curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quod si est ita, appellatione predicta nequaquam obstante, in negotio procedens eodem iuxta predictarum continentiam litterarum sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari facias, et ubi et quando expedire videris singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis sollempniter innovari, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. — Datum Anagnie VI id. iun. pont. n. a VI.

Orig. pergam. ml. 241×366, optime conservata, funiculus et plumbum desunt. — A tergo manibus antiquis habetur: Fratribus R. || deinde summarium huius bullae || vacat || vitalis mediolan.

XXVIII.

n. 4144, Bolle. — [1261, 5 Martii]. — Actus quo intimatur nepotibus quondam archidiaconi Amizonis epistola Petri Crivelli, praepositi S. Ambrosii Mediolanen., subdelegati ab abbate S. Dionysii, cum qua ipsis iniungit, ut dent infra decem dies libras mille imperiales Fratribus Minoribus vel producant coram ipso rationes suas.

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo primo die sabati quinto die mensis martii indictione

(1) Cf. Doc. XXIII. (2) Cf. Doc. XXV.

quarta. In domo in qua habitant rogerius et albertus, qui dicuntur de porta romana prope cohoptatum de le crozoris civitatis mediolani, presentibus Lanterio filio frassonis de barni et mansparro filio quondam rigonis de barni et mirano filio quondam georgii de corcomano, omnibus civibus mediolani, testibus ad hoc rogatis, Ubertus Arera *vice et nomine fratrum minorum de sancto francisco mediolanen.* representavit, dedit domine leonarde, uxori alberti de porta romana, istius vice et nomine istorum rogerii et alberti absentium, literam unam sigillo cereo sigillatam infrascripti tenoris, et etiam vice ottorini de porta romana; et etiam presentibus testibus infrascriptis, idem ubertus ivit statim ad domum istam ottorini de porta romana de eadem contrata, et ibi invenit dominam bonacosam sive caracosam matrem ipsius ottorini absentis, et dixit ei denuntiando dictus ubertus isto nomine, quod dederat, et representaverat istam literam iste domine leonarde vice istorum rogerii et alberti et ottorini, et quod id notificaret illi ottorino: Petrus crivelus, prepositus ecclesie sancti ambroxii mediolanen. domini pape dellegatus, dilectis in Christo rogerio et alberto et ottorino de porta romana pro meritis salutem. Noscat vestra discretio predictum dominum abbatem literas infrascripti tenoris recepisse, et vices suas nobis commisisse, ut per publicum instrumentum vobis liquide patebit cum coram nostra presentia fueritis. Tenor vero literarum domini pape talis est. Alexander ep. s. s. dei.... (1). Verum cum nos teneamur mandata summi pontificis exacta diligentia adimplere, ne filii inobedientie videremur, idcirco vobis et cuilibet vestrum rogando, monendo, ac prout possumus precipiendo mandamus, quatenus cum *predictis ministro et fratribus* supra predicta quantitate pecunie ad decem dies ab horum presentatione amicabiliter conveniatis, aut ad ipsum terminum coram nostra presentia compareatis, cur id facere non deberetis hostensuri. Quem terminum loco trium et perremptorium vobis duximus assignandum. Alioquin ex tunc contra vos quantum de iure poterimus iusticia mediante procedemus, et vos nihilominus excommunicatos publice denuntiari faciemus, et implorabimus auxilium brachii secularis, prout in predictis literis plenius continetur.

Ego (2) arnulfus filius quondam item arnulfi de callio civitatis mediolani de brandia guercii notarius publicus interfui et rogatus scripsi.

Pergam. ml. 477×340, optime conservata. — A tergo habetur manibus antiquis summarium huius instrumenti. || Vacat.

XXIX.

n. 1911. Pagensi. — [An. 1269, 3 Ian.] — Confirmatio privilegii, quo a Communi Mediolani in consilio coadunato in presentia Conradi Lavezari potestatis Mediolani et Napoleonis De la Turre antiani et rectoris perpetui societatis credentiae S. Ambrosii, assignantur conventui Fratrum Minorum S. Francisci restitutiones quae eidem Communi deberentur, cum aliqua tamen exceptione prouti videbitur Potestati.

In nomine domini anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo nono indictione duodecima die iovis tertio mensis Ianuarii. In palatio novo maiori Communis mediolani, congregato consilio CCCC ad sonum campane et voce preconia, more solito convocato, in quo qui-

(1) Cfr. n. 4141, an. 1260, 2 Iunii p. 667 n. XXVII.

(2) Praecedit signetum tabellionis.

dem consilio lecta fuit quedam *pettitio,* que iam lecta est et approbata in consilio societatum mediolani super hoc cellebrato anno proximo preterito die iovis vigesimo mensis decembris, cum additione que continetur in dicto consilio, et que inferius continetur. Cuius pettitionis tenor talis est: Millesimo ducentesimo sexagesimo octavo die veneris XIII, mensis decembris.... Postea consuluit et viginti quatuor sapientum sociatatis credentie sancti ambrosii, presente et coram domino Napoleone de laturre, antiano et rectore perpetuo illius societatis acquievit et voluit, quod infradicta *petitio data ac porrecta per Guardianum et Capitulum dominorum fratrum minorum de sancto francischo,* in omnibus et per omnia adimpleatur et executioni mandetur penes potestatem et commune mediolani et consilium, et alibi ubicumque fuerit necesse: Cuius petitionis tenor talis est: A vobis domino Napoleone de laturre, domino perpetuo populi mediolani, et consulibus societatis credentie sancti Ambrosii Mediolanen. petunt et *Guardianus et Capitulum dominorum fratrum minorum de sancto francisco,* quatenus per vos formetur et ordinetur, quod usure sive male ablata hinc retro accepte, et que de cetero accipientur a communi mediolani, debeant et possint eisdem fratribus restitui et dari vice communis mediolani, et quod sint eorum fratrum sicut actenus est servatum. Et huic pettitioni additum fuit per dominum Chunradum Lavizarium potestatem Mediolani in eo consilio, quod nemo consuleret statutam pettitionem *fratrum minorum de sancto francischo* fore admittendam, quin semper intelligatur quod quilibet, qui habuerit usuras vel male ablata de avere communis mediolani, possit eas, et ea dari, et reddere communi mediolani, si voluerit. Et quod ex forma et tenore illius consilii non teneretur aliquis dare, nec reddere usuras, nec male ablata *illis fratribus* contra eius voluntatem si potestas velit eas dare communi mediolani. Super quibus omnibus predictis dominus Chunradus Lavizarius potestas mediolani consilium postulavit. Baffa menclotius super facto predicte pettitionis fratrum minorum, consuluit quod dicta pettitio in totum adimpleatur cum additione, que in dicto consilio societatis continetur. In reformatione consilii concordatum est consilium totum in dicto suprascripti Baffe. — Interfuerunt ibi testes suzopillus trullia stancharius de casate, bosius frixius morandus vincimalla, et plures alii, omnes civitatis mediolani.

Ego martinus de fara notarius et scriba camere palatii communis mediolani scripsi. Ego Iacobus Burrius dictus de mama, notarius et scriba cammere palatii communis mediolani scripsi. Ego chunradus de sommovico civitatis mediolani burgi porte nove notarius a libro consiliorum communis mediolani excripsi.

Ego Iacobus filius quondam ser durantis de ripa, notarius civitatis mediolani de burgo porte vercelline autenticum huius exempli vidi et legi, in quo sic continebatur, prout in isto legitur, meoque signo signavi et scripsi.

Ego stephaninus filius Iacobi arenzani, qui dicitur de poliano, civitatis mediolani porte vercelline, autenticum huius exempli vidi et legi. In quo sic continebatur, prout in isto legitur exemplo, et ab ipso autentico per seriem de verbo ad verbum exemplavi per cunctas litteras, vel silabas plus minusve.

Pergam. ml. 327×236, optime conservata. — A tergo legitur. Gratia || fratribus minoribus || pro male ablatis || Non registretur.

XXX.

n. 4177. Bolle. — [An. 1289, 18 Iunii]. — Nicolaus IV concedit indulgentiam unius anni et XL dierum omnibus visitantibus ecclesiam Fratrum Minorum in festo SS. Naboris et Felicis, in translatione eorumdem et per octavam festi.

Nicolaus ep. s. s. dei. Universis Xhristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Loca sanctorum (1) omnium pia et prompta devotione sunt a Xhristifidelibus veneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipsi nos amicabiles deo reddant et illorum nobis vendicantes quodammodo patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur, ut ecclesia domus fratrum minorum mediolanen. congruis honoribus frequentetur omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in sanctorum Naboris et felicis festivitate et octo diebus immediate sequentibus, ac in die translationis corporum eorumdem singulis annis visitaverint venerabiliter de omnipotentis dei misericordia ac beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi unum annum, et quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. — Datum Reate XIIII kal. iul. pont. n. a. II.

Pergam. orig. ml. 385×522, optime conservatur, deest funiculus ex quo plumbum pendebat. — A tergo legitur manibus antiquis: 146 || privilegium fratrum minorum || indulgentia unius anni et XL dierum in festo || sanctorum martirum naboris et felicis et in || translatione eorumdem et per octavam eorum festi || A || Nicolaus IV || Duppl.

---

(1) Formula uti in Bulla 22 April. 1289; BF IV, 71 n. 104; Eubel, 1678sq. Cf. BF IV, 80 n. 121 aliam bullam indulgentiae pro eadem ecclesia. — Cf. supra doc. X, p. 267; XXXI, p. 662.

Mediolani. P. Paulus Sevesi, O. F. M.

CHRONICON PROVINCIAE ARGENTINENSIS O. F. M.

CIRCA AN. 1310-27

A QUODAM FRATRE MINORE

BASILEAE CONSCRIPTUM (1206-1325)

Chronicon, quod hic denuo publici iuris facimus, iam edideramus apud *Römische Quartalschrift* (XIV, 1900, p. 235-255), ast ex apographo a scriba bibliothecae Palatinae Vindobonensis nobis pluribus cum mendis confecto. Codex enim (1), in quo exstat chronicon, saeculo XV male est scriptus et permagnas, pluries immo insolubiles legenti parat difficultates. Repetito tamen studio et cum subsidio benigno R. P. Hieronymi Golubovich novam editionem praeparavimus, quae cum maxima fidelitate textum praebet.

Titulum in ipso codice chronicon non habet. In antiquo indice codici praemisso legitur quidem «ex cronicis ordinis IX folia»; attamen chronica ordinis minus apte vocatur, cum non nisi primordia, ministros generales et capitula generalia brevi enumeret. Potius est chronicon provinciae Argentinae, immo accuratius conventus Basileensis, in quo procul dubio est compilatum; auctor enim in enarrandis factis ultimorum 25 annorum ad illum conventum pedem figit et ubique se testem immediatum prodit.

In quibus etiam narratis valor et utilitas chronici praeprimis consistit. Quae auctor ad saeculum XIII ex chronico Fratris Iordani (2), ex annalibus Wormatiensibus (3) aliisque deprompsit, apud illos plane et melius habentur, dum in libello nostro pluribus erroribus sunt intermixta et aliis inserta. Quae omnia quidem in hac editione, uti in codice iacent, edidimus; ast supersedimus a notis addendis et explicandis illis, quae alii explicite et verius retulerunt historici; nemo pro hisce ediscendis ad libellum nostrum prudens recurret. Nonnisi in notis sat multos errores paucis verbis corrigere studuimus.

(1) De codice hoc, qui magnam molem documentorum franciscanorum, praesertim ad provinciam Argentinae spectantium, continet, cfr. *Tabulae codicum MSS. bibliothecae Palatinae Vindob.*, t. III, nr. **4349**, Vindob. 1869, p. 248-9. Magnum meretur studium, in quod aliis laboribus impediti incumbere nondum potuimus, quare ille aliis historiae franciscanae studiosis commendatur. — De nostra priore editione plures auctores dixerunt; praeprimis R. W(ackernagel), *Eine Chronik des Basler Barfüsserklosters*, in *Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertumskunde*, t. I (Basel 1902), p. 147. (2) Cf. 672, nota 1.

(3) Ed. G. H. Pertz, ap. *Mon. Germ. Hist. Script.*, 1861, Hanoverae 1861, 34-73-79.

Alia est res quoad historiam *provinciae Argentinae*. Ad ipsam, praeprimis ad historiam *conventus Basileensis* annis 1300-1325, melius cognoscendam plura affert hucusque incognita; alia accuratius proponit, quam ab auctoribus subsequentibus tradita sunt. Initia illius provinciae a Fratre Iordano bene referuntur (1); cum tamen ex tempore primae divisionis provinciarum Germaniae, 1230 factae, nonnisi Saxoniam ille respiciat, in Germaniae meridionalis historia inde incipiunt lacunae et dubia (2); nec ministrorum provincialium elenchum texere, nec omnia capitula provincialia enumerare, nec annos fundationis singulorum conventuum determinare licet.

In hisce quidem rebus chronicon etiam nostrum pro parte magna deficit. Quoad ministros provinciales praesertim nihil novi pandit, exordiens elenchum ab anno 1265; nec omnia capitula provincialia in memoria auctor retinuit; omisit immo capitulum in suo conventu Basileensi 1276 celebratum (3). Pro initiis tamen conventuum determinandis nova praebet adiumenta; pluries enim indicavit annum, in quo Fratres Minores et sorores sanctae Clarae in conventus intrarunt. Saepius discrepat a notitiis hucusque habitis (4), unde plenius examinari convenit, praeprimis cum ex aliis erroribus auctori diffidere liceat.

Ab anno circiter 1300 tamen se testem fidelem et immediatum prodit et accurate refert quae in conventu Basileensi memoratu digna acciderunt (5). Specialem mentionem merentur, quae de pluribus inter Fratres Minores et alios clericos regulares et saeculares dissidiis et de oppressione Tertii Ordinis vivis coloribus praesentat.

Quodsi ad auctorem oculos vertimus, nihil aliud dicere licet, quam chronicon compilatum esse in conventu Basileensi et quidem primis saeculi XIV decenniis (6), ex iis quae auctor ipse observavit. Ultimum factum, quod notatur, est capitulum generale Pentecoste 1325 Lugduni celebratum. Quia tamen ad capitulum provinciale anni eiusdem addit: « Et fuit provincia sine capitulo fere duobus annis », quod nonnisi 1327 scribere potuit, unde chronicon incompletum in codice Vindobonensi traditum videtur; vix etiam crediderimus, auctorem haud inseruisse factum, quod papa electionem Hartungi Monachi ad cathedram Basileensem reprobavit, cuius ingressum minutius circa finem exposuit. Catalogi imo additi Ministrorum usque ad saeculum XIV dimidium pertingunt, qui tamen ab alio vel a scriba codicis ex aliis fontibus additi fortasse fuerunt.

(1) Eius *Chronica* ed. AF I, 1885, 1-19; AFH III, 47-54; Böhmer, Paris 1908, (cf. AFH II, 647-50). (2) Ob quae conferendum est Chronicon Fr. Nicolai Glassberger AF II, 1887, 1sqq.

(3) Annales Basileenses, apud *Mon. Germ. Script.* XVII, 200.

(4) Quas collegit Conradus Eubel O. M. Conv. in *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoriten-Provinz*, Würzburg 1886; et pro monasteriis Clarissarum Wauer, *Entstehung und Ausbreitung des Klarissenordens, besonders in den deutschen Minoritenprovinzen*, Leipzig 1906.

(5) De hoc conventu cfr. R. Wackernagel, *Geschichte des Barfüsserklosters zu Basel*, in *Festbuch zur Eröffnung des historischen Museums*, Basel 1894. p. 159 sqq. Ibidem p. 97 sqq. Riggenbach, *Die Barfüsserkirche als Geburtsstätte der Basler Reformation.*

(6) Duo alii Chronistae provinciae Argentinae, Iohannes Vitoduranus cuius Chronicon ed. Eccardus, *Corpus hist. med. aevi*, I, Francof. et Lipsiae, 1723, 1793-1930; ed. G. v. Wyss, Zürich 1856, et auctor libri « Flores temporum », ed. Eccardus, l. c. I, 1551-1640; ed. Holder-Egger, MGH SS XXIV, 230-50, tempore posteriore scripserunt.

[Chronicon Provinciae Argentinensis].

Hoc est in datario (1) pape in curia romana: In Bethlehem Iude nativitas domini nostri Iesu Christi secundum carnem anno imperii Augusti cesaris 42, a condicione urbis Rome 752, olympiadis centesime nonagesime tercie, expletis a mundi creacione annis 5199. In cuius adventu facta est pax per universum orbem 6 annis ante ortum et 6 annis post ortum.

Anno ab incarnacione domini 1181 natus est beatus Franciscus, domino disponente (2).

Anno domini 1206 cepit ordo fratrum Minorum sub beato Francisco in Tuscia apud ciuitatem Assisium in loco, qui dicitur ad sanctam Mariam de Porciuncula uel ad sanctam Mariam de Angelis. Quem Innocentius papa tercius approbavit et fratribus mandatum de penitentia predicanda dedit 1209 (3).

Anno autem domini 1223 laterani 3 kalendas decembris a domino papa Honorio 3° regula et uita fratrum Minorum confirmata est et bullata et in registro pape de verbo ad verbum posita (4). Ideo per capitula generalia nil addi, nil minui potest, nil mutari in ipsa. Que a quatuor personis est conscripta, videlicet a beato Francisco et fratre Cesario teuthonico (5), domino Hugone cardinali, episcopo Hostiensi, qui post factus papa vocatus est Gregorius nonus (6), et domino Reginaldo, ejus cappellano, qui post factus papa vocatus est Allexander quartus (7).

Huic ecclesie beate uirginis de Porciuncula obtinuit beatus Franciscus tantam graciam et indulgenciam, ut quicumque uenerit in eam a uesperis prime diei mensis augusti usque ad uesperam secunde diei tam nocte quam die, contritus et confessus, dimittuntur ei omnia peccata sua, que commisit a die baptismatis usque ad horam illam, qua ingreditur ecclesiam supradictam. Hec indulgencia confirmata fuit per dominum papam Honorium supradictum et publicata ex parte pape antedicti per uenerabiles episcopos subscriptos, uidelicet episcopum Assisinatem, episcopum Perusinum, episcopum Tudertinum, episcopum Spoletanum, episcopum Fulginatem, episcopum Viterbiensem (?) (8) et episcopum Eugubinum, presente uenerabili patre sancto Francisco et fratribus suis et multa populorum concursione (9).

Anno domini 1226 (fol. 3v) obiit sanctus Franciscus quarto nonas octobris die sabati. Et 28 est canonizatus 17° kalendas augusti die dominico et 30 translatus ad ecclesiam in ipsius honorem constructam octavo kalendas junii (10).

Ad magnificenciam igitur beati patris nostri Francisci nota, quod dominus Gregorius papa nonus composuit (11) primum ympnum ejus *Proles de celo prodiit* et octavum responsorium, scilicet *De paupertatis horreo;* item antiphonam istam *Plange turba paupercula.* Dominus Thomas Capuanus cardinalis edidit secundum ympnum, scilicet *In celesti collegio,* et quartum, scilicet *Decus morum,* et septimum responsorium, scilicet *Carnis spicam,* et illam antiphonam *Salve sancte Pater.* Dominus Rainerius de Viterbio cardinalis fecit tercium ympnum, scilicet

(1) I. e. Martyrologio. (2) Cf. AFH I, 99. (3) L. c. 100; II, 181-96. (4) AFH II, 98 sq. (5) Iordanus, n. 15. (6) Cf. Bullam *Quo elongati,* Sbaralea, BF I, 68-70. (7) In codice videtur scriptum "Viterbiensem"; fuit episcopus Nucerinus. (8) De quo AFH III, 405 sqq. (9) Cf. AFH, I, 31-44; II, 95 n. 13; 407-11; III, 504-7. (10) AFH II, 99 sq. (11) Cf. bibliographiam AFH III, 405.

Plaude turba paupercula, et illam antiphonam de stigmatibus *Celorum candor*. Alia omnia, que ad hystoriam cantus spectant, edidit uir probatissimus in sciencia et uita, frater Julianus theuthonicus. Dominus Philippus cancellarius Parysiensis composuit prosam illam scilicet *Exprimantur;* et legendam vero, que incipit *Apparuit gracia Dei,* edidit sancte memorie frater Bonauentura, primo magister theologie, post multo tempore generalis minister ordinis fratrum Minorum, demum uenerabilis cardinalis et episcopus Albanensis.

Anno ab incarnacione domini 31 3° kalendas maji cepit ipse dei filius Christus predicare et incepit uita appostolorum (1). — Anno domini 250 cepit ordo monasticus sub beato Anthonio in Thebaida. — Anno domini 1232 canonisatus est beatus Anthonius a Gregorio papa IX. — Anno domini 370 cepit divinum officium cantari. — Anno domini 400 tricesimo cepit ordo regularium canonicorum. — Anno domini [5]27 cepit ordo nigrorum monachorum sub beato Benedicto in monte Cassino. — Anno domini [5]91 diuinum officium a sancto Gregorio est ordinatum. — Anno domini [10]78 cepit ordo Cisterciensis sub beato Roberto abbate in Burgundia. — Anno domini 1112 beatus Bernardus intrauit monasterium. — Anno domini 1126 cepit ordo Norpertinorum. — Anno domini 1128 cepit ordo Templariorum. — Anno domini 1200 cepit domus Theutunice ordo. — Anno domini 1206 cepit ordo fratrum Minorum sub beato Francisco in Tuscia. Sub eodem cepit ordo sancte Clare anno 1212; anno 1255 est canonisata beata Clara ab Alexandro papa quarto (2). Sub eodem beato Francisco cepit 3us ordo ab ipso institutus, cujus regulam postea anno domini 1289 Nycolaus papa quartus innouauit et bullauit (3). — Anno 1208 cepit ordo Predicatorum sub beato Dominico in Hyspania. — (fol. 4r) Eodem anno Philippus rex Romanorum occisus est in ciuitate Babenberg. — Anno domini 1216 confirmatur ordo Predicatorum per dominum Honorium papam. Et per eundem Honorium coronatur imperator Fredericus.

Pueri innumerabiles profecti sunt versus Terram Sanctam dicentes, se uelle expugnare eam, et uenientes ad mare non habentes sapientiam neque fortitudinem reuersi sunt anno 1210 (4).

Anno 1221 obiit beatus Dominicus. Eodem anno intrauerunt fratres Minores Wormaciam et receperunt se ad sanctum Nazarium, postea in uico sancti Petri super ripam perseueranter se locauerunt (5).

Anno 1231 obiit beatus Anthonius (6).

Anno 1254 obiit beata Clara, postquam seruierat domino in ordine suo 40 duobus annis (7).

Anno 1231 beata Elyzabeth obiit, que fuit filia regis Ungarie et langravia Thuringie (8). Audiui a fratribus de Ungaria transeuntibus per Basileam hec, que sequuntur: « Sancta Elyzabeth habebat sororem nomine Kingue (9), que habuit maritum ducem Polonie; post cujus obitum intrauit monasterium sancte Clare et choruscat

(1) Cf. indiculos ordinum MGH SS XVII, 1, 722; XXIV, 433 etc.
(2) AFH I, 106-7; II, 311-2. (3) L. c. II, 96-7; (I, 642 sq.); II, 63 sqq.
(4) Non, sed an. 1212. (5) Ex Annalibus Wormat. in MGH SS XVII, p. 38. Cf. Iordanus, n. 23; 26. (6) AFH II, 100-1. (7) Obiit 1253. AFH II, 311-2. (8) AFH II, 240 sqq. (9) Error est, nam Kunigundis (ungarice Kinga), uxor Boleslai V ducis Poloniae, fuit filia regis Belae IV, fratris S. Elisabeth. An. 1279 facta est Clarissa in Sandecz. AA SS iul. V, 669-707.

miraculis. Habuit eciam fratrem nomine Belam, qui fuit rex Ungarie, qui eciam choruscauit miraculis. Item habuit alium fratrem nomine Kolomannum, qui habebat ducatum in Ungaria, qui similiter choruscauit miraculis. Item in monasterio supradicte Kinguae sunt 140 persone ».

Et frater Dorso, laycus de ordine Predicatorum, cum disciplulo suo Johanne attrahens sibi magistrum Corradum de Margborg cremauit multos pro hereticis. Postquam hoc scripsi, audiui hoc factum aliter narrari sic, quod magister Corradus de Margborg multos cremauit pro hereticis et propter hoc occisus est, qui non erat de ordine Predicatorum, nec talem habuit socium. Volens autem comitem de Seyn cremare, cum magna difficultate euasit et iuit ad papam; papa audiens tam iniquum judicium cassauit. Et occisus est frater Dorso et socius suus Johannes suspensus (1).

Anno 1253 confirmatur ordo Sacatarum, sed 1274 infirmatur per concilium generale Lugduni.

Anno domini 1219 (2) et conuersionis ejus 13°, sanctus Franciscus misit fratres in Franciam, Ungariam, Hyspaniam et Theutoniam et ad alias provincias Ytalie, ad quas non peruenerant; sed in Ungariam missi, contumeliis affecti redierunt in Ytaliam. De missis in Hyspaniam 5 sunt martirio coronati. Similiter in Theutoniam missi affecti contumeliis reuersi sunt, et sic tota hec prima missio est anullata.

Anno 1221 frater Cesarius (fol. 4v) factus est minister Theutonie et ad eam missus. Eodem anno idem minister de Augusta misit fratres ad diuersas prouincias Theutonie.

Anno 1222 fratres in Colonia sunt locati. Et erant tunc tam pauci sacerdotes, quod unus nouitius in Wormatia et Spira in magnis solempnitatibus celebrauit.

Anno 1223 regula Minorum fratrum est confirmata. Eodem anno frater Albertus Pysanus, 2us minister Theutonie, conuocatis senioribus fratribus Theutonie celebrauit capitulum in natiuitate beate uirginis in Spira extra muros, scilicet apud leprosos. In quo tractatum est de statu et dilatacione ordinis. Unde eciam missi sunt fratres in Saxoniam et benigne sunt recepti. Receperunt quoque loca in Hyldensheym, Brunzwig, Coslaria, Halberstat et Magdeborg.

Anno 1224 sunt fratres in Thuringiam destinati.

Anno 1225 fratres receperunt domus in Ertfordia, Ysnaco et Northusen.

Anno 1227 in generali capitulo frater Johannes Parens, ciuis antea Romanus et dominus legum de ciuitate Castellana natus, primus minister generalis est electus. Statim post hoc frater Julianus de Anglia uenit in Alemaniam, qui post hystorias sanctorum Francisci et Anthonii pulchras stilo et melodia composuit.

Anno 1228, quo sanctus Franciscus est canonisatus, frater Johannes de Planis Carpinis minister Theutonie est institutus, qui misit fratres in Bohemiam, Ungariam, Poloniam, Daciam et Norwegiam. Anno domini 1233 (3) uenerunt fratres in Daciam.

Anno 1229 frater Johannes anglicus primus uisitator in Theutoniam est destinatus.

---

(1) Sequi videtur Annales Wormat., MGH. SSr. XVII, p. 39.

(2) Pro hoc et seqq. cf. Iordanum, n. 3 seqq. sub annis respectivis.

(3) Petrus Olai (Langebek, *Scriptores rerum Danicarum*, V, p. 511) eos 1232 in Daciam intrasse refert.

Anno 1230 in capitulo generali ministracio Theutonie diuisa est in duas, scilicet in ministracionem Reni et Saxonie. De eodem capitulo breuiaria et antiphonaria sunt transmissa.

Anno domini 1232 in capitulo generali Rome (1) frater Johannes Parens generalis est absolutus et frater Helyas ei substitutus, qui pro opere sancti Francisci complendo Assisii fecit collectas et exacciones per totum ordinem et plurima non conueniencia ordini disponebat. Infra septem annos non tenebat capitulum generale. Sed fratres consilio habito intendebant ordini prouidere, inter quos erant precipue frater Alexander et frater Johannes de Rupella, magistri tunc Parysius.

Anno 1237 misit frater Helyas uisitatores sibi adherentes per totum ordinem, qui in factis suis minus erant ordinati.

Anno 1238 fratres Saxonie contra uisitatorem appellabant ad generalem, apud quem nihil proficientes (fol. 5r) ad papam, et hoc profuit.

Anno 1239 in capitulo generali ordinatum est, ut essent elecciones ministrorum, custodum et gardianorum. In quo capitulo frater Helyas absolutus est, cum septem annis prefuisset, et frater Albertus substitutus. In eodem capitulo provincie sunt distincte.

Anno 1240 kalendis februarii frater Albertus generalis 3us obiit, cum prefuisset 8 mensibus et aliquot diebus. Et frater Haymo anglicus ei successit. Eodem anno facta est eclypsis solis in dominica, que tunc fuit Michaelis.

Anno 1241 dominus Gregorius IXus obiit, cui successit dominus Celestinus, qui uixit tantum 17 diebus.

Anno 1243 Innocencius papa quartus fuit electus. Eodem anno ab eodem domino Innocencio celebratum est concilium in Lugduno (2), ubi conuenerunt 330 episcopi, et dominus papa deposuit Fredericum imperatorem et excommunicauit eum. Eodem eciam anno fratres Minores exiuerunt de Wormacia (3). Sub eodem domino Innocencio beata Clara migravit a seculo, ad cujus exequias idem dominus papa cum cardinalibus uenit et ipsam canonizavit (4).

Anno 1244 obiit frater Haymo generalis, et frater Crescencius est ei substitutus. Eo tempore fratres a Frederico, per papam ab imperio finaliter deposito in concilio Lugdunensi, ualde sunt uexati, de multis locis ejecti et quidam interfecti pro eo, quod ecclesie fideliter astiterunt, quod nulli alii religiosi fecerunt (5).

Anno 1246 revocati sunt fratres Minores in Wormaciam ab episcopo Landolfo.

Sequenti anno, scilicet 47, mortuus est rex Romanorum Henricus.

Anno 1248 (6) in capitulo Lugdunensi frater Crescencius est absolutus, cum ipse et frater Haymo septem annis prefuissent, et frater Johannes de Parma est ei substitutus. Eodem anno rex Romanorum Wilhelmus coronatus fuit.

Anno 1250 Fredericus quondam imperator obiit in die sancte Lucie; quidam dicunt, quod in excommunícacione, alii autem, quod fuit absolutus.

---

(1) Celebratum est Reati iuxta Eccleston, AF I, 242; ed. Little, Paris 1909, 82. Cf. Iordanus, n. 61. AFH, 103. (2) Fuit 1245. (3) Rursum ex Annalib. Wormat., l. c., p. 48. (4) Non Innocentius, sed eius successor Alexander IV Claram 1255 canonizavit. Supra p. 674, n. 2. (5) Ex Iordano, n. 73. (6) Fuit 1247. Iordanus, n. 75. AFH II, 310.

Anno 1254 Alexander papa quartus fuit creatus. Eodem anno obiit rex Romanorum Corradus.

Anno 1256 frater Bertholdus de ordine fratrum Minorum predicauit in Alemania cum magna utilitate et edificacione cleri et populi (1). Eodem anno rex Romanorum Wilhelmus occisus fuit a Frisonibus. Eodem anno dux Bauariae Ludowicus decollauit uxorem suam Mariam.

Anno 1257 in capitulo Romano in purificacione frater Johannes de Parma, cum X annis prefuisset, est absolutus, et frater Bonauentura est substitutus (2). Eodem anno fit rex romanus Richardus.

Anno 1258 inchoata est uindemia in Olsacia post festum sancti Galli, et superueniente frigore congelati sunt botri in uineis in tantum, quod in saccis super torcularia portabantur (3). (fol. 5v) Sequenti uero anno crevit uinum, quod uolgariter dicebatur *turbelmann* propter sui fortitudinem.

Anno 1260 fuit dura gwerra inter ciuitatem Moguncianam et Humbertum de Ariete. Eodem anno ualuit carrata uini illius terre circa Moguncciam X sol. et uas uini libram.

Anno [1261] obiit dominus Alexander 4us papa, cui successit Urbanus 4us. Eodem anno facta est processio penitentium per Alsaciam et alia loca, qui denudatis scapulis dorsa sua et scapulas aspere flagellabant (4).

Anno 1265 Clemens papa 4us creatus fuit. Circa idem tempus (5) fit minister prouincialis frater C[onradus] de Celiporta; quo absoluto successit ei Albertus (6); quo eciam absoluto successit ei frater Corradus, dictus Probus, lector Constanciensis.

Anno 1266 sorores sancte Clare uenientes de Paradiso, qui est locus circa Schafhusen, recepte sunt in Basilea, in loco, qui nunc dicitur Gnadendayl, sed [12]79 translate sunt trans Renum in locum Sacatarum (7).

Anno 1270 rex Francie Ludouicus mortuus est apud Tunizium in transfretacione contra infideles.

Anno 1272 sorores sancte Clare recepte sunt in Maguncia et introducte per Humbertum de Ariete, ciuem Moguntinum, qui eciam edificauit eis locum (8).

Anno 1273 comes Rudolfus de Habsburg obsedit ciuitatem Basileam tempore messium, scilicet in uigilia beate Margarete, V uel 6 diebus (9). Postea tempore autumpnali ejusdem anni idem comes electus fuit concorditer a principibus in regem Romanorum, excepto rege Bohemie, in festo sancti Jeronymi in die sabati. Qui obiit anno domini 1291 idibus julii die dominico, cum regnasset 18 annis minus 11 ebdomadis.

Eodem anno frater Bonauentura uocatus est ad cardinalatum a domino Gregorio X° et factus est dominus Albanensis. Cui successit frater Jeronymus, qui eciam uocatus est ad cardinalatum, et successit ei frater Bonagracia, electus in generali capitulo Assisii celebrato (10).

---

(1) Cf. l. c. II, 308. (2) Ultima notitia ex Iordano, n. 77. (3) Ann. Colm. minores, MG XVII, 191. (4) MG XVII, 420. (5) Secundum Eubel (p. 159) prima vice 1252 minister memoratur. Cf. Glassberger, AF II, 70, 76, 83. (6) Eubel (p. 160) ipsum ex anno 1266 provinciam gubernasse putat. (4) Quod et referunt Annales Colmarienses, MGH SS XVII, p. 205. Cf. tamen Eubel, p. 231, not. 136; Wauer, 120. (5) Quod repetit Gallia christiana, t. V, col. 602; Wauer, 118-9. (9) Annales Basileenses MGH SS XVII, p. 195: « Comes Rudolfus de Habsburc obsedit Basileam 3 diebus cum potentia magna circa festum sancte Margarethe ».
(10) Cf. AFH II, 459-65.

Anno 1274 dominus Gregorius X[us] papa celebrauit concilium in Lugduno et deposuit ordines mendicantes, exceptis Predicatoribus et Minoribus. Sed Augustinos et Carmelitas ita manere permisit, donec deliberaret. Item frater Jeronymus minister generalis fratrum Minorum fuit missus a papa pro Grecis, qui adduxit eos ad concilium, et facti sunt obedientes ecclesie romane, concordantes cum ecclesia katholica in fide sicut primitus, et abjurauerunt errorem suum simpliciter et pure. In eodem concilio obiit frater Bonauentura de ordine fratrum Minorum cardinalis episcopus (fol. 6r) sepultus ibidem apud eosdem fratres (1).

Anno 1275 idem dominus Gregorius papa existens in Lausanna consecrauit fratrem H[enricum] lectorem Maguntinum in episcopum Basileensem (2).

Anno 1276 factus fuit papa Innocentius 5[us], qui fuit de ordine Predicatorum, et uixit a festo Fabiani et Sebastiani usque ad festum sancti Johannis Baptiste. Cui successit dominus Adrianus papa 5[us], qui uixit non plene per duos menses, et sepultus fuit in Viterbio apud fratres Minores.

Anno 1277 (3) fit papa dominus Johannes 21[us], super quem cecidit murus, et mortuus fuit infra ebdomadam.

Anno 1278 (4) fit papa dominus Johannes Gaietanus et uocatus fuit Nycolaus 3[us]. Eodem anno occisus fuit rex Bohemie Othacarus a rege Romanorum Rudolfo.

Anno 1279 frater Con[radus] dictus Probus, minister prouincialis fratrum Minorum in Alemania, factus fuit episcopus Tullensis (5). Eodem anno fuit capitulum generale in Assisio et fuit generalis minister frater Bonagracia (6). Eodem tempore dominus Nycolaus papa 3[us] fecit declaracionem super regulam fratrum Minorum, que sic incipit: *Exiit, qui seminat* (7). Eodem anno sorores sancte Clare in Friburgo Brisgawie sunt recepte (8). Eodem eciam anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Rutlingen (9), ubi frater Th[idericus] Golinus, qui tunc fuit lector Basilee et olim fuit custos super Renum, electus fuit in ministrum prouincialem.

Anno sequenti, scilicet 1280, fuit capitulum prouinciale in Moguncia (10). Eodem anno recepte sunt domus fratrum in Burgdorf et in Solodro (11).

Anno 81 fuit capitulum in Friburgo Burgundie (12).

Anno 82 celebratum fuit capitulum generale Argentine (13). Circa idem tempus recepta fuit iterato domus fratrum in Heydelberg, que derelicta fuit a tempore Frederici imperatoris (14).

---

(1) AFH II, 460-1. (2) Qui 1275-1286 ecclesiam Basileensem et 1286-1288 Maguntinam rexit. Cfr. Eubel, in *Hist. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft*, 1888, p. 393 sqq., et E. Baumgartner O. Cap., *Heinrich von Isny*, in *Zeitsrift für Schweizerische Kirchengeschichte*, t. V, p. 122 sqq. (3) Electus 1276.
(4) Electus 1277. (5) Ab anno 1279 usque 1296. Cf. de ipso Eubel, in *Hist. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft*, 1888, p. 650 sqq. (7) AFH II, 465.
(7) 14 Augusti 1279; BF III, 404. (8) Alii Monasterium hoc paucis ante annis fundatum esse volunt; cfr. Wauer, p. 119. (9) Glassberger, AF II, 91 (an. 1280), ubi et alia Capitula prov. cf. 591-2. (10) L. c. (11) Est Solothurn. Eubel, 10, 214-5. (12) AF II, 94. (13) Cf. Annales Colmarienses Maiores, MGH SS XVII, p. 209. AFH II, 465.
(14) Eubel, 10, 209, ubi et de capitulis prov., p. 159 sqq.

Anno sequenti, scilicet 83, fuit capitulum prouinciale Ulme (1).

Anno 84 fuit capitulum Spire. Eodem anno recepta est domus fratrum in Lutra (2).

Anno 1285 fuit generale capitulum Mediolani (3), in quo fit generalis minister Arlotus, qui successit fratri Bonagracie mortuo in officio ministerii. Mortuo autem fratre Arloto successit ei frater Matheus de Aquasparta. Quo assumpto ad cardinalatum successit ei frater Raymundus de prouincia Prouincie, magister in theologia. Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Basilea. Eodem eciam anno recepte sunt domus in Mulhusen et Brisaco (4).

Anno sequenti, scilicet 86, fuit capitulum g[enerale] (5) Wormaciae. Eodem anno episcopus Basileensis de ordine fratrum Minorum, scilicet frater H[enricus] de Ycnicia, quondam lector in Moguncia, translatus est de ecclesia Basileensi et factus est archiepiscopus Moguntinus.

Anno 87 fuit capitulum generale in Montepesulano (fol. 6v); et fuit ibi electus in ministrum generalem frater Matheus de Aquasparta, lector curie romane (6). Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Herpipoli (7).

Anno 88 fuit capitulum Helprunne (8). Eodem anno dominus Jeronymus cardinalis, quondam generalis minister ordinis, electus est in papam et uocatus est Nycolaus 4us (9).

Anno 3° (!), scilicet 89, post pascha in dominica *Cantate* (10), fuit capitulum Schaffuse. Et in penthecoste sequenti fuit capitulum generale in Reate, existente ibidem domino Nycolao papa quarto. Qui eciam eodem anno innouauit et bullauit regulam tercii ordinis, quem beatus Franciscus instituit (11). Eodem anno in assumpcione beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Esslingen, in quo electus fuit in ministrum frater B[ertholdus] de Columbaria, lector Constanciensis (12).

Anno sequenti fuit capitulum Columbarie (13).

Anno 91 fuit capitulum Hagionie. Eodem anno (14) fuit prouinciale capitulum in Villingen in natiuitate beate uirginis Marie.

Anno 92 (15) fuit capitulum generale Parysius in penthecoste. Et postea immediate circa festum b. Margarite obiit rex Romanorum Rudolfus Spire (16), sepultus eciam ibidem, cum regnasset annis 18 minus 11 ebdomadis. Cui successit Adolfus, comes de Nassowe, eodem anno electus concorditer a principibus. Qui cum regnasset annis 6, occisus est anno 1298 in conflictu, ueniente contra se Alberto duce Austrie, filio quondam regis Rudolfi, in festo sanctorum Processi et Martiniani (17), qui ei eciam in regno successit.

---

(1) AF II, 100. (2) Kaiserslautern, quem conventum Eubel, p. 216, not. 99, cum aliis 1290 coepisse putat. (3) AFH II, 467 sqq. (4) Alii priorem conventum 1250 vel 1260, alterum 1302 fundatum dicunt; cf. Eubel, p. 211, not. 80 et 216, not. 103. (5) In codice habetur "g"; fuit capitulum provinciale. AF II, 102. (6) AFH l. c. (7) AF 104. (8) Heilbronn; l. c. 105. (9) AFH II, 468. (10) 8 Maii. AF 105. (11) Bulla "*Supra montem*" de 18 aug. 1289; BF IV, 94. (12) AF 106, ubi et alia capitula.

(13) Annales Colmar. Mai. l. c., p. 217. Columbaria est Colmar.

(14) Glassberger, p. 106 et Eubel, p. 162 rectius dicit 1292 fuisse capitulum in Villingen. Hagionia est Hagenau. (15) AFH II, 471.

(16) Mortuus 1291, die 15 iulii. (17) 2 iulii.

Versus: Anno milleno ducenteno nonageno
adde bis 4 seno sevit mare robore pleno.
Dux uenit Albertus, regem necat hostis apertus;
dux fit rex certus, rumor manet item disertus (1).

Anno sequenti fuit in Franckfort capitulum in pentecosten 93.

Anno 94 fuit capitulum in Friburgo Brisgauie.

Anno domini 95 fuit capitulum generale Rome (2), ubi de uoluntate Bonifacii pape fuit depositus frater Raymundus generalis minister, et electus fuit frater Johannes de Murro in festis appostolorum Petri et Pauli. Eodem anno fuit capitulum prouinciale in Moguncia in natiuitate beate uirginis.

Anno sequenti fuit capitulum in Eslingen.

Anno 97 fuit capitulum provinciale in Argentina, ubi electus fuit in ministrum frater H[enricus] de Otendorf, tunc custos Sweuie et olim lector spirensis (3). Anno eodem recepta est domus fratrum in Tannis in quadragesima.

Anno Domini 98 in penthecoste fuit capitulum provinciale Ratispane. Et in proximo sequenti festo sanctorum Processi et Martiniani rex Romanorum Adolfus occisus est a duce Austrie et sepultus est in Rosental. Qui etiam successit ei in regno (fol. 7 r), electus postea a principibus. Eodem anno combusta est domus cellarum fratrum Minorum in Basilea, scilicet prima nocte post octauam assumpcionis beate uirginis.

Anno 99 in penthecoste fuit capitulum generale in Lugduno (4). Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum provinciale in Thurego (5).

Anno 1300 fuit capitulum Spire. Eodem tempore dominus Bonifacius 8us fecit sextum decretalium (6) et canonisavit regem Francie dominum Ludowicum (7).

Anno [1301] in penthecoste fuit capitulum prouinciale Basilee.

Anno 302 fuit capitulum Herpipoli, ubi electus fuit in ministrum prouincialem frater H[enricus] de Rafensburg, lector Constanciensis et quondam custos Sweuie (8).

Anno 303 fuit capitulum Columbarie in penthecoste (9).

Anno 1304 in penthecoste fuit capitulum generale (10), ubi factus fuit generalis minister frater Gunsaluus, magister in sacra theologia. Et magister ordinis Predicatorum factus fuit papa (11), uocatus Benedictus XIus, et sedit non plene per annum. Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Esling.

Anno 305 fuit capitulum in penthecoste in Augusta. Eodem anno Clemens papa quintus est electus.

Anno 306 fuit capitulum Constantie in penthecoste.

Anno 307 fuit capitulum generale Tholose (12). Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum provinciale in Wormacia.

---

(1) Vix aliud factum tot versibus memorialibus a chronistis Germaniae memoratur ac illa occisio regis Adolfi. Cfr. Oesterley, *Denkverse bei mittelalterlichen Geschichtsschreibern*, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. XIII. Göttingen 1878, p. 21-44; ubi nostri versus desunt. (2) Fuit Assisii. AFH II, 471-2. (3) AF II, 108. (4) AFH II, 627. (5) Zürich, AF II, 108: anno 1299. (6) An. 1298. (7) An. 1297. AFH II, 626. (8) AF, 108, 111.
(9) Annales Colmar. Mai. l. c., p. 228. AF II, 111. (10) Assisii: AFH II, 627. (11) Anno 1303, 22 oct. (12) AFH II, 630.

Rex Romanorum Albertus occisus fuit in crastino Philippi et Jacobi a suis ministralibus in terra sua non longe ab Habsburg castro. Et domina Elyzabeth relicta construxit ibidem (1) pro anima predicti regis duo monasteria, unum fratrum Minorum, aliud sancte Clare anno domini 1308. Eodem anno fuit capitulum in Berno.

Anno 309 fuit capitulum prouinciale in Sarburg (2). In quo uisitatores missi a generali ministro Gunsaluo, scilicet Johannes et Johannes, cum fuissent in prouincia amplius quam per annum exercentes officium uisitatoris, fecerunt constituciones quasdam ad reformacionem prouincie. In eodem eciam capitulo frater H[enricus] de Rauensburg prouincialis minister absolutus fuit per literas generalis ministri, et datus fuit minister prouincie frater Petrus anglicus, magister in theologia.

Eodem anno electus fuit in regem Romanorum dominus H[enricus] de Luczelenburg, uir christianissimus, qui primo anno regni sui transtulit corpora duorum regum predecessorum suorum, scilicet Adolfi et Alberti, et in Spira in sepultura regum cum magna solempnitate sepeliuit. Hic uocatus a quibusdam seruicialibus (?) imperii transmontanis (!) iuit in Ytaliam selo feruentissimo et per Dei graciam obtinuit coronam imperii et fuit in Ytalia tribus annis cum maximo labore et periculo. Ubi domina regina obiit et sepulta (fol. 7v.) est apud fratres Minores in ciuitate Januensi. Et confessor ejus obiit ibidem cum socio suo. Et frater eciam predicti domini imperatoris occubuit ibidem in conflictu. Idem eciam imperator obtinuit in Ytalia multas ciuitates et castra. Postea tamen anno domini 1313 permittente domino ueneno periit, sicut comuniter dicebatur, et mortuus est in festo sancti Bartholomei.

Anno 1310 in penthecoste fuit capitulum generale Padue. Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Ulma (3).

Eodem anno clerus ciuitatis et dyocesis Basileensis et consules et multi de populo ejusdem ciuitatis inciderunt sentenciam excommunicacionis propter dominum Gregorium (4) episcopum, quem transtulit dominus papa Clemens de ecclesia Lausanensi ad Basileensem, quia nolebant eum recipere (5). Et ideo fratres Minores celebrauerunt diuina clausis januis fere per annum et dimidium.

Anno sequenti, scilicet 311, fuit capitulum in Monacho.

Anno 312 fuit capitulum in Lindawia. Eodem anno dominus Clemens papa 5us tenuit concilium in Vienna et fecit ibidem septimum librum decretalium (6), qui tamen per eum non fuit publicatus, sed per successorem dominum Joannem 22m post annos 6 publicatus est, sci-

(1) In Königsfelden. Cf. bullam *Religionis vestrae* de 18 iunii 1310; BF V, p. 70. Eubel, *Gesch.*, 10, 217. (2) AF II, 111, 114. (3) AFH II, 633; AF l. c. (4) Codex "ggm"; est episcopus Gerhardus.

(5) Clemens V, reiecto Lutoldo de Röteln, praeposito Basileensi a capitulo electo, Gerhardum, episcopum Lausanensem, Basileam transtulit. Cui adhaeserunt fratres Minores. Cfr. Wackernagel, l. c., p. 181 et Vautrey, *Histoire des évêques de Bale*, t. I (Einsiedeln 1886) p. 314.

(6) Collectio decretorum a Clemente V facta vocatur ordinarie Clementina. Liber septimus communiter nominatur alia collectio coepta sub Gregorio XIII et sub Clemente VIII praeside cardinale Pinelli absoluta.

licet anno Domini 1318 (1). In eodem concilio idem papa Clemens deposuit ordinem Templariorum. Idem papa Clemens eciam fecit declaracionem super regulam fratrum Minorum, que incipit: *Exiui de paradiso* (2).

Anno 313 fuit capitulum generale Barcinone in penthecoste. Eodem anno in assumpcione beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Franckfort (3). Eodem anno mortuus est H[enricus] imperator.

Anno 314 fuit capitulum in Friburgo Brisgawie in penthecoste. Eodem anno mortuus est dominus papa Clemens quintus, et cessauit papatus ultra duos annos. Eodem eciam anno in festo sancti Luce ewangeliste conuenerunt principes in Francfort ad electionem regis, et electoribus inter se discordantibus constituti sunt duo reges, scilicet Fredericus dux Austrie et Ludowicus dux Bavarie. Uterque igitur attraxit sibi municiones terre sue uiciniores et mutuo se impugnantes pluribus annis grauem inter se habuerunt gwerram.

Anno 315 fuit capitulum prouinciale Argentine.

Anno 316 fuit capitulum generale in Neapoli in penthecoste (4). Eodem anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Herpipoli, in quo frater Petrus anglicus presentavit literas absolucionis sue et rediit in suam prouinciam; et fuit ibi electus in ministrum prouincialem frater H[enricus] de Talheim lector quondam Argentinensis, (fol. 8r) tunc autem baccalarius Parysius, qui confirmatus per fratrem Michaelem ministrum generalem post tres annos, celebrato capitulo in Spira, iuit Parisius et factus est magister sacre theologie (5). Eodem etiam anno factus fuit papa Johannes 22us, qui in assumpcione beate uirginis est electus et in natiuitate ejusdem consecratus (6). Hic canonizauit fratrem Ludouicum de ordine fratrum Minorum, archiepiscopum Tholozanum, germanum Roberti regis Sicilie (7). Hic eciam deposuit et deleuit quasdam sectas, scilicet Saroboitas et Fraticellos, qui portabant habitum fratrum Minorum, sed nolebant obedire prelatis ipsorum (8); ordinem et regulam sancti Francisci dicebant se tenere, sed ordinis correccioni nolebant subjacere; singularem, erroneam et periculosam uitam ducebant, cui initentes nec eciam summo pontifici obediebant; et quia dominus papa in multis eos corruptos et uiciosos inuenit, ipsos ab ecclesia dei penitus extirpandos decreuit.

Anno sequenti, scilicet 317, in Ratispana fuit capitulum in penthecoste.

Anno 318 fuit capitulum Scafuse. Eodem anno publicatus est septimus liber decretalis. Et hic liber continet illam constitucionem editam contra beginas, que incipit: *Cum de quibusdam mulieribus* (9). Quam multi male interpretantes nec inter bonas et malas discernentes multis scandala grauia et indebita grauamina intulerunt, non

(1) 1313 ab ipso papa Clemente V in consistorio cardinalium iam est promulgata, sed 1317 universitati Parisiensi et Bononiensi a Ioanne XXII transmissa.

(2) 6 maii 1312; BF V, 80. (3) AFH II, 635; AF l. c. (4) AFH, l. c.

(5) L. c. 639; AF II, 123 sqq. (6) Electus 1316 aug. 7; coron. sept. 5.

(7) Anno 1317. BF V, 111 sqq. AFH II, 472, 626, 637.

(8) Cfr. bullas *Quorundam exigit* de 7 oct. 1317 (BF V, 128) et *Sancta romana* de 30 dec. 1317 (BF V, 134). AFH II, 253 sqq., 505 sqq. AF II, 124-5.

(9) Clem. tit. XI, cap. I, *Quum de quibusdam*.

solum fidelibus, sed eciam infidelibus. Quamplures enim episcopi et ecclesiarum rectores et prelati in Alemania constituti eandem constitucionem, ut dictum est, indiscrete interpretantes et inique exequentes coegerunt mulieres deuotas et humiles habitum humilem et asperum deponere, camisias induere, uestes seculares et coloratas resumere. Mulieres etiam continentes uoto castitatis astrictas perswaserunt matrimonia contrahere et quod magis est detestabile mulieres inclusas de suis inclusoriis ejecerunt et eas seculariter uiuere compulerunt. Eandem eciam constitucionem ad personas 3ii ordinis, quem beatus Franciscus instituit, ausi sunt retorquere, et hac occasione fratres Minores tanquam fautores personarum dampnatarum excommunicacionis sentencia conabantur inuoluere. Unde Johannes papa XXIIus (1) eandem constitucionem est interpretatus et dixit expresse, ad personas 3ii ordinis eam minime extendi (2). Nec tamen propter hoc clerici a fratrum persecucione destiterunt, sed excrescentes in malicia non solum contra fratres, sed eciam contra eorum amicos, scilicet personas seculares, sentencias iniquissimas fulminauerunt (fol. 8v) contra justiciam et juris formam. Unde dominus papa supradictus fratribus compaciens memoratis dedit eis conseruatores et judices, scilicet archiepiscopum Bisuntinum, Metensem et Herpipolensem episcopos, ut fratres e uicino haberent refugium, et celerius posset adhiberi remedium (3). Archiepiscopus ergo Bisuntinus, postquam dicta cognouit, clericis pena excommunicacionis precipiendo mandauit, ut processus factos contra fratres reuocarent et a talibus de cetero abstinerent. Sed clerici tanquam animo obstinati et corde indurati et precipue in episcopatu Basileensi uilipendentes summi pontificis declaracionem et archiepiscopi excommunicacionem in sua contumacia perdurarunt et in odium fratrum in ciuitate Basileensi interdictum posuerunt. Quod durauit ultra spacium unius anni. In aliis eciam civitatibus et uillis ejusdem dyoceseos, quocumquę fratres uenerunt, clerici per triduum a diuinis cessauerunt. Insuper amicis fratrum et eis adherentibus ecclesiastica sacramenta negauerunt, scilicet baptisma paruulorum, eukaristie sacramentum eciam in extremis; mortuos eciam sepelierunt in campis. Preterea prohibuerunt sub pena excommunicacionis, ne aliqui eis elemosinas facerent uel necessaria corporis uenderent et ne aliquo modo eis participarent. Hoc idem de adherentibus eis statuerunt et per talia ad abjurationem fratrum multos compulerunt. Hec persecucio durauit ultra spatium trium annorum. In hac fratrum turbacione clericis secularibus astiterunt religiosi, et precipue fratres Predicatores, qui eciam ipsis efficaciter sunt cooperati. In ista eciam persecucione adheserunt fratribus fideliter ciues Basileenses et maxime consules. Comes eciam Phirretarum (4), quamuis in principio uacillaret, postquam justiciam fratrum per declaracionem papalem cognouit, fideliter et perseueranter eis astitit et constanter ipsos defendit. Primus igitur executor hujus inique interpretacionis fuit episcopus Constanciencis, qui eciam eodem anno mortuus fuit (5). Ceteri autem sunt imitatores ejus, archiepiscopus Moguntinus et suus in hoc consiliarius magister Nycolaus, qui eciam

(1) In codice "Vus". (2) Bulla *Etsi apostolicae sedis* de 23 febr. 1319; BF V, 163. (3) Bulla *Dilectos filios* de 26 apr. 1319; BF V, 167. (4) Pfirt. (5) Episcopus Geraldus obiit 19 aug. 1318.

eciam anno in natiuitate beate uirginis fuit capitulum prouinciale in Columbaria (1).

Circa idem tempus, scilicet proxima die ante festum sancti Michaelis, id est quarto kalendas octobris (2), dux Austrie Fredericus et dux Bauarie Ludowicus contendentes pro regno romano se pro regibus in acie (?) uoluntarie premuniti et ex proposito congressi in Bauaria, et in prima congressione siue impetu Australes repulerunt Bauaros et uexillum principale subrepserunt, et in illa acie fuit ipse rex Fredericus cum insigniis regalibus. Illis lassatis Salzburgenses et Pataujenses, qui debebant successe (!) inierunt fugam cum 400 galeatis, et in illa fuga visa et proclamata ceperunt Australes deficere et Bauari proficere, ita quod finaliter triumphauerunt Bavari, occisi hinc inde ad duo milia et plus et capti cum rege Frederico et fratre suo duce H[enrico] ut dicebatur 1450. Postea ante festum Omnium sanctorum proximo sequens, scilicet 3° kalendas nouembris (3), in sero comes de Kiburg dominus Eberardus gerens se pro clerico interfecit fratrem suum dominum Hartmanum militem, wlneratus tamen prius ut dicebatur ab eodem fratre suo in castro Thucio.

Anno 23 in penthecoste fuit capitulum prouinciale in Ulma (4). Eodem anno canonisatus est frater Thomas de ordine Predicatorum per dominum Johannem papam 22um. Eodem anno in natiuitate beate uirginis fratres Predicatores tenuerunt capitulum prouinciale in Basilea.

Anno 24 in epyphania domini post prandium pronunciata (fol. 10v) est bulla papalis in Basilea publice in summo ex parte episcopi Basileensis, in qua dux Bauarie Ludowicus, qui se gessit pro rege Romanorum, ammonitus est, ne deinceps se intromittat se de regno (5). Et postea in uigilia sanctarum martyrum Perpetue et Felicitatis (6) mane hora primarum pronunciata est alia bulla similiter in Basilea et in summo, in qua idem dux Bauarie Ludouicus iterato est ammonitus et prohibitus sub pena excommunicacionis, ne ultra se intromittat se de predicto regno (7). Huic pronunciationi secunde interfuerunt duces Austrie, scilicet Lipoldus et Albertus, et episcopus Argentinensis et alii multi seculares et religiosi. Eodem die comes Phirretarum, qui tunc uenerat in Basileam, infirmatus est grauiter et mortuus est in uigilia beati Gregorii, scilicet in dominica, qua cantatur *Reminiscere* (8), et eodem die ductus est in Tannis ad sepeliendum.

Anno 325 17. kalendas aprilis sabato ante dominicam *Letare* (9) mortuus dominus Echardus dominus episcopus Basileensis, qui fuit oriundus de dyocesi Lausanensi, scilicet castro Wippingen. Et feria 6a proxime sequenti, scilicet XI. kalendas aprilis, id est in crastino Benedicti (10), dominus Hartungus Monachi est electus in episcopum, et III. nonas aprilis, scilicet feria 4a post Palmas (11), confirmatus est per dominum archiepiscopum Bisuntinum cum multa solempnitate in loco, qui dicitur Mondirre. Crastino autem, id est feria 5a in Coena Domini, receptus est in Basilea cum processionibus cleri et omnium religiosorum (12). Eodem anno celebratum est capitulum prouinciale in Argentina post pascha dominica, qua cantatur *Misericordia domini*, et [ad] illud capitulum de qualibet custodia uenerunt septem fratres tantum; unde de corpore

(1) AF II, 124. (2) 28 sept. 1322. (3) 30 oct. (4) AF II, 124, 135; cf. 134 n. 5. (5) Bulla *Nuper contra dilectum* de 8 oct. 1323: cf. Riezler. *Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Ludwigs des Bayern* (Innsbruck 1891), nr. 312. (6) 6 martii. (7) Bulla *Dudum videlicet* de 7 ian 1324; l. c. nr. 312*a*. (8) 11 martii. (9) 16 martii. (10) 22 martii (11) 3 aprilis. (12) Quem tamen Ioannes XXII haud confirmavit.

ejusdem capituli fuerunt tantummodo 44 fratres. Et durauit idem capitulum XI diebus, scilicet a feria 6ª ante *Misericordia* domini usque ad feriam 2am post dominicam *Jubilate* (1), et fuit prouincia sine capitulo fere duobus annis, minus 5 vel 4 septimanis. Circa idem tempus dux Austrie Fredericus. quem dux Bavarie Ludowicus captum tenuerat amplius quam duobus annis, dimissus est a captiuitate et redditus libertati. Eodem etiam anno in penthecoste celebratum est capitulum generale in Lugduno (2).

Hic ponuntur nomina et ordo generalium ministrorum (3).

Primus minister ordinis fuit beatus Franciscus. Post cuius obitum frater Johannes Parens primus minister generalis in ordine electus est. Post cujus absolutionem frater Helyas. Quo absoluto successit frater Albertus. Quo defuncto successit ei frater Haymo anglicus. Quo defuncto successit ei Crescentius. Quo absoluto successit ei frater Johannes de Parma. Quo absoluto successit ei frater Bonauentura. Quo ad cardinalatum assumpto successit ei frater Jeronymus. Quo uocato ad cardinalatum successit ei frater Bonagracia. Quo mortuo successit ei frater Arlotus. Quo defuncto successit ei frater Matheus de Aquasparta. Quo assumpto ad cardinalatum successit ei frater Raymundus. Quo absoluto successit ei frater Joannes de Murro. Quo mortuo successit ei frater Alexander. Quo defuncto successit ei frater Michael. Quo absoluto est electus frater Coraldus. Quo assumpto ad patriarchatum est electus frater Fortunerius, lector in curia. Quo facto episcopo Rauenanensi electus est frater Wilhelmus.

Hic ego frater (!) composui nomina ministrorum prouincialium, qui fuerunt in Alemania a tempore, cujus mihi constat memoria.

Circa annos domini 1265 fuit minister prouincialis frater C[onradus] de Celiporta. Quo absoluto successit ei frater Albertus. Quo absoluto successit ei frater C[onradus] dictus Probus lector Constanciensis. Quo assumpto ad episcopatum Tullensem, successit ei frater Theodoricus, dictus Golinus, lector Basileensis. Quo absoluto successit ei frater Bertholdus de Columbaria lector Constanciensis. Quo mortuo successit ei frater [Henricus] de Otendorf, Sweuie custos. Quo absoluto successit ei frater H[enricus] de Rauensborg, lector Constanciensis. Quo absoluto successit ei frater Petrus anglicus, magister theologie. Quo absoluto successit ei frater H[enricus] de Talheim baccalaureus (f. 11b) Parysiensis, qui postea factus magister theologie. Quo absoluto successit frater C[onradus] de Roitwiler. Quo mortuo successit frater Rudolfus de Erstein, custos Reni et Sweuie. Quo absoluto successit frater Johannes de Ravensborg, qui fuerat custos Sweuie et lector Argentinensis. Quo absoluto, anno scilicet 1346, datur per ministrum generalem frater Bus (4) de Mokigen. Quo mortuo successit ei frater Albertus de Morbach, lector Argentinensis.

Anno Domini 1316 in capitulo Neapoli recollectus est numerus ultramontanarum prouinciarum subscriptarum (5).

St. Ludwig, Dalheim. P. LEONARDUS LEMMENS, O. F. M.

(1) 19-29 aprilis. AF II, 124. (2) AFH II, 638. (3) Cf. AF III, XXI sqq., 693 sqq. (4) Apud Eubel, p. 163 "Rudolfus". Cf. supra p. 675 sq.

(5) Hunc catalogum ex isto cod. Vindob. iam edidit ap. AFH I, 20, R. P. Hier. Golubovich, unde illum repetere hic nolumus.

DOCUMENTA INEDITA
AD HISTORIAM FRATICELLORUM
SPECTANTIA

(*Continuatio*) (1).

Fraticellorum Tractatus duo, lingua vulgari italica conscripti saec. XIV.

Studia de Fraticellis deque perversa eorum doctrina prosequens, duos inveni tractatus lingua italica scriptos vulgari, hucusque penitus ignotos. Non quidem formam litterarum prae se ferunt hi textus, ambo tamen scripti sunt certo fine et ad determinatos destinatarios, prior, uti videtur, ad Perusinos, alter ad Rectores Urbis Romae. — Inveniuntur duo tractatus in Bibliotheca Vaticana, *Cod. Barberino lat. 4119 (olim XL VI. 61)* mm. 400×310 chart. saec. XV fine (?), scripto, praeter ultimum folium, una manu, quae accedit ad scripturam gothicam notarilem, binis columnis, quarum 509 recentius numeratae sunt. Codex textus exclusive italicos continet.

Aetas huius codicis sive scripturae difficulter determinari potest. Dum enim in ultimo folio *r* et *v* habentur notae rationum (computus) ex anno MCCCXXXVIIII, ex altera parte scriptura tractatuum vix saec. XIV attribui potest, nisi ignorantia insolita in amanuensi, qui caeteroquin sat correcte scribit, admittatur. Compendium enim, quo *pro* toto Medio Aevo (excepta scriptura Visigothica) semper exprimitur, hic semper significat *pr,* et adhibetur non tantum in vocabulis cum *pro* incipientibus, sed aeque pro omnibus cum initio *pr.* Haec autem abbreviatio adhiberi vix potuit, nisi tempore quo traditiones librorum manuscriptorum ex usu evanescere coeperant. Ex alia vero parte scriptura in aliquibus litteris talem prae se fert characterem gothicum spontaneum, ut non pura imitatio dicenda sit, ideoque nec reponenda ultra finem saec. XV vel initium saec. XVI. Utique in Inventario codicum Bibl. Barberinae, vol. 16, ex eo quod in fine codicis habetur annus 1339, arguitur codicem ipsum scriptum esse ante eum. Sed hoc argumentum falsum esse vel ex eo apparet, quod codex continet Tractatum Fraticellorum Perusinorum certo compositum, orto iam schismate occidentali (1378), insuper

(1) Cf. AFH III, 253-279; 505-529; 680-699; cf. IV, 3-23.

Confessionale Ludovici Marsili O. S. A. † 1394. Quaestio mihi ita videtur solvenda: codex originalis confectus est illo tempore, quod per computum assignatur, posteriore vero tempore ex charta, quae supererat, compactus est hic noster codex, relicto illo folio ultimo. Haec nota temporis codicis originalis, scl. saec. XIV, plene concordat cum chartae signis *(Filigranes)*, quae sunt duo circuli cruce hastali perforati, et iuxta Briquet (1) denotant chartam in Italia maxime confectam et quidem inter annos 1306 et primos annos saec. XV. Ex indole originali codicis, scil. ut computationum registri, explicantur etiam eius dimensiones insolitae.

Codex est vere miscellaneus, sacra et profana continens, hoc uno consilio conscriptus, ut simul habeatur collectio tractatuum in lingua italica vulgari. Hic non damus nisi summarium indicem operum, quae ut plurimum sine titulo sunt, ideoque nos hic titulum latinum ponimus, ubi deficit italicus.

In Codice ergo *Vat. Barb. lat. 4119* continentur post Dictum quoddam italicum et brevem Indicem codicis (p. 1) et cap. 14. lib. V. S. Aug. *De Civ. Dei* (p. 2):

1) Col. 3-138 [Versio Epistolarum Senecae ad Lucilium] scil. epp. 45-51 et 99-124. — Variae editiones *in vulgari* ap. F. Zambrini, *Le opere volgari a stampa dei secoli XIII e XIV*, ed. IV, Bologna 1878, 926 ss.

2) Col. 139-277 [Epistolae quaedam S. Hieronymi vel ei attributae], scil. a) Col. 139-182 ad Eustochium; — b) Col. 182-229 ad Demetriadem, in cuius fine: *Explicit questa Epistola, volgarizzo il venerabile Maestro Zanobi* (2) *dell'ordine de'frati predicatori per utilità di chi non sa Gramaticha.* — c) Col. 229-245 Ad Rusticum; — d) Col. 245-254 Ad Heliodorum.

Col. 254-277 [Epistola quaedam ad infirmum falso S. Hieronymo attributa]. — Editiones variae Epistolarum S. Hieronymi *in vulgari* ap. Zambrini, 479 ss.

3) Col. 277-338 [Opera varia M. T. Ciceronis]. — a) Col. 277-297 [Epistola ad Quintum fratrem, Proconsulem Asiae cum Prologo Traductoris]. — b) Col. 297-330 [De Senectute]. — c) Col. 331-338 [Somnium Scipionis] ex lib. VI. *de Republica* (3) cum brevi traductoris Prologo, qui desinit: *Volgharezzato per Maestro Zanobi da Strata a preghiera di Iohanni Villani.* — Editiones, ap. Zambrini, 269 ss.

---

(1) *Les Filigranes*, I, Paris 1907, p. 213: « Deux cercles l'un au-dessus de l'autre traversés par un trait qui se termine en croix latine ». Cf. ib. p. 215 et fig. n. 3155 ss.

(2) Scil. Zenobius de Strata O. P., Poeta laureatus († 1361), de quo ap. Quétif-Echard, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, I, Lut. Paris. 1719, p. 905, paucae lineae; plura ap. Negri, S. J., *Istoria degli Scrittori Fiorentini*, Ferrara 1722, 536-37.

(3) Somnium Scipionis, saec. V a Macrobio e libro VI *de Republica* extractum, unica pars erat huius operis Ciceronis medio aevo, imo praeter pauca alia fragmenta, usque ad tempus Card. Mai, nota. Cf. Pasdera, *Il sogno di Scipione*, Torino 1890; Alfr. Monaci, *L'opera De Republica di Cicerone*. Conferenza. Roma 1910.

4) Col. 339-371 [Breviloquium de virtutibus antiquorum Ioannis Guallensis sive Vallensis, senioris, O. F. M.] *Questo libro che seguita fu composto per frate Ghalligo sopra le quatro virtù chardinali che deono avere i principi e i rettori delle cittadi.* Incipit tractatus: *Come la misericordia e verità guardano lo Re.* — Expl. *La moglie di Regholo.... prese lo choltello chon che era morto e chon esso s' uccise dicendo che poi ch' era morto cholui chon chui s' era raunata uergine, non se le conuenia di uiuere più.* Tractatus est mutilus; sequuntur tres columnae vacantes. Cfr. Sbaralea, *Suppl.,* Romae 1806, 429; Little, *The Grey Friars in Oxford,* ib. 1892, 144. Apud Zambrini deest; Chevalier, *Répert. bio-bibl.* II², 2415, laudat: Barbi Mich., *Giovanni Gallese. la leggenda di Traiano nei volgarizzamenti del Breviloquium de virtutibus,* Firenze 1895.

5) 373-390 [Tractatus Fraticellorum Perusinorum]. *Questo è uno trattatello fatto a Perugia da uno de' Frati poueri che oseruano la vera reghola di san Francescho per leuare certe calonie ch' erano loro aposte.*

6) 391-402, 415-427 [Tractatus Fraticellorum ad Rectores Urbis Romae]. — *Seguono i capitoli della risposta che feciono certi Frati Minori dell'oseruanza della reghola di santo Francescho a quelli che regieuano Roma sopra vna sentienzia data contro a essi Frati, perchè si dicea per alchuni, ch' elli non teneano la diritta fede XPiana sechondo che lla chiesa à ordinato e comandato.* — n. 5 et 6 hic eduntur.

7) 403-411 [Fragmenta quaedam ex Opp. S. Augustini]: a) 403-405 Cap. 1, et partim 2 libri II Soliloquiorum; — Col. 406 et tres paginae sequentes vacant. — b) 407-411 Cap. 22 lib. XVIII et Cap. 5 lib. XXI *De Civitate Dei.* — Editiones ap. Zambrini, 5 ss. — Col. 411 (partim) et 412 vacant. 413-414 Index libri II de Regimine Principum Aegidii Columnae. Sequitur fol. vacuum non numeratum.

8) 429-488 [Vita et Transitus S. Hieronymi, cum epistolario apocrypho S. Augustini et S. Cyrilli de morte S. Hieronymi, et cum miraculis eiusdem Sancti]. — Editiones ap. Zambrini, 1065 ss.

9) 488-492 *Diuotissima et vtilissima Chonfessione.... fatta e scritta per Maestro Luigi Marsili del'ordine di santo Aghostino, la quale elli mandò a un suo charo amicho cittadino di Firenze.* — Deest inter opera Marsili (1) ap. Zambrini, 651. — Col. 492

(1) Apud antiquiores de Ludovico Marsili O. S. A. magna confusio invenitur. Dum enim alij cum ut amicum Petrarchae commemorant et 1387 mortuum esse dicunt, alii eius actionem in Concilio Florentino a. 1439ss. laudant et a. 1450 e vivis scribunt sublatum. Ita Phil. Elssius, *Encomiasticon Augustinianum,* Bruxellis 1645, p. 440-41; Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana,* Ingolstadii 1768, 558-61; Negri, *Istoria degli Scrittori Fiorentini,* Ferrara 1722, 389-90. Chevalier, II², 3092 recte duos auctores eiusdem nominis distinguit, quorum prior mortuus est a. 1394, alter vero a. 1450. Puto nostrum opusculum, quod apud Ossinger l. c. ut *Liber Confessionum* indicatur, esse senioris

(partim) — 502 vacant. 503-504 pauca ex Pauli Orosii Historia, lib. I., Zambrini 727.

10) 505-507 Petrarcha, *Vergine bella che di sol vestita* etc. — Ib. 507 Dante, Parad. XXI 121-135, et 508 Parad. XXVII 40-66. — Ib. 507 Quaedam de Basilica Constantiniana, Romae. — 508 Anonymi compositio poetica: *Simone secondo che udire mi pare.*

1) Sub nº III edimus textum tractatus Fraticellorum Perusinorum. Perusiis Fraticellos saec. XIV floruisse compertum est. Iam Iohannes XXII, die 9 Feb. 1334 bullam mandat Episcopo Perusino, ut contra Fraticellos procedat (1). Fraticelli quidam ad Municipium Narniense sub Innocentio VI (1352-1362) scribentes Perusinorum erga se benevolentiam laudant (2). Ex actibus Inquisitionis elucet Fraticellos a. 1360 Conventum *Montisvalvi* prope Perusiam occupasse et Fratrem Franciscum Nicolai Perusinum eorum Priorem fuisse (3). Parum post, anno scilicet 1368, Inquisitores plures Fraticellos in territorio Perusino ceperunt et in carceres detruserunt, de quo Perusini doluerunt, uti scimus ex bulla Urbani V, data *dilectis filiis regimini et communi civitatis Perusini,* die 18 Feb. 1368, in qua inter alia refert Pontifex: « Cum itaque, sicut nuper audivimus, idem episcopus [Guillelmus, Narniensis, O. Min.] cum auxilio nonnullorum tam clericorum et religiosorum quam laicorum in districtu vestro caute... quosdam ex huiusmodi Fraticellis de haeresi vehementer suspectos capi fecerit et carceribus mancipari, et nonnulli vestrum proinde ex eo dicantur mirati et etiam perturbati, minas capientibus et eos iuvantibus inferentes, quod absque vestra scientia in dicto districtu huiusmodi captio fuit facta, » eos hortatur ut potius laetentur (4). Non obstante hac Inquisitoris actione, circa a. 1374 ita impunes et audaces Fraticelli Perusiae exstabant, ut Fratribus Minoribus Conventus S. Francisci verae molestiae essent. « Florebat tunc temporis », inquit Rodulphius Tossinianensis (5) « Perusiae Fraticellorum secta, qui passim praedicabant Fratres Minores minime observare Regulam sancti Francisci, unde ex hoc magna tribulatio orta est ». Iuxta eumdem auctorem et eventibus supparem Bernardinum de Fossa (6), Paulutius Trinci Perusiam advocatus,

(1) Cf. Ehrle, ALKG IV, 18.

(2) *Bollettino della Regia Deputazione di Storia Patria per l'Umbria,* VII, Perugia 1901, 355, 366. Hoc de documento postea plura.

(3) Papini, *Notizie sicure* etc., Foligno 1824, 273-76.

(4) Cf. Eubel, *BF* VI, 418, nota 4; cf. ib. bullam n. 1034; Bartholomassi, *Serie dei Provinciali dell' Umbria,* p. 18.

(5) *Historiarum Seraphicae Religionis libri tres,* Venetiis 1586, f. 154 r.

(6) *B. Bernardini Aquilani Chronica Fratrum Minorum Observantiae,* ed. L. Lemmens, Romae 1902, 9-13. Cf. etiam supra AFH III, 259.

ita refutavit et confudit Fraticellos, ut Perusini illos expellerent. Sed haec expulsio non videtur fuisse completa; vel si re vera talis erat, mox reversi sunt, faventibus conditionibus politicis. Perusini enim eodem tempore ac Florentini (1375-77) contra Legatos Pontificis bellum gesserunt, et ideo a Gregorio XI (1370-78) excommunicati sunt (1). Initio vero Pontificatus Urbani VI (1378-89) cum Ecclesia sunt reconciliati (2) et orto schismate, fideles remanserunt Urbano VI, qui postea aliquando decem menses — a 2 oct. 1387 usque ad 8 aug. 1388 — inter ipsos moratus est (3). Fraticelli igitur denuo repressi sunt.

Notatu etiam dignum iudico Perusiae versus finem saec. XIV conventum Tertii Ordinis regularis e congregatione « Apostolorum » exstitisse, qui haud raro de Fraticellorum errore suspecti habebantur. Sed hac de re postea speciatim. In processu demum Lucae a. 1411 contra Fraticellos instituto bis occurrit nomen Fraticelli missam celebrantis Fr. Laurentii de Perusio (4).

Tractatum compositum esse exorto Schismate occidentali et quidem tempore Urbani VI et Clementis VII certum est. De his enim Fraticelli aperte loquuntur dicentes aliquos tenere verum papam illum electum Romae, alii illum electum Fundis (id est Clem. VII) seu Avenionensem. Quod autem hunc vocant Avenionensem, probat Clementem VII tempore compositionis iam Avenionem pervenisse, quod evenit mense iunio 1379. Idem annus ut terminus *post quem* indicatur etiam ex mentione duorum Generalium in Ordine Minorum, quorum unus « factus est » a Papa Romano, scl. Ludovicus Donati, electus in Capitulo Strigonii habito a. 1379 (5), alter a Papa Avenionensi, scil. Angelus a Spoleto, electus Neapoli eodem anno. Potest, uti mihi videtur, etiam determinari terminus *ante quem*. De fratribus Minoribus sic divisis dicunt Fraticelli: *E l'uno difende la parte del Maestro e l'altro del ministro.* Iamvero, quamvis ambo illi Generales magistri in s. theologia fuerint, vix dubitandum est quin illud *Maestro* per antonomasiam ad Ludovicum Donati referendum sit, notissimum antea in variis Italiae Universitatibus s. theologiae professorem, et iam inde ab anno 1363 magistri titulo insignitum (6), dum Angelus a Spoleto ut theologiae magister nonnisi tardius apparet, et quidam prima vice hunc titulum inveni in bulla a. 1382, qua ipsi conceditur facultas duobus

(1) Bonazzi, *Storia di Perugia dalle origini al 1860*, I, Perugia 1875, 485-92; Heywood-Langton, *A history of Perugia*, London [1910], 255 ss.

(2) Bonazzi, I, 494.

(3) Bonazzi, I, 505-07.

(4) Baluze-Mansi, *Miscell.*, I, 482, 485.

(5) AFH III, 308, 701 sq.

(6) Eubel, *BF* VI, 355; C. Fedeli, *I Documenti pontificii riguardanti l'Università di Pisa*, Pisa 1908, p. 169-70.

subditis eundem titulum conferendi (1). Cum vero Ludovicus a. 1382 creatus sit Cardinalis ab Urbano VI (2), tractatus de quo agimus reponendus videtur inter a. 1379 et 1382.

Perusinorum quidem Tractatus Fraticellorum unus est e notabilissimis, quos novimus. In ipso se vocant Fratres Minores, qui soli regulam S. Francisci observant, dum veri Fratres Minores ipsis sunt « falsi » Fratres Minores. Literaturam Ordinis bene cognoscunt: adducunt Opuscula varia S. Francisci, tractatus Quattuor Magistrorum, S. Bonaventurae, Hugonis de Digna, Ioannis Pecham, Petri Iohannis Olivi aliorumque, et Constitutiones Ordinis Narbonenses, Assisiensesque, *Legendas S. Francisci veterem et novam.* Saepius adducunt Ageli Clareni *Historiam septem Tribulationum,* quam *Chronicam Ordinis* vocant. Quae opinionem mihi praebent, hic agi de Fraticellis qui recta linea ab Angelo Clareno seu eius instituto descenderunt. Notatu dignum etiam censeo, quod Fraticelli Perusini DIVINAM, uti aiunt, COMAEDIAM DANTIS novissent et allegaverint. Dum igitur eruditionem quamdam hic ostendunt Fraticelli Perusini, cum nec solos locos communes e C. I. C. nec solas declamationes e Michaelistarum scriptis haustas polemicis adducant, tractatus ipse sine ullo fere nexu logico compositus est, ita ut difficile sit relatu eiusdem breve argumentum. Incipiunt dicendo parvum esse numerum electorum, bonosque a malis vexari; a praelatis Ecclesiae esse recedendum, praesertim cum vitam agant parum bonam, de pauperibus sublevandis non curent etc. cuius plagae cura ad potestatem civilem pertinet. Refutant praelatorum « calumniam » scil. Fraticellos tenere papam non esse papam etc., blaterantque contra malos sacerdotes. Deinde referunt paupertatem Christi « condemnatam » esse a Iohanne XXII, Fratres Minores non observare regulam, libereque posse ab eis recedi sine apostasia. Nec est oboediendum simoniacis et excommunicatis nec eorum officiis interveniendum, declamantque contra decimas, quae sunt proprietas pauperum. Repetunt usque ad nauseam simoniacos esse suspensos, praelatos esse schismaticos a tempore Ioh. XXII et praesertim per Schisma Occidentale. Fratres Minores hoc nomen non merentur, aiunt, quia a Ministro Generali, Fr. Michaele a Caesena, defecerunt tempore Ioh. XXII, nunc etiam dividuntur inter duos Ministros Generales, aliaque praecepta regulae non observant. Fraticelli demum vituperant destinatarios,

(1) Eubel, *BF* VII, 234. In codice quidem Canonic. 525 Bibliothecae Bodleianae Oxoniae, scripto Traguri (Trau), fol. 100 v (cf. Little, ap. *Opuscules de critique,* I, 286 [1]) dicitur *magister Parisiensis,* et *minister Sancti Francisci,* sed ap. Denifle, *CHUP,* nullum documentum eiusmodi promotionis invenitur, et ut magister theologiae et ibi, III, n. 1394, nota, solum sub a. 1388 commemoratur. Certo autem ut theologus erat longe minoris celebribatis ac Ludovicus Donati.

(2) Eubel, *Hierarch. cath. med. aevi,* I, 23. AFH III, 308 not. 4.

quia defendunt clericos et praelatos, qui Fraticellos persequuntur « fideles et catholicos ». Hi autem de persecutione et excommunicatione non curant, cum praelati nullam habeant iurisdictionem.

2) Sub nº IV alium tractatum edam, qui superiorem in Codice sequitur immediate. Directus est ad eos qui Romam regunt. Non videntur esse iidem auctores ac illi prioris tractatus. Ille enim *uni* Fraticello adscribitur, hic vero *certis* Fraticellis.

Auctores autem certo eiusdem classis Fraticellorum sunt ac illi Perusini. Sicut enim hi se dicunt *veros Fratres Minores, qui veram S. Francisci Regulam observant,* ita illi *Fratres Minores observantiae regulae S. Francisci* se dicunt. Patet autem hos Fraticellos cum *Observantia Paulutii Trinci* nihil commune habere, quamvis ex altera parte his textibus iterum clare appareat illos errasse, qui Fraticellos omni ex parte alienos a S. Francisci instituto iudicarunt. Quod autem Fraticelli aliquando *de observantia* se vocaverint, iam prius innotuit et quidem in ipsa bulla *Gloriosam Ecclesiam,* 23 Ian. 1318, Iohannes XXII increpat Fraticellos Thusciae in Siciliam profugos quod « se solos suosque complices de observantia regulae b. Francisci mira vanitate iactantes, reliquam ordinis multitudinem de transgressione regulae perperam iudicando notabant (1) ». Idem patet ex processu contra sectam a. 1466 Romae instituto, in quo quidam frater Bernardus de Pergamo, Fraticellus, confitetur se accessisse « ad monasterium sancte Mariae Athenarum ordinis sancti Francisci de observancia », in illisque partibus Graeciae « alia tria monasteria de huiusmodi secta esse, in quibus monasteriis... tenetur publice quod papa, cardinales, episcopi etc. sunt heretici et excommunicati et tales quod eos reputati (2) ».

Destinatarii nostri textus sunt ii qui regunt Romam. Dubitari potest, utrum hic intelligatur auctoritas spiritualis an temporalis. Sed ex modo loquendi illius temporis (3) sicut etiam ex ipso tractatu elucet Fraticellos scribere ad auctoritatem civilem Romae, igitur ad Senatores et reliquum magistratum. Occasio huius tractatus erat quaedam sententia, quam etiam *cedulam* vocant, in qua eis septem errores attribuebantur. Has « calumnias » Fraticelli sibi ordine confutandas proponunt

(1) Eubel, *BF* V, 138. Similia saepius deinde repetuntur in bullis pontificiis contra Fraticellos emanatis.

(2) ALKG IV, 113. De his Fraticellis Graeciae postea documentum speciale in hac eadem serie editurus sum, bullam scil. Nicolai V.

(3) Expressiones similes ad designandum magistratum cf. ex. gr. in *Hist. Fior.* I. Villani, VIII, 48, ap. Muratori, R. I. S., XIII 376: « Per la qual cosa coloro, che *reggeano la terra* (cioè Firenze) ». Ib.: « I Priori e coloro che *reggeano il comune* ». Ib. IX, 77, Murat. XIII 481: « Sette (Priori) erano già fatti di quella setta che *reggeano la Città* ». Proprie e tempore tractatus Fraticellorum est textus sequens, qui insuper refertur ad Urbem Romam, in *Vita Clementis VII* antipapae ap. Muratori, III, pars II, 730: « Post mortem Gregorii XI Bandarenses et duodecim Capita Regionum cum ceteris Officiariis, qui pro tunc *Romam et Romanum Populum regebant...* ».

et in fine plura, praesertim de Iohanne XXII, adiungunt, quae « loci communes » Fraticellorum possunt vocari et quae propterea in editione negligimus. Utrum « cedula » illa contra Fraticellos data, Bulla erat quaedam, vel sententia Inquisitoris, vel demum edictum Rectorum Urbis (1), non liquet. Cum tamen *Bullarium Franciscanum* nullas huius temporis litteras pontificias exhibeat, quae indicationibus Fraticellorum correspondeant et hac occasione emanasse credi possint (2), et cum ipsi Fraticelli in tractatu destinatarios, rectores Urbis, ab illis distinguant, qui se (Fraticellos) calumniati sunt, verosimilius mihi videtur agi de sententia quadam Inquisitionis.

Certe constat Fraticellos eo audaciae devenisse, ut ipsam Urbem eiusque territorium aliquando infestarent. Hoc apparet pluribus bullis aliisque documentis ab Ehrle et Eubel editis, quibus Fraticellorum mora in Urbe ab initio fere sectae ostenditur. Anno siquidem 1334, die 11 Feb., Iohannes XXII *Angelo episcopo Viterbiensi, in spiritualibus in Urbe vicario* aliisque dignitariis mandat « quatenus (Fraticellos) diebus dominicis et aliis, de quibus expedire videritis, in ecclesiis et locis Urbis et romane provincie ac Patrimonii beati Petri in Tuscia et partium vicinarum excommunicatos publice nuntietis (3) ». In alia bulla, data eodem die eidem episcopo Viterbiensi et Inquisitori fratri Simoni Philippi de Spoleto, O. Min., Papa invehit in Fraticellos qui « in Urbe et circumvicinis partibus occulte quandoque et interdum publice morabantur » et iubet procedere contra « receptatores et fautores consiliatores ipsorum in partibus supradictis ». Fideles quoque « per ecclesias et loca Urbis et partium predictarum..., praesente cleri et populi copiosa multitudine, dum ad divina vel sermones audiendos convenerint, solemniter et publice » monendi sunt, « ut nullus eosdem Fraticellos seu fratres de paupere vita... receptet » etc. (4).

Alia quoque testimonia de sectae in Urbe praesentia annis 1354, 1357, et medio saeculo XV adsunt (5). Nuper etiam cl. F. Tocco (6) textum lingua vulgari conscriptum edidit, quo particularia quaedam de Fraticellorum in Urbe et eius territorio mora patefiunt circa medium saec. XIV. Narratur ibi de actione cuiusdam Fraticelli Pauli a Florentia et sociorum eius, deque eorum amicitia cum baronibus Romanis et Praefecto de Vico, qui eos in " suis terris " recipiebant. In hoc nostro textu confitentur Fraticelli se diu in Urbe stetisse et inde ad civium bonum

(1) Director Archivi Capitolini Historici Urbis Romae, illmus. Gatti, quaerenti mihi respondit registra senatoria Medii Aevii olim incendio periisse.

(2) Cf. tamen Bullas Urbani VI datas contra Fraticellos in territorio Farfensi et Reatino morantes, Perusii 4 mai 1388, *BF* VII, 7-8.

(3) Eubel, *BF* V, 565. Ehrle, ALKG IV, 17.

(4) Eubel, *BF* V, 565-66; Ehrle, ALKG IV, 19-20.

(5) ALKG IV, 75, 76, 116, 190. (6) *Studii Franc.*, 521-23.

testimonium appellant. Hanc infestationem haereticorum saltem usque terminatum schisma occidentale et Summorum Pontificum in Italiam reditum a. 1418 perdurasse probant duae bullae Martini V, in quarum una, data 17 sept. 1418, dicuntur Fraticelli in Provincia Romana quosdam locos (seu conventus) reliquisse ut ultionem saltem terrenam effugerent, altera, data 14 nov. 1418, iidem Fraticelli asseruntur « a diu in Provincia Romana insurrexisse », et nunc ab Inquisitoribus « ad quorumdam dominorum temporaliam se transferre curias et eorum se munire auxilio » (1).

Nullus locus, ubi morabantur in Urbe Fraticelli notus est, nisi ecclesia *S. Iohannis ante Portam Latinam,* ubi iuxta acta processus a. 1334 Fraticellorum Guardianus erat quidam fr. Matheus de Reate, et de quo loco quidam Fraticellus in eisdem actibus die « quod inter ipsos fraticellos audivit, quod locus sancti Iohannis ante Portam Latinam tutus pro eis » erat (2).

Quando vero tractatus hic edendus conscriptus sit determinare non potui ex ipso textu, nisi quod dicatur ter *Papa di Roma,* locutio certo non ordinaria, qua tamen tempore schismatis occidentalis Papa Oboedientiae Romanae designari consueverat. Tractatus scriptus ergo est circa idem tempus ac ille Perusinus.

Argumentum textus est generalioris indolis et Fraticelli hic magis propriam velant doctrinam, confitentes se credere symbolum athanasianum, apostolicum, quod paraphrasi exponunt, 10 praecepta divina, 7 dona Spiritus Sancti, 7 vitia capitalia, 7 opera misericordiae et demum 7 sacramenta, quae explicant longius. Tantummodo in explicatione Ordinis eorum specialis doctrina et praxis apparet sicut etiam in sequentibus aliis articulis, in quibus *pro scopo suo* consecrationis et iurisdictionis potestatem distinguunt, illam in praelatis Ecclesiae admittentes, hanc negantes. Tractatus in fine est mutilus; textus abrupte cessat, et tres vacant columnae sequentes.

Duo quos edituri sumus tractatus ultra momentum historicum et locale, litterarium quoque habent, cum scripti sint lingua vulgari saeculo, quod Itali « bonum » vocitant. Hoc tamen momentum philologis tuto relinquimus. Textum accurate transcriptum exhibeo uti iacet, cum hodierna tamen, uti dicitur, interpunctione. Textus latini allegati a Fraticellis grammaticae cognitione saepius deficiunt; sicut etiam Summi Pontifices haud raro ab eis in allegando iure canonico permutantur, uti Gregorius VII et Gregorius Magnus etc. — quae omnia et singula in notis corrigere superfluum duxi.

(1) *BF* VII, 511; 512. Easdem bullas adduxi supra AFH IV, 3, nota 1 et 2, ubi corrigendum est mendum typographicum V, dum revera est VII vol. BF. Cf. ib vol. VII, 650, bullam Martini V, Romae 7 april. 1426, qua Fraticelli Praenestis impugnantur. Fraticellos sub Martino V in Provincia Romana non penitus eradicatos fuisse demonstrat Processus a. 1466. (2) Ehrle, ALKG IV, 14; cf. I, 538.

III.

Tractatus Fraticellorum Perusinorum (1379-1382).

COD. VAT. BARBERINUS LAT. 4119 COL. 373 ss.

Questo è uno trattatello fatto a Perugia da uno de' frati poueri, che oseruano la vera reghola di san Francescho, per leuare certe calonie ch'erano loro aposte.

Il Saluatore nostro yhu xpo dice (1) che *molti sono chiamati ma pochi gli eletti;* sopra la quale parola dice santo Anselmo (2) che *se tu vuogli essere saluo e sichuro, sia del numero de' pochi se ttu vuogli più sichuro, sia del numero de' più pochi. Et se questo non farai, o ueramente aspetta d'essere damnato cogli molti o tu ti sforza di passare et entrare al numero de' pochi.* Ancora xpo dice (3): *Largha è la via che mena a perdizione, e molti ne uanno per essa, e stretta è la uia che mena a uita, e pochi vanno per essa.* Inperciò senpre mai per questa uia stretta pochi ne sono andati e per la largha infiniti. E senpre gli molti hanno (4) gli pochi fedeli di xpo perseguitati e morti e aflitti e schacciati e infirmati per la oseruanza delli comandamenti di dio, la quale è vita stretta. Sichome apare per gli exenpli e detti de' santi. Onde il decreto alla uigesima terza causa, quistione quarta, capitolo (5) *Qui secundum carnem,* dice così: *Lo spirituale non perseguita mai il carnale, ma il carnale perseguita lo spirituale.* Cioè: coloro che uanno per la uia largha, cioè charnale, perseguitano quelli che uanno per la uia stretta, cioè spirituale. E questo appare per exenplo di molti santi, sicome Abello vcciso da Chaino (6); ancora di Noè, che solo con sette persone canpò dal diluuio per la inocenza sua e gli altri perirono, siccome apare nel primo libro del genesis (7). Ancora gli Macchabei (8) perseguitati da Antiocho e dagli altri carnali. Ancora gli propheti perseguitati e morti dagli preti e dagli altri sacerdoti, siccome fu Ysaia, Geremia, Zaccheria e molti altri (9). Ancora xpo fu morto e crocifisso dalli sacerdoti. Ancora (10) nel tenpo della heresia Ariana, la quale durò cento anni, solo Athanasio et Eusebio rimasono nella diritta fede e tutti li papi, cardinali, vescovi, re, inperaradori, principi consentirono alla perfida heresia. E Attanasio et Eusebio furono perseguitati. Onde leggesi nella legenda di santo Attanasio, che per tutto il mondo fu schacciato, e in una fossa stette anni sette rinchiuso, e da vna uecchia nutricato.

Ancora nel tenpo d'anti-xpo dice santo Aghostino in libro *de uerbis domini* (11), che pochi santi e giusti gli resisteranno, e breuemente tutti li mali che interuenghono, uenghono per li mali sacerdoti. Onde il sacro dottore della chiesa santo Jeronimo, e ponsi alla 24, q. 3, c. (12).

(1) Matt. XXII 14.
(2) S. Anselmi *Epistolae,* lib. III, ep. XVIII, ad comitissam Idam, P. L. 159, 43.
(3) Matth. VII 13, 14.
(4) Textus habet *e.*
(5) Cap. 13.
(6) Gen. IV, 8.
(7) Cap. VII.
(8) 2 Mach. VII.
(9) Cf. Matth. XXIII 35.
(10) Hic Fraticelli vera cum falsis miro modo miscent.
(11) Ubi praecise Aug. dixerit, non inveni.
(12) Cap. 33.

Transferunt, doue dice chosì: *Le uecchie* scritture e *Istorie ò cerchato e non posso trouare chi abia diuisa la chiesa e inghannato e seducto il populo* [col. 374] *della casa del signore altro che lli sacerdoti posti da dio e li propheti cioè* predicatori (1) e pastori: *costoro inchorrono nel lacio, in tutti luoghi ponghono schandalo;* e per ciò ogni populo raguardi la malitia e la iniquitade delli sacerdoti, chè certo è che chello consentire che fece lo populo giudaico alla morte e passione di xpo e che non raguardò alla malitia delli sacerdoti e che si lasciò inghanare da lloro, fu grandissima cagione della ruina sua: la quale ruuina fu fatta per Tito e Vespasiano, che distrusse tutta Giudea e cento milia ne furono morti di fame e di coltello; e altrettanti ne furono uenduti, trenta per uno danaro: e infiniti più ne furono prigioni, solamente per lo consentire che fè alli sacerdoti nella passione di xpo. Per lo pecchato delli figluoli delli sacerdoti perì il populo d'Israelle nelle mani delli Filistei nimici loro. E per lo pecchato del populo molte fiate furono inpacciati gli eletti loro e li loro propheti co lloro menati in pregione. Alchuna uolta per li pecchati delli prelati si dipraua e corrompe la uita delli suditi, sicchè li sudditi fauoregiando li loro prelati a mal fare, pericolano insieme co lloro. Siccome li figluoli d'Israelle soportando lungho tenpo li pecchati delli loro sacerdoti, finalmente chaddero nelle mani delli loro nemici. E ponsi nel decreto alla prima causa, q. 4, *hiis* (2). Ancora lo consentire che fece lo populo di Babilonia alli sacerdoti nella morte delli profeti, fu occhasione maxima della distruzione sua, fatta da dieci regi.

Adunque tutti risguardate e uedete la malizia e iniquità di cotali sacerdoti. Onde san Bernardo (3) parlando delli mali sacerdoti, dice così: A signore, li pastori tuoi sono mutati in tormentatori, gli agnelli in lupi, li dispensatori in dissipatori; quelli che doueano essere sobrii, tutto dì sono ebri; quelli ch' erano prelati, fatti sono pilati; quelli ch' erano casti, fatti sono luxuriosi; li sacerdoti tuoi fatti sono saducei; quelli che doueano essere pieni d' occhi, fatti sono pieni di loculi o uero borse, le dita de' quali non ne stillano mirra, ma vile pechunia. Anchora santo Bernardo (4), parlando e lamentandosi delli cherici in persona de' poveri, dice: Gridano li poueri e dicono: *diteci, o pontefici, che cci fa l'oro nel freno delli chavalli,* et nelli altari i fregi e paramenta d'oro e d'argento e letti delicati e le molte cortine e adornamenti, e i caualli grassi che nutricate, e noi periamo di fame. Hec Bernardus. Donde si manifesta che lle cose che àno i cherici non sono loro ma de' poveri, sicchome dice el decreto XVI^a^ cau., q. 1, C^o^ (5). *Quoniam quicquid.* E le cose della chiesa sono de' poueri. Alla XXIII cau. q. VI., C^o^ (6). *Quod autem;* Aghostino per la qual cosa si forma vna ragione così. Se lli cherici renderanno ragione a dio dello non socchorrere e souenire a' [c. 375] poueri delli loro beni non tanto dello soperchio, ma dello non soperchio; quanto magiormente gli cherici, li quali non solamente non nutrichano i poueri di quello che è loro, ma uendono le sacramenta per più auere. O signore (7), certo non fu questa la intenzione

(1) In textu l. c. habetur: *prophetae idest speculatores.*

(2) Cap. 11. *Ecclesia quae* § 3. *His ita respondetur.* Citatur quoad sensum tantum.

(3) Ubi praecise dixerit, non inveni, cf. tamen *de consideratione,* IV, 3, P. L. 182, 775.

(4) *De moribus et officio Episcoporum,* cap. II, P. L. 182, 815.

(5) Cap. 58. (6) Q. VII, Cap. 3.

(7) Haec exclamatio et verba quae sequuntur usque *souenissono a' poueri,* ad litteram habentur in quodam Fraticellorum textu a Tocco edito *St. Fr.* 511; cf. ib. 413. In vocabulo tamen *baghace* nostri textus, ibi legitur *fancielle.*

di coloro che lasciarono i loro beni alle chiese, che fossono nutrichate le baghace e li parenti delli cherici, e che facessono guerre, palazzi e forteza, e che ingrassassono chaualli, e altri mali che fanno; ma fu che nutricassono e souenissono a' poueri. Adunque infermando il capo legiermente, le menbra del corpo si fanno infette, sichome è scritto (1): *Ogni capo languido e ogni quore adolorato: dalla pianta del piede infino alla cima non c'è in esso sanitade.* Apare nel decreto alla VII[a] causa, q. I., C[o], *Verum* (2).

La chura di questa piagha a uoi apartiene, o signori delle terre e populi. Inperciochè dallo primo capo infino all'ultimo de'cherici non è chi faccia bene, non c'è infino a vno: fatti sono abomineuoli a dio e agli uomini nelli studii loro; solamente cerchano le cose che ssono della carne e non quelle che sono di Ihu xpo. Primamente sono anbiziosi, cioè desiderosi di salire alle prebende eclesiastiche e pompose prelazioni per simonia, non per lo merito della uita. Secondariamente, trasgressori delli santi statuti, della doctrina della santa madre eclesia e delle loro professioni. Terzamente, disprezatori d'ogni sentenzia data dalla chiesa o uero dalla ragione o da huomo. Quartamente nelle loro predicazioni sono soduersori della doctrina e fede di xpo e della ueritade, e perseguitatori de'suoi fedeli et infamatori, inniquamente dicendo che noi diciamo che *il papa non è papa, e gli uescoui non sono uescoui, nè gli preti non sono preti, e lo corpo di xpo non è corpo di xpo* etc. Questo falsamente ci aponghono, perochè nè noi, nè niuno informato da noi, nè di niuno nostro detto si seguita, che lli ueschoui non sieno ueschoui, posto che 'l papa sia heretico, nè che lli preti non sieno preti, nè che il corpo di xpo non sia corpo di xpo, da qualunque iniquo prete cosegrato etc. Come apare per exenplo delli preti Greci, che ssono ribelli al papa e alla chiesa, e niente meno ànno ueramente l'ordine e ueramente chonsagrano il corpo di xpo. Anzi diciamo che ciascuno che dice che lli uescoui non sono ueschoui etc., è maligno e ingnorante o heretico dello errore de' Donatisti heretici; e diciamo che qualunque uescouo o prete sia heretico o simonia-[col. 376]co, fornicatore, scomunicato, preciso, sospeso, solamente intenda di fare quello che ffa la chiesa e obserua la forma della chiesa, senpre lo uescouo ordina e fa ueramente li preti, e lo prete senpre consagra lo corpo di xpo, ma alla loro dannazione; e ueramemente battezza; e chi tiene lo contrario partinacemente è heretico, chome di tucto questo apare nella prima causa, quistione I, C[o] (3) *Quidam.* Et *de consegratione,* distinzione quarta, C[o] (4) *Quod autem.* Molte altre abominationi e infamazioni e mormorazioni di noi dicono, sicome uoi udite. Onde tutti ui preghiamo che aperiate gli occhi e ueggiate la uia della ueritade e tali informationi e mormorazioni udire non uogliate, chè, secondo santo Gregorio (5), chi mormora la poluere negli occhi si getta; e tolto uia lo uditore della mormorazione, è tolto uia la mormorazione: e non uogliate consentire alle loro falsitadi, siccome dice Dante (6), chè non sarete schusati per non sapere il uostro danno. E perciò che abonda la iniquitade delli maligni, e mancha la podestà delli fedeli della chiesa per la paucitade delli cattolici e per la persecutione delli heretici a essi fatta.

---

(1) Isaias, I, 5-6. (2) Revera est caus. VI, q. I, Cap. 11. *Sunt plurimi,* § *Verum.*
(3) In Prologo. (4) Cap. 5. (5) Cf. Epist. II ad Paladium, P. L. 87, 1120.
(6) Parad. XXIX, v. 108. Fraticelli non citant ad litteram. Ecce Dantis verba:

Sì che le pecorelle, che non sanno,
Tornan dal pasco pasciute di vento,
E non le scusa non veder lor danno.

Per la qual cosa la podestà vostra è necessaria alli fedeli contro alla rabbia ferale di tali lupi. Et questo si pone nel decreto alla XXIII cau., q. V. C° (1). *Principes,* dove dice la chiesa: Eccho che lli layci ànno iuridizione in molti modi infra la chiesa. Alchuna uolta nelle persone loro, quando sono incorreggibili, sichome si pone alla XXXII d. C° (2). *Eos qui,* uedete che di uoi non si dice quello che dice il salmista: Gente sanza consiglio e sanza prudenzia; volesse Idio che sapessono e che intendessono, e che ancora le cose future prouedessono! Cioè, secondo uno dottore: Volesse Idio che sapessono le cose passate e che indendessono le presenti e prouedessono le cose future!

Inprimamente uolesse Idio che uoi v'auedessi della malitia e iniquità de' sacerdoti, i quali tutto il mondo ànno messo in errore di guerre, di battaglie, di compagne e d'uccisione d'uomeni, guastamento di cittadi e di castella; mettendo diuisioni e parti, siccome ogni persona il sa: per la loro discordia e iniquità e in tormento, è interuenuto e interuiene tutto dì. Chè per certo se dessono buono exenpro chon buone uirtudi e sante operationi, tutto il mondo andrebe in bene, e tanti mali non sarebono; e che non uolessono enpiere le borse di danari, e delicati cibi mangiare, e molta pecunia, e preziosi uestimenti portare. Certamente tale exenplo nol lasciò santo [col. 377] Pietro, onde si legge di santo Chimento (3), discepolo di santo Pietro, che una uolta gli disse che letto e mensa gli uoleva aparecchiare: egli gli rispuose che 'l suo letto era terra piana e *il suo cibo pane et aqua e oliua; e il mio uestimento, d'una tonicha sola sono contento.* Adunque sapiate la loro iniquitade e riprendeteli del malfare, sichome si pone nel dicreto alla XXII cau., q. quaranta, C° (4) *Omnis iactantia,* oue dice così: *Siano ripresi i cherici che usano unguenti e pretiosi e belli uestimenti, e che sè ne dilettano; e se non sè ne rimanghono, siano diposti* (5).

Ancora sechondariamente, volesse Idio che uoi intendessi le cose presenti, e singolarmente la condanatione della uita di Xpo e della sua pouertade e de' suoi apostoli, la quale fu condannata da papa Iohanni XXII nelle sue quatro decretali, delle quali la prima comincia così *A[d]condictorem canonum* (6); la seconda: *Cum inter nonnullos* (7); la terza *Quia quorumdam mentes* (8); la quarta: *Quia vir reprobus* (9). Nelli quali decretali molti errori et heresie conpuose, per la qual cosa noi chonfessiamo e tegnamo *che Xpo, inquanto* huomo viatore e mortale *mostrando uia di perfectione,* per cagione di proprietade e di signoria ouero ciuilmente o mondanamente non ebbe *nè in proprio nè in comune,* secondo che si pone nel sexto libro delle dicretali, *Extra, de uerborum significatione,* C° (10). *Exiit qui seminat, porro* etc. Ancora più partichularemente parlando, in somma noi crediamo e tegnamo che non sia licito di contradire a questa veritade della pouertà di Xpo, perchè è contro alla diterminazione della santa chiesa, *Extra, de uerborum significatione* etc. Ancora che chi chontradice a questa ueritade tenendo partinacemente lo contrario, o papa o ueschouo o sia chi vole, è manifesto heretico, secondo che

(1) Cap. 20. (2) Cap. 10.

(3) Id est S. Clemens, *Pseudoclementinae, Homilia, XII,* P. G. 2, 306. Praedictus locus adducitur etiam ab Angelo Clareno in *Expos. Regulae,* cap. VI, unde forsan Fraticelli hauserunt. (4) Lege: caus. XXI, q. 4, c. 1.

(5) In textu I. C. legitur; *Quod si in hoc permanserint epidimio tradantur.* Epidimium iuxta glos. ord. est suspensio unius hebdomadis. (6) Lege: *ad conditorem* *BF* V 233. (7) *BF* V 256. (8) Ib. 272. (9) Ib. 408. (10) Cap. 3. (V 17)

appare per li uangeli e per li santi doctori *Extra, de hereticis* C° (1). *Excomunicamus primo.* Et per la condannatione di papa Innocenzio quarto, e di papa Alexandro IIII° de' libri de' Maestri di Parigi (2), fatti contro alla reghola di santo Francescho, e della expropriatione, e per molti altri papi, e per Ostiense nella somma sopra il capitolo (3) *Nimis praua, extra, de excessibus prelatorum.*

Ancora, che non è obedienza d'ubidire al prelato contro a dio, contro l'anima e contro alla reghola, questo appare alla XI^a^ cau., q. III., in più capitoli (4), e per san Bernardo nella *pistola ad Adam monaco* (5) e per la reghola di santo Francescho al X° c° (6). Ancora, che lli frati minori così chiamati none oseruano la reghola in niuna cosa e spezialmente nelle luoghora ponpose che tenghono, però che debono essere piccole, e l'abitazione di vimine e di terra, chome apare per la *legenda nuo*-[col. 378]*va e uecchia* di santo Francescho (7), e per santo Bernardo, in *epistola a*[*d*] *fratres de Monte dei* (8), et *extra, de uerborum significatione,* C° (9) *Exiui de paradiso;* no lla oseruano, quanto all'abitô, che deb'essere corto, vile e grosso, con piccolo cappuccio e maniche strette, come apare nella *cronica del' ordine de' frati minori* (10) alla fine, e per gli abiti di santo Francescho e de' compagni, che ancora si trouano. E per san Bernardo in *epistola a*[*d*] *Robertum, nepote suo* (11), e per le loro *costituzioni antiche* (12). Et *extra, de uerborum significatione*, C°. *Exiui de paradiso,* no lla oseruano quanto al mangiare e al bere, però che non debono riporre grano in granaio, nè uino in cellaio, nè olio, nè cose ricche nè delicate; come apare nele *costituzioni antiche* del capitolo d'Ascesi (13) e da Nerbona e per la *dichiarazione de' quatro maestri* (14), per Maestro Iohanni da Picciano in libro *de perfectione evangelica* (15), e per frate Bo-

(1) Cap. 13. (V 17).

(2) Allusio ad litem inter Professores Universitatis Parisiensis et Mendicantes tempore Innocentii IV et Alexandri IV.; Denifle, *CHUP*, I, 242 sqq.

(3) 17 (V 31). (4) Capp. 101 *Si is qui;* 92 *Non semper malum;* 98 *Imperatores si.*

(5) P. L. 182, 95. (6) *Opusc. S. Fr.*, 72.

(7) Quid praecise intelligatur sub nomine *Legendae antiquae* disputatur inter doctos, uti notum est. Cf. optimas indicationes hac de quaestione ap. AF IV, p. XIV-XVIII. In textu autem nostro significari *Legendam secundam* Th. Celani certum est ex appositione *Legendae novae,* quae est *Legenda maior* S. Bonaventurae. Similia verba Fraticellorum inveniuntur in textu quodam edito a F. Tocco, *St. Fr.* 515: *Chi di ciò* [de quo agatur editor non indicavit] *ne vuole essere informato legha le legiende vechie et nuove et fioretti di sancto Franciescho et anchora la cronicha di Frate Agniolo di Chiarino et quella di fra Pier Giovanni* [Olivi] *et altre croniche dell'ordine et chopiosamente il vedrà.* — Ad rem cf. II Cel. II, 26-29; S. Bonav. *Leg. mai. VII, 2;* Bern. de Bessa, *De laudibus b. Francisci,* AF III, 674; *Speculum Perfectionis,* ed. Sabatier, capp. 5-10; *La Leggenda antica* ed. S. Minocchi, Firenze 1905, cap. 48; *S. P. N. Francisci Intentio Regulae,* ed. L. Lemmens in *Doc. ant. franc.*, I, Ad Cl. Aq. 1901, p. 97-99; III, ib., 1902, p. 27.

(8) Inter opera S. Bernardi, lib. I. cap. 12, P. L. 184, 331. (9) 1 (V 11) Clem.

(10) Est *Chronica septem Tribulationum* Angeli Clareni, quae in codice 7 Plut. 20 Laurentianae et in codice $^1/_{67}$ S. Isidori de Urbe tali titulo insignitur, ALKG II, 124-25, sicut et in apographo Matelicensi cod. S. Isidori, de quo cf. AFH IV, 8. Descriptio habitus S. Francisci iuxta Angelum Clarenum ap. Wadding ad an. 1208, n. 8, I^2, 49; ALKG II, 153. (11) P. L. 182, 77. (12) Constitutiones Narbon., Rubrica 2, ALKG VI, 90; S. Bonav. *Op. om.*, VIII, 451. (13) Forsitan Constit. Farineriae, editae in Cap. Gen. Assisii habito a. 1354, *BF* VI, 639, vel potius Constit. Assisienses an. 1316 cf. cap. II et sqq., ap. AFH IV, 278 sqq. (14) Expositio quattuor Magistrorum facta c. a. 1242, pluries edita. (15) Tractatus Iohannis Pecham, partim editus a Little, apud *Fratris Iohannis Pecham Tractatus tres de paupertate,* Aberdoniae 1910, 13 ss.

nauentura nella *pollogia* (1) sua, e per la doctrina di Piero Iohanni (2) e di frate Ugho in libro *de finibus paupertatis* (3), et *extra, de uerborum significatione* C°, *Exiit qui seminat,* in *sexto,* e C°. *Exivi de paradiso* in *settimo.* Non possono auere le chiese grandi nè paramenta d'oro nè di seta molte, nè uasella d'oro, nè d'argento, se non chalici, nè sepolture, nè domandare in corte per piato, ne per ragione niuna chosa, chome apare per le costituzioni; nè riceuere caualli, nè arme per le sepolture, nè fare uendere niuna cosa degli orti, nè acchattare danari nè prestare, nè fare portare per uia alfante, nè domandare ragione delle spese. Nè fare portare danari da uno luogho a un altro, nè fare spendere a suo uolere, nè tenere ceppi o chasse d'oferta, nè chassette di candele a uendere, secondo che di tutte queste cose apare *Extra, de uerborum significatione,* C°. *Exiui de paradiso* in *septimo.*

Ancora che non è apostata chi ssi parte dalla comunità rilassata per seruare (4) meglio la reghola; ma quando no lla puote oseruare intra loro secondo le cose sopradette. O per andare a più perfetto stato, se si troua, come appare per la sentenzia della reghola al decimo capitolo. Et per la dichiarazione di quella sentenzia nella *cronica del'ordine* (5). E per le parole di santo Franceschо dette a uno maestro (6). E per santo Bernardo in epistola etc. Ancora che lli frati minori, che non si chontentono della uita aspera e pouera, sono apostati e non captolici. Et per consequens debano essere chacciati del'ordine, spezialmente quando dànno malo exenplo a' secolari, chome apare per sancto Bernardo in *epistola a[d]Robertum* (7), e per Maestro Iohanni [col. 379] da Picciano in libro *de perfectione euangelica,* e per la *pistola* di santo Francesco *al Capitolo generale* (8), oue dice *che non uuole uedere nè parlare, e non reputa chactolici nè frati minori quelli, che non seruano la reghola* etc. Appare eziandio nella prima reghola (9) C° *Omnes fratres uiua[n]t,* e per le sue profezie predicate nel capitolo delle Stuie, inanzi al cardinale, chome è scritto nella

(1) *Apologia Pauperum, Op. om.*, VIII, 233 ss.

(2) Petrus Iohannis Olivi, de cuius tractatibus circa Regulam FF. Min. cf. ALKG III, 497-533. AFH I, 1908, 617-622.

(3) Hic Hugonis de Digna tractatus ab antiquis Regulae expositoribus saepe citatus (cf. ALKG II, 401; III 58), conservatur iuxta P. Ehrle ALKG II, 401[3] in Codicibus Vatic. Burghesianis 191 et 294 et Urbin. 480 ad quorum fidem in hoc AFH edetur a Claud. Florovsky. (4) Codex *perseuerare.*

(5) Est *Chronica VII Tribulationum,* trib. I, Döllinger, *Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters,* II, München 1890, 457; Tocco, *Le due prime tribolazioni dell' Ordine Francescano,* (*Estratto d. rend. della R. Accademia dei Lincei,* vol. XVII fasc. 1-4), Roma 1908, 58; Ehrle, ALKG III, 601. Textus invenitur etiam in Angeli Clareni *Expositione Reg.* c. 10 et inter *S. Francisci Legendae veteris fragmenta quaedam,* ed. Sabatier in *Opuscules de critique hist.*, I, Paris 1903, 90 ss. Haec est interpretatio erronea Angeli Clareni cap. 10 Regulae a. 1223, qua Clareni suam apostasiam ab Ordine et ab Ecclesia defendere intendebant. Illud ius appellandi et ab Ordine recedendi, quod Honorius III e Regula a. 1223 sustulisset, cum subiectione humili sancti Francisci erga auctoritatem constitutam parum congruit, nec in Regula sic dicta prima, Cap. VI (*Opuscula S. Francisci.* Ad Cl. Aq. 1904, 32), cuius tamen historica evolutio est Regula a. 1223, illud ius in sensu Clareni invenitur.

(6) Verosimiliter ad Caesarium Spirensem, de quo cf. Iordanum a Iano AF I, 4-6; *Chronica Fr. Iord.*, ed. Boehmer, Paris 1908, 8-15. Textus huius narrationis, ap. *La Leggenda antica,* Firenze 1905, Cap. 21, p. 45; *S. Francisci Legendae veteris fragmenta quaedam,* Cap. 3, ap. *Opuscules de critique historique,* tom. I, 96; Angelus Clarenus, Trib. I, ed. Döllinger l. c. II, 448; ed. Tocco, 46; idem, *Exp. Reg.*, c. 10; Barth. Pis., AF IV, 455; *Speculum Vite beati Francisci et Sociorum eius,* Venetiis 1504, fol. 125r.

(7) Cf. P.L. 182, 74. (8) *Opuscula S. Franc.*, 106. (9) Cap. XIX. *Opusc.*, 49.

cronica dell' ordine (1), Et *extra, de uita et honestate clericorum,* C° *Relatum* (2).

Ancora che nè il papa, nè niun altro non può dispensare ne' uoti evangelici cioè della pouertà e castitade, come apare per santo Bernardo in *epistola a[d]Robertum* (3) etc.; e per la reghola di santo Francescho C° II, e per le quistioni che fa vno dottore di ciò, et *extra, de statu monacorum,* C° (4). *Cum ad monasterium,* in testu e glosa (5), che facciano nè possano acchusare gli altri che oseruano la reghola, come apare alla III cau., q. IIII, C° (6) *si quis a suo* etc. Ancora gli simoniaci nell'ordine e nel beneficio, così chi dà, come chi riceue, sono schomunicati, priuati o suspesi, come apare alla Cau. prima, C° (7) *Reperiuntur* e C° (8) *quicunque sacros* e C° (9) *qui studet* e C° (10) *placuit,* et C° (11) *dictum est solere* e molti altri capitoli. E che non si deba participare con loro, nè pigliare le sacramenta da lloro, nè udire loro vficio, nè loro messa, come apare alla d. XXXII, C° (12) *nullus* e C° (13) *preter hec aut,* e alla II Cau^a^, quistione VII, C° (14) *sacerdotes* in glosa (15). E che dal simoniaco segreto quando tu solo lo sai, non dei riceuere le sacramenta, chome apare per la chiosa alla XXXIII d., C° (16) *preter hoc,* ceterum, et prima cau., q. I, C° *qui studet,* in glosa; e per Inocentio nello aparato, *extra,* de *coh[ab]itatione clericorum et mulierum* (17).

Est codex membranaceus triplici ad minus manu sec. XV scriptum — quaedam vero folia ab alia manu sec. XVII — foliorum 519, quorum tria sunt insititia unum videlicet in principio et ad calcem duo; binis

(1) Hoc ultimum verum non est, cum relationi Beatae Illuminatae, supra citatae contradicat, iuxta quam etiam constat tam D. Catharinam quam alias moniales eo usas fuisse pro recitando divino officio. « *Oltra che,* dicit Bta Illum., p. 33 *havea uno suo breviario el quale scrisse con sua grande faticha e questo fece* PER POTERE SERVIRE A CHI NON NAVEA, *tanto era la sua karita* ». Videtur B. Bernardinum, et alios post ipsum, — uti ex. g. Fr. Marianus de Florentia, qui in suo opere *Delle dignita et excellentie del ordine della seraphica madre delle povere donne sancta chiara,* part. II, c. XXIV, in vita B. Catharinae haec habet: « *Spesse volte gli apparivano quegli sancti de quali si celebrava loffitio onde* nel breviario che aveva scripto *scriveva nella margine per modo di Glosa qualche cosetta in particolare degli decti sancti nelle loro festivita. El quale breviario cosi glosato* non fu mai veduto se non dopo la morte sua », fol. 133r. MS. Bibl. Nat. Florent. Magliab., n. XXXVII, 226 — hic confundisse Breviarum cum alio S. Catharinae opere *Le sete Arme spirituale* ab ipsamet composito, quod revera nemo vidit, nisi post mortem suam. Cuius descriptionem suo tempore dabimus.

columnis scriptum, praeter fol. 3-8; 508-513 et 516 quae sunt lineis plenis, et fol. vacua quae suo loco notabimus. Tituli seu rubricae sunt rubei coloris; initiales vero litterae rubei vel caerulei alternatim, quandoque etiam miniaturis decoratae figuris Calicis vel Crucis signo, vel nomine Iesu, vel Christi, vel Mariae etc. insignitae (1). Singulae pag. habent 28, aut 29, aut 30 lineae, praeter Psalterium, quod semper 34 habet. Folia sunt mill. 147×107; singulae colum. 100×30 vel 104×32 et ambae simul 100 vel 104×68 vel 70, excluso Psalterio cuius colum. sunt mill. 96×27 singillatim, et insimul sumptae 96×65. Folia numerata sunt manu posteriori a 1° insititio in parte superiore versi, praeter ipsum fol. I, quod est numeratum in parte quidem superiore sed recti. Diversimode vero conflantur, et fere omnes fasciculi in ultimo respectivo folio ad calcem, rubeo vel nigro attramento iuxta morem tunc vulgatissimum, prima alterius folii verba indicant: v. gr. fol. 1-9, in fine colore rubeo. « Iesus », quod est primum verbum fol. 10; 10-19. « Onus babilonis », quae sunt prima verba fol. 20-23. En quomodo fasciculi conflantur, praeter folia insititia,

1 duo folia	=	fol.	1-2	11 quinterni	=	fol.	164-273
1 septem folia	=	»	3-9	1 semisexternus	=	»	274-279
1 quinternus	=	»	10-19	1 duo folia	=	»	280-281
1 semiquaternus	=	»	20-23	1 quaternus	=	»	282-289
2 quinterni	=	»	24-43	22 quinterni	=	»	290-509
1 sexternus	=	»	44-55	1 semisexternus	=	»	510-515
10 quinterni	=	»	56-155	1 duo folia	=	»	516-517
1 quaternus	=	»	156-163				

Sunt igitur fasciculi 56, ex quibus 46 quinterni, 3 duorum foliorum; 2 quaterni; 2 semisexterni; 1 sexternus, 1 semiquaternus; 1 septem foliorum.

Ligatum fuit Breviarium saeculo XV duabus tabulis ligneis, corio coopertis, dorso autem quia discisso, taeniis alutis duabus hinc inde munitum; prius habuit binas clausuras, aeneas probabiliter, quarum signa remanent et loca. Utraque tabula qua ligatur Breviarium, habet mill. 160×110×6; totum vero Breviarium clausum mill. 78, in dorso.

In parte interiore ligaturae ante I fol. ipsae ligaturae glutinatum invenitur ex tela « *Agnus Dei* » pedibus anterioribus vexillum tenens; et subtus, sigillum chartaceum in cuius centro est Calix, et legitur haec inscriptio *corporis xpi*. Probabiliter erat antiquum monasteri sigillum.

Post extrinsecam seu technicam Breviarii descriptionem ad formalem vel internam procedamus.

F. 1v. habetur quasi index totius Brev. manu sec. XVII. *Incipit officium Adventus a car. 9 in 2 faciata* etc. — Notamus tantummodo:

---

(1) B. Catharina scripsit in litteris initialibus tantum « Iesus » 289ies; « Christus » 273; « Iesus Christus » 47; « Christus Iesus » 24; « Iesus meus » 10; « Iesus Maria » 1; « Christus meus » 44; « Christus Deus » 2; « amor Christus meus » 2; « Christus amor » 1; « Sanctus Deus » 7; « Sanctus Dominus » 1; « Sanctus » 2; « Dio mio » 21; « O Dio mio » 11; « O Dio mio Cristo » 1; « Deo meo » 1; « Maria » 7; « Maria virgo » 1; « Mater Christi » 2; « Mater Domini » 1; « Sanctus meus » 1; « Paulus » 4; « Iesu Paulus » 3; « Caritas » 1; « Audite » 49; « Audi » 1; « Audite et orate » 1; « Audite cum corde » 1; « Orate » 4; « Orate atente » 1; « Adorate » 4; « Sursum corda » 14; « a Domino » 1; « lauda » 1; « Plange » 1; « nota » 2; « Fugite » 1; « Verum est » 1. Signum Crucis invenitur 81ies et Calix Domini 9.

Il Psalterio, Il commune de i Santi, et il Calendario, non sono di mano della Beata Cattherina (sic) *ma si ben poi il restate* (sic) *sicome lei propria lo dice a car. 23 nel fine della prima faciata in lettera rossa. ma però tutte le Venerabili fazze di xpo, de Santi, et de Bambini dipinte Et le parole hora volgari, hora latine, sono tutte di propria mano della Beata, etiam trovate in qualunque parte di questo Breviario.*

A) Kalendarium. Fuit scriptum forsan a quodam *Fratre franciscano*, — cf. *Rub.* VII idus Ian. XII kal. Aug. et illa IV kal. Oct. — post annum 1450, quia inter Sanctos jam refert S. Bernardinum Senensem hoc anno canonizatum, de quo nihil invenitur in Proprio Sanctorum, quamvis hoc 1452 fuerit expletum. — Haec sunt notatu digna.

F. 3r. Inc. *Annus habet menses XII. Septimanas lii et dies unus. et habet cclxv dies et horas vi.* — F. 3v. post VII id. Ian. haec rubr.: *A festo stelle numerando perfice lunam post xl dies et septuagesima fiet et si bisextus fuerit additur unus. Si cadit in lucem domini suppone sequentem.* In festo S. Antonii ab. legitur. *Solemne generaliter.* XV kal. Mart. *Translatio S. Antonii conf. ord. min. duplex Minus.* V non. Mart. Rub. *Post nonas martis ubi sit luna nova require.* IV non. *Tertia lux domini proxima pasca tene.* F. 4r. — XIV kal. Apr. *S. Iosephi nutrici* (sic) *xpi yhu.* — XI kal. Rub. *Post festum S. Benedicti ubicumque xiiij luna invenitur ibi dominica proxima resurrectio domini celebratur.* — F. 5r III id Mai. Rub.: *Dedicatio ecclesie corporis xpi. Duplex Minus.* Sed postea haec rubrica fuit deleta. — XIII kal. Iun. *S. Bernardini de Senis conf. Ord. fratrum Minorum duplex Maius.* VIII kal. *Translatio S. Francisci Min. dupl.* — F. 5v. Idib. Iun. *S. Antonii conf. Ordinis fratrum Minorum Dup. Mai. cum octava.* — F. 6r. XII kal. Aug. in festo S. Praxedis, Rub.: *Officium pro fratribus et benefactoribus.* F. 6v. IV non.: *Dedicatio sancte marie de porciuncule* (!) *dupl. mai.* — II id.: *S. Clare Virginis Mai. dupl.* — XIV. kal. Sept. *S. ludovici ep. et conf. Mai. dupl.* — VII. kal.: *Octava s. ludovici, et s. ludovici conf. et regis francie.* — F. 7r. XV kal. Oct.: *Festum stigmatum b. francisci Mai. dupl.* — V kal.: *S. elçarii conf.* — IV. kal. Rub.: *Offitium pro fratribus et benefactoribus defunctis.* F. 7v. VI non.: *Translatio s. Clare virginis dupl. min.* — IV non.: *S. Francisci conf. Mai. dupl.* — V id.: *Octava s. francisci.* — VI kal. Nov. *S. yvonis conf.* (De quo nihil invenitur in Proprio Sanctorum). — F. 8r. VI id.: *Translatio s. ludovici ep. et conf. Min. dupl.* = XIII kal. Dec.: *S. elisabeth.* — In fine mensis Nov. Rub.: *Ultima feria ante primam dominicam de adventu fit officium pro patribus et matribus.* — F. 8v. VI id.: *Conceptio Virginis Marie Mai. dupl.* — F. 9 vacat.

B) Proprium de Tempore fuit scriptum a Beata Catharina sicut ipsa textatur. Inc. F. 10r « yhu. » Rub. *In nomine Domini nostri yhu xpi incipit ordo breviarii fratrum minorum secundum consuetudinem romane curie. In I sabb. de Adventu ad Vesp. cap.* « Fratres ». Intra litteram **F** est facies Salvatoris triplici colore depincta, uti fere omnes aliae imagines, rubeo, scilicet caeruleo et viridi. In littera **E** orationis *Excita* legitur: *mirate xps deus noster o. s.* [o sorores] — In litt. **V** hymni *Verbum* dipinxit faciem Pueri Iesu. — F. 17v Dom. III Adv. Lect I. *Egredietur* in litt. **E** legitur: *o vos omnes orate pro me.* — F. 21ra Rub. *In nomine parvulus* (sic) *xps meus. Incipit tabula I.* Ib. post. Rubr. tabulae I[ae] quae refertur, sicut et seq. ad Antiph. **O** ante festum Nativitatis Domini, legitur: *Deo gratias. xpto picolino te me aiuti in sto camino. amen. xps meus.* F. 21vb post II *O dolce mio bam-*

bino doname del tuo amor fino. Amen. F. 22ra. post III *O xpo amor* (1) *fino puni* (sic) *termine al mio camino;* post IV *O xpo piculino. amore mio verace trame da questo camino e conmieco. fa la pace. amen. Deo gratias.* — Ib. b. post V *O xpo mio bambino. donami lo tuo amore fino. e puni termine allo mio amaro camino.* F. 23rb. col II post VI *O infinita caritade. de lalto dio devino* (sic) *che prese umanita. e ffesse pelegrino. e pero te prego. o xpo amor fino. che açi piatança* (sic) *de lo mio core tupino. amen;* — Ib. vb. post VII *O xpo mio segnore sença dubitare. tu sei el vero messia. che nei vegnu* (sic) *a salvare. Or suso con fervore andiamolo. adorare. che le fato picolino. per doverne consolare. e per cio care sorele. vogliamoce. alegrare e con la mama. e con lo figlio senpre* (sic) *demorare. amen. deo gratias xps. yhs xps yhs xps. per lo cui amore* Io SORE CATELINA *del corpo de xpo* IN FERARA (sic) o scrito questo breviario *exceto lo salmista e lo commune di sancti e lo calendario. xps.* — F. 24 Characteres litterarum sunt minores et membrana sequentia aliquantum differunt a praecedentibus.

F. 30vb. Lect. III. Nativitatis Dom. INC. *Parvulus* sub **P** init. adest figura dipincta Pueri Iesu, et alia f. 36va sub litt. **H**[odie] (2) Iae lectionis SS. Innocentium. F. 38rb. ante commemorat. S. Thomae episc. et mr. adest Rubr. *Oratio pro sancto toma meo gloriosissimo martire tam benigissimo* (sic). *quia manus suas sanctissimas ostendit mihi et osculavi* (3) *illa* (sic) *dulciter in corde et corpore meo. ad laudem dei et illius scripsi. et narravi. hoc cum omni veritate.* — Et ibidem intra **D** Orat. S. Thomae est eius imago.

F. 42va in marg. Pueruli Iesu imago et alia f. 43va sub **I**[n illo] VII Lect. Circumcisionis: item alia f. 55rb. Capit. Vesp. sabb. I post Epiph. hac circum ipsum inscriptione rubeo colore: *sapientia xps est deus noster.* F. 55vb. in Lect.: **P**[aulus] depinxit Catharina imaginem Salvatoris dulcissimam.

F. 62rb. *Incipit ep. paulus meus* (sic) *ad eph.* — F. 63ra legitur rubrum: *tu autem paulus magnus appostolus* (!) *intercede pro me ad dominus deus tuus yhs Kps.* (sic) *amen.* — F. 64rb ob Evangelium in margine depingitur arbor portans vitem racemis plenam.

F. 71 vb. in littera **K** Litaniarum penitentialium quae dicuntur in Vesp. ferialibus a Fer. IV Cinerum usque ad V Mai. Heb. videtur imago Salvatoris similis illae f. 55 et supra: *mirate xps meus* (sic) *sorores dilectissime.* In Litaniis inveniuntur nomina SS. *Ludovici. Patris Francisci, Antonii, Bernardini,* et postea Dominici, Bernardi, Leonardi, *Io-*

(1) Corrector, de quo not. 3 mentionem faciemus, hic addidit *mio.*

(2) Brevitatis causa sic indicamus litteras initiales verborum, in quibus (litt.) scripsit vel depinxit aliquid S. Catharina.

(3) Nescimus quis pluries correxerit B. Catharinae verba erronee scripta. Quae hic referuntur, refert et B. Illuminata Bembo, quae prima omnium scripsit D. Catharinae vitam, *Specchio de Illuminatione* intitulatam, in ea enim legitur, pag. 40. Orig. MS. idem ut in Breviario, sed forsan ipse corrector Breviarii correxit et *Specchio*, quia si attente examinetur legebatur primo « oscula*vi* illas » et non « oscula*tus sum* illas », sicut nunc legitur. In Breviario autem primo legebatur, et nunc etiam clare apparet « oscula*tus sum* illa », corrector vero fecit « oscula*vi* illa » Pater Dionysius Paleotti O. M. ter confessarius monialium Monasterii Corporis Domini Bononiae, qui fuit ex primis qui D. Catharinae vitam scripsit, quam edidit 1511, refert haec verba Breviarii iam correcta « oscula*tus sum* ». Cf. *Acta SS.*, mart. t. I p. 37. Fuitne iste forsan talis corrector?

sephi, Elzeari et *Ivonis* et Sanctarum *Matris Clarae, Katherine* (rubeo colore sicut et S. Franciscus) « S. Orsolae cum sociis suis » et *S. Elisabeth;* nullius vero nomen martyris Ordinis S. Francisci. F. 73vb in fine Lit. rubeo col. *Orate pro me dilectissime. sororibus meis* (sic) *ad dominus yhs xps meus* (sic).

F. 112vb. depicta est perpulchra Christi imago radiosa corona redimita, in qua ter legitur monograma *yhs* et super humerum Salvatoris dexterum legitur: *adorate xps* et super sinistrum *meus.*. Alia similis imago Iesu Christi adest f. 114vb, f. 115ra et Feria II Paschatis ubi ob Evangelium adnotavit: *xps pelegrinus meus.* — F. 128rb Rubrica: *Dom. iiij post pasca ponuntur epistole canonice et leguntur usque ad sensionem* (sic). *sex lectiones leguntur de epistola sanctissimi Iacobi. appostoli mei dilectissimi.* Conspicis ibi imaginem S. Iacobi aureola circulari decoratam, et a dextris ipsius legis: *Ist este Iacobus frater Domini nostri yhu xpi.* — F. 138va in Ascensione Dom. alia Christi est imago similis praecedentibus.

F. 139va in litt, **V** hymni: *Veni Creator* in Vesp. Pentecostes adest figura monialis clarissae forsan S. Clarae ?, lineis adumbrata. — F. 140ra Christi imago, uti illa f. 138 in **D** Orationis, legitur: *amate xps* (1) *sorores* et in lit. **C** hymni ad Mat. scripsit *mirate xps.* — F. 145rb. Rubr. *Ad vesperas fit officium santissime trinitatis noviter constituto* (!). *Et nota quod isto die maius in celesti gloria quam ceteris diebus.* (sic). F. 146va Lectio I incip.: *Credimus S. Trinitatem* in littera **C** scripsit B. Catharina rubeo col.: *ego vidi eam*, et in III lect. **Q**[uatenus eum] adiunxit: *et intellexi: ea g.* [gratia] *dei.* — F. 147ra Rubr. *Feria v post octav. pentec. celebratu*[r] *officium sacratissimi corporis xpi. Et nocta quod debet celebrare* (2) *cum tocta devocione et munditia mentis et corporis. quia corpus xps meus* (sic) *virgo et pulchrum* (3) *plusquam ceteris. Et semper in corde tuo. cum devoctione et iubilatione de xpo tuo cantatur hoc versus* (sic). *E* (quae sequuntur sunt nigri coloris) *l dedectoxo xpoxo dele anime ellette. Affacto ale dillecte. un convito amoroxo.* (Prosequitur rubro attramento) *da xpo dolce amore non me posso partire impero che le cului el qual me fa languire: xps. xps xps meus. xps. meus.* — F. 149.va repetitur imago Christi, *adorate xps meus dilectissime* et in **P**[ange ling.] alia effigies similis illi f. 139va. — F. 157r in marg. Puerulus Iesus fasciis involutus et aureola crucifera circa caput depingitur. — 183ra in **P**[arabole Salom.] caerulei coloris, haec nigre scripta: *Ego* CATARINA DE VIGRIS *soror semper indigna.*

F. 178ra post Antiph. ad Magnif. sabb. I hebd. Sept.: *In omnibus hiis non peccavit Iob...* scriptum rubre: *chi non vora con iob esser frazela* (4) *non sera con xpo glorifica: xps meus;* ibid. Dom. III Sept. princ. lib. Tobiae, intra **T**: *O dio quanti flazeli duia* [dai a?] *li sancti.* — F. 179ra notantur rubeo colore: *O sarato* (sic) *tobia pleno* (5) *caritatis ora pro me* (6) *eterne maiestatis* (!) *amen.* — F. 181rb incipit lib. I. Machab. in **E**[t factum est] legitur rubrum: *audite tribulationis* (!) *iustorum.* — F. 186ra Dom. III Nov. post VI lect. Danielis: *O daniel propheta e Santo pregua* (7) *xpo . che per lui me faza morire in pianto. amen. xps.*

Inter alias Rubricas, quae sunt a f. 187v usque ad 190r notamus has: f. 189ra: *Item Gregorius papa xj ordinavit quod festum nativitatis*

(1) Corrector *xpm.* (2) Corr. *celebrari.* (3) Corr. add. *est.*
(4) Corr. *flazela.* (5) Corr. *plenum.*
(6) Corr. addit super me *deum.* (7) Corr. expunxit *u.*

nativitatis (sic) *virginis marie hæretur* [sic, haberetur?] *vigiliam* (!) *sub precepto sicut festum assumptionis . de festum que venerit infra ipsa octava nihil fit . excepto exaltationis sancte crucis de eo fit eo di* (sic) *quo cadit commemoratione nativitati* (sic). *Item ordinavit quod in octava nativitatis virginis marie licet fieret de cruce et in omnibus ymnis de cruce dicent* (sic): gloria tibi domine, qui natus est de virgine *simili ad primam quando dicitur:* xpe filii dei vivi. — Ib. rb. *Item Gregorius papa xj statuit et mandavit, quod pro secundo vespero omnium sanctorum vespere mortuorum cantatur duplicando antiphone sicut in festo duplici. Item Bonifacius papa nonus. Et innocentius vij. ordinaverunt et mandaverunt quod in misa* (sic) *nativitatis domini nulla fit commemoratio de sancta anastatia . sed immediate post octavam epiphanie fit officium de ea . sequente vero* [va] *die de sancto basilio . postea de sancta martina . deinde de aliis prout in brebiario continetur.* F. 190v. — 193 sunt vacua.

C) Psalterium, quod probabiliter fuit prius aliis Breviarii partibus scriptum, *non* est *opus* Beatae Catharinae nec alicuius Ord. S. Clarae nec O. F. M., ut colligitur ex sequentibus Litaniis. Scriptura est minuta, valde regularis et elegans. Initiales vero ornavit vel illustravit D. Catharina. Incipit f. 194ra. Christi Salvatoris imagines similes praecedentibus assunt, f. 194ra, et subtus legitur: *servite domino in* (laetitia) 206ra et 214ra; 220ra: imago Pueri Iesu. — In **S**[alvum me fac] S. Catharina scripsit. *Se tu pena per xpo portarai con lui in gloria senpre viverai xps;* et f. 234va in **E**[xultate]: *chi non vora andare con xpo per via triboloxa . non pora con lui goldere nela patria gaudiosa verum est;* f. 239va in **Q**[ui habitat]*: amor yhs meus;* f. 240rb in **D**[ominus] *amor xps meus;* f. 242vb in **C**[antate] imago Salvatoris; in **D**[ixit Dominus] imago Infantuli Iesu; f. 269r in margine alia eiusdem effigies, uti f. 157r. — F. 270rb incip. Litaniae penitentiales, eadem manu scriptae. Ibi inter Sanctos numerantur [vb]: Dominicus, *Franciscus,* Thomas de Aquino, nec alius ex Ordine FF. Min.; Sanctae vero ibi expressae sunt: Maria Magdalena, Maria egiptiaca, agnes, agata, lucia, genofeva, margareta, elisabeth, Dorotea [f. 271ra] cristina, ursula cum sodalibus suis, marta, cordula, digna, renellis (sic), gudila, gertrudis, apollonia, petronilla, Katerina, barbara, cecilia et *clara* (absque ullo addito).

D) Hymnarium incipit f. 173ra usque ad f. 279va. Nihil notandum continet.

E) Commemorationes scriptae manu B. Catharinae post annum 1450, quia VI^a commemoratio est S. Bernardini Senensis.

Incip. f. 280r, et sunt: I: Corporis Domini. Ant. *O sacrum* Orat. *Deus qui nobis* Ant. *Ego sum panis.* — II: SS. Petri et Pauli, Ant. *Petrus ap. et Paulus.* Orat. *Deus cuius dextera* Ant. *Gloriosi principes.* — III: S. P. Francisci Ant. *Salve sancte Pater* Orat. *Deus qui ecclesiam* Ant. *Sancte francisce propera.* — IV: S. Antonii Patav. Ant. *Sapiente filio.* Vers *Os justi* Orat. *Ecclesiam tuam.* Ant. *Sono tube.* — V: S. Ludovici. Ant. *Tecum fuit principium beate ludovice virtutum xpi omnium de meritorum vice.* Vers. *Elegit eum.* Orat. *Deus qui ecclesiam tuam dispositione mirabili novis semper illustras sanctorum splendoribus tribue quesumus, ut qui beati ludovici confesoris tui atque pontificis memoriam agimus ad eius consortium pervenire feliciter mereamur.* Ant. *Conta* (sic) *terrarum spacia Deo debent servire nunc in cordis leticia ac per sancti suffragia ad eum introire.* — VI: S. Bernardini Ant. *Similabo eum.* Vers. *Lex Dei eius.* Orat. *Adesto Domine* [ut in com. Conf. non Pontif.] Ant. *Euge serve.* — VIII: S. Clarae. Ant. *Salve Sponsa.*

Orat. *Famulos tuos.* Ant. *Novum sydus.* — VIII. Pro pace, ut in *Breviario Romano.*

Immediate f. 281r sequentes orationes. — I: *Interveniat pro nobis quesumus domine yhu xpe nunc et in hora mortis nostre apud tuam clemenciam gloriosissima virgo maria dulcissima mater tua cuius anima sacratissima in hora passionis tue doloris gladius pertransivit.* — II: S. Michaelis. *Deus qui miro.* — III: *Assit etiam pro nobis quesumus domine yhu xpe beati patris nostri francisci pia humilis et devota supplicatio in cujus corpore prerogativa mirabili passionis sacra stigmata renovasti.* — IV: *Deus omnium fidelium*, pro Papa. — V: *Omnipotens sempiterne Deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum respice in auxilium christianorum, ut gentes paganorum quia in sua feritate confidunt dextera* (sic) *tue potentia conterantur.* F. 281v vacat.

F) Proprium Sanctorum est forsitan pars antiquior caeteris a S. Catharina scriptis, et uti ipsa in fine declarat, expleta fuit die 11ª Iunii 1452 Ferrariae in Conventu Corporis Christi. — Incipit f. 282ra (prius erat signatum 280). Rubr.: *In nomine domini nostri yhu xpi Incipit proprium Sanctorum per totum anum* (sic) *secundum consuetudine* (sic) *romane ecclesie et ordinis fratrum minorum.*

In littera **D** Orat. S. Saturnini legitur: *Xps dicit qui vult venire post me sequatur iste* (1). Pagina est miniata rubeo, viridi et caeruleo colore, simpliciter sed eleganter. — F. 282va in **P**[assione S. Andreae] invenitur nota rubr.: *audite isti sanctus appostolus* (sic), quem vocat f. 284rb: *Sanctus meus.* F. 284vb [al 282] *o andrea mio beato . per mi prega el to maistro sacrato . amen .* — F. 285vb [283] die VI Decemb.(2) rubre: *o sanctus nicolaus pleno* (3) *caritatis. Implora pro me* (4) *eterne maiestatis.*

F. 286rb [284] rubrum: *In festo conceptionis beatissime Virginis Mariae* Ant. ad I. Vesp. *Gaudet mater ecclesia* || *nova frequens gaudia* || *lux micat.* Chevalier, *Repert. hymn.* n. 6857. Ad Magn. Ant. f. 286va *Ave decus virgineum* || *ave iubar ethereum* || *nobis presens sol.* Chevalier, n. 1752. Post Orat. Rubr.: *Eya pervigiles domino vigilate fideles conceptumque pie solepniçate marie.* Ant. I. Noct. *Gaude fidelis concio, adest eius conceptio.* Chevalier, n. 6801. Lectiones trium Noct. dessumptae sunt ex quodam opusc. S. Anselmo false tributo. Migne, Patr. Lat. 159, 323-324. **I. Lect.** f. 286vb *Inc.* Eo tempore quo Gulielmus. *Des.* **Lect. IX** f. 287ra meruit accipere d. n. yhm xpm. Ad laudes Ant. *Conceptus hodiernus marie;* Chevalier, n. 3706. Ad Ben. Ant. f. 287rb: *Benedicta es, maria, laus nostra sepes* (sic) *et domina te laudat te colit tremit trina mundi machina in tua conceptione congaudentes confove profutura* (sic) *largiendo nocitura dimove.* In II Vesp. Ant. de Laud.; et ad Magn. Ant. *Magnifica xpi mater regina cara celorum reparatum se letatur per te cetus beatorum in die tue concepcionis confert opem intercessionis, ut per tua suffragia coletemus* (sic) *in gloria.* Postea Rubr.: *O maria mater gratia* (5) *aperi mihi ianuam* (6) *amen . xps . meus.*

F. 289ra: *O lucia virgo beata per mi prega xpo al quale sei desponsata . amen.* — F. 291ra in festo S. Antonii abb. infra **B.** init. imago ejusdem, et post Offic. rubrum: *O antonio beato doctor* (sic) *per me prega el to factore.* — F. 296vb. In **O** hymni S. Pauli (in festo Convers.) imago

(1) Corr. intendit scribere *me* pro *iste.* (2) Ubi absque indicatione speciali nomen Sancti alicuius in invocationibus S. Catharinae occurrit, intelligendum est: in notis ad eius Officium. (3) Corr. *plenus.* (4) Corr. add. *Deum.* (5) Corr. *gratiae.* (6) Corr. add. *celi.*

similis illi S. Iacobi Ap. In fine: *tu autem paulus meus intercede pro me∴ amen. xps.* — F. 303ra in festo Purificationis in **H**[odie b. M. V.] legitur *Maria virgo,* subtus vero est imago Pueri Iesu; inferius: *O xpo piculino . dolce e. suave amore: Doname la lança . che te passo lo corre* (sic) *Amen.* — F. 316ra rubr.: *In anuntiatione sacratissima domina nostra mater* (1) *xpi et advocata* (2) *omnium peccatorum;* et post Offic.: *O vergene sacratta gratia fusti sublimata . pregua* (3) *per mi . e . per tutta la briguata* (sic). *Amen.*

A f. 312r-214r est Officium Martyrum temp. paschali; f. 315rb rubr.: *xpo sempre sia lauda* (sic) *che alli sancti martiri vitoria . a donna . Amen;* ibidem in **D.** Orat. S. Georgii haec: *Sanctus iste meus georgius* et post lectionem f. 314va: *Tu autem alto barrom* (sic) *pregua per mi avanti al trono dellalta maiesta . amen* (4). — F. 321r post festum Exaltat. S. Crucis rubr.: *Crux preciosa et admirabilis defende miseris* (5) *et suscipe me ancila xpi* (6) *Amen.*

F. 327rb rubr.: *In sancti Antonii confessoris et vere filius* (sic) *serafici francisci.* = Ad Vesp. Antiph. sunt uti in nostro hodierno Breviario. F. 327va in **O**[ptavi] Capit. ad Vesp. rudimentariam imaginem S. Antonii cinereo colore delineavit, cuius in aureola legitur: *sanctus antonius.* = Hoc folium potest ab omnibus videri quia Breviarium est apertum hac pagina in Reliquiario, in quo asservatur. = Alia hic non notata sunt uti in Breviario nostro hodierno.

F. 327ra **Lect. I.** *Inc.* In Spaniis civit. *Des.* parentes. *Resp.* funditur. **Lect. II.** *Inc.* Non longe. *Des.* plac. sibi. *Resp.* Optans impius rex marachiorum **Lect. III.** *Inc.* Augerent nequaq. *Des.* religionis assunsit. *Resp.* Fervet. **Lect. IV.** *Inc.* Ubi dum. (Intra **U** legitur rub.: *dio mio*). *Des.* licent. obtinuit. *Resp.* Dono etc., uti ap. Felder, *S. Franc. Ass. et S. Ant. Officia rhythmica,* Friburgi 1901, 129, si excipias *fastumque, temerarie.* Tunc. *xps . meus . xps meus.* **Lect. V.** *Inc.* Quo ad optatam. *Des.* excolendo. *Resp.* Pauperum... *in lecto* proprio. **Lect. VI.** *Inc.* Cognovit. *Des.* deseviens. *Resp.* In doctrine. **Lect. VII.** *Inc.* In fratum (sic). *Des.* divulgavit. *Resp.* Vitam. **Lect. VIII.** *Inc.* Cum et. (In **C**: *Sanctus Deus*). *Des.* optineat. *Resp.* Si queris. In fine *xps meus xps . meus xps* . rubeo col. *xps,* et caeruleo *meus.* **Lect. IX.** *Inc.* felix. *Des.* f. 330rb. valeat.

In Ant. ad Bened. f. 330va *Gaude* hae variantes in *altorio,...* providen*s*... fia*s* poss... transfer *eos* hic... Ant. ad Magn. in II Vesp. uti ap. Felder, 134.

F. 331rb Rub.: *Infra octav. de vita ipsius.* **Lect. I.** *Inc.* Cumque fratres. *Des.* apparuit. **Lect. II.** *Inc.* Gaudet. *Des.* redeunt. **Lect. III.** *Inc.* Eique in ipso. *Des.* sanctus eris. **Lect. IV.** *Inc.* Cumque humiliter. *Des.* nom. declinaret. **Lect. V.** *Inc.* Fervens ig. *Des.* non implevit. **Lect. VI.** *Inc.* De eo rex. *Des.* fraud. conspiceret. **Lect. VII.** *Inc.* Instabat autem. *Des.* Anton. anenu ne [sic, loco *a nullo*] petebatur. **Lect. VIII.** *Inc.* Quod sic. *Des.* erudiretur. **Lect. IX.** *Inc.* Quem. *Des.* f. 332rb. impetravit.

Ib. Rub.: *Lectio* (sic) *de translatione eius.* **Lect. I.** *Inc.* Igitur cum b. anton. uncionem. *Des.* anno dom. incarnat. M°cc°xxxj°. **Lect. II.** *Inc.* Post mortem. *Des.* mortuus est. **Lect. III.** *Inc.* Quod rumor. *Des.* conventus ingeminans. **Lect. IV.** *Inc.* Hoc sibi. *Des.* sibi. dari. **Lect. V.** *Inc.* Deposcunt.

(1) Corr. *sacratissimae dominae nostrae matris.* (2) *advocatae.* (3) *prega,* expunxit Corr. *u.* (4) Nota, quod S. Georgius est Patronus Ferrariae.
(5) Corr. *defende me in miseriis.*
(6) Corr. add. *et* aliaque duo verba quae legi non possunt.

Des. periculis offerunt. **Lect. VI.** *Inc.* Et in hoc et invet. *Des.* sancti corpus. **Lect. VII.** *Inc.* Accidit autem. *Des.* annul. porrigebant. **Lect. VIII.** *Inc.* Pendente igitur pro terre (sic). *Des.* scruptantes inteligunt. **Lect. IX.** *Inc.* Quod beatus. *Des.* f. 333va. v° sepelierunt. Postea rubr.: *Deo gratias. O santo antonio humile . e grato per mi prega xpo . beato . amen . xps.*

Hae lectiones omnes desumptae sunt ex Legenda *In Hispaniis.* ap. *Acta SS.* iun. II. 705-8; 712-17 (ed. III: 198-201; 204-9), n. 1-6 et n. 32-34, 37. Variantes notatu dignae desunt.

F. 342ra post festum S. Ioannis Bapt. rubr.: *O Batista gratioxo* (1) *stella relucente preguati per mi. e per la huma* (2) *gente. amen.* Inter columnas est viridis delineatio quae extenditur in margines superiorem et inferiorem, intercalata punctis rubeis. — F. 343vb rubr.: *O vere et pie caritas et fraterna puritas dc* (3) *Iohannis et Paule* (4) *orate pro me. amen.* — F. 351rb in fine Octavae SS. Petri et Pauli rubr.: *deo gratias qui dedit vobis victoriam per yhu* (sic) *xpm dominum nostrum. amen.* — F. 352ra in **O** [O xpi mater] hymni Visitationis B. M. V. ad Matut. legitur: *sursum corda ad mater •* (sic). — Ib. va in **B**[eatissima V. M.] Lect. I. *O maria stela maris ave virgo singularis,* et post Offic. f. 360va rubr.: *deo gratias amen.·. Gaude sancta mater pia quando andasti per lungam viam ed visitauda* (5) *helisabetha cum magna festa e alegreza. amen.* — F. 360vb in **T**[empus] I Lect. SS. Procesi et Martiniani de Simone Mago Sancta notavit: *audite dilectissime sorores mirabilia Dei,* et in fine Officii rub.: *deo gratias qui dedit eis victoriam.* — F. 362vb Hymnus ad Vesp. S. Mariae Magdalenae: *Nardi Maria mistici* Cf. Chevalier, n. 11846 intra **N** pulchra S. Magdalenae imago et f. 364rb in fine Officii legitur rubr.: *Lapostola fervente . etuta de xpo infiamata . an-*[364 va] *do subitamente e fiecce lambasata . e disse e pianceva* (6) *e pregava e iera* (sic) *nelorto. e yhu mio conforto dis* (sic) *maria dillecta. deo gratias. amen.* — F. 365ra rubr.: *O crestina. vergene delicata prega per mi. e per tuta labrigatta. amen.* — F. 366rb post Orat. S. Annae rubr.: *O anna mater domina* (sic) *implora nobis gratia.* (sic) *amen.* — Ib. rubr.: *O pantaleonis* (7) *bello e delicato per mi prega quello per lo cui amore fusti marturigato. amen.*

F. 366vb rubr.: *In sancta marta* (!) *virgo et ospita domini nostri yhu xpi Oratio: Deus cuius filius in ede beate marte hospitari dignatus es, da quesumus ut eius meritis que illum placida suscepit in ede polorum misericorditer hospitari valeamus. Per eumdem* etc. Intra **O** caeruleum legitur nigro col.: *lalbergatrice di xpo del ciel ha fatto acquisto: et per noi prega dio misericordioso e pio.* Post Orat. rubr.: *ora pro nobis beatissima marta. amen. deo gratias.* — F. 367va in fine Offic. SS. Simplicii, Faustini et Beatricis, rubr.: *deo gratias. mihi vindictam ego retribua* (sic) *dicit dominus.* — F. 368ra in **P**[etrus beatus catenam] hym. ad I Vesp. S. Petri ad Vincula. Cf. Chevalier, n. 14885 scribitur rubro: *bonus pastor petrus.* — F. 370v ornata lineis eleganter inter columnas et in marg. in **T**[empore quo] princ. I Lect. S. Mariae ad Nives imago B. M. V., ut videtur, et f. 371rb. **U**[bi] II Lect. effigies monialis cuiusdam. — F. 374ra post fest. S. P. Dominici rubr.: *O bāba mio* (8) *beato . domenico infiamato che lo tuo sancto corpo . in bologna e colocato . e lanima cum xpo dolce-*

(1) Corr. add. *e*, sic *gratioxo* e *stella.* (2) Corr. *humana.* (3) Corr. abrassit et quod nunc est correptum legi nequit. (4) Corr. *Pauli.* (5) Corr. *visitandam.* (6) Corr. *piangeva.* (7) Corr. *pantaleone.* (8) Corr. *O baronio beato.*

mente exaltato. prega per mi lo tuo segnore beato. — F. 375v pulchra sunt lineamenta inter col. conspicitur perelegans delineatio foliis et floribus ornata, diversi coloris. In litt. **P**[ostquam] I. Lect. effigies S. Laurentii et f. 376ra alia eiusdem similis imago, sed minore in litt. **C**[um] Lect. VI.

F. 378ra rubr.: *In sancte clare. virginis. vera disscipula. seraffici. francisci. et mater nostra. humilis ancila xpi. et amatrix paupertate* (1) *et omnium virtutum.* Ad Vesp. Ant. quae sunt ut in nostro Brev. In **C** litt. init. hymni « Concinat » effigies S. Clarae. Ib.vb in **F** Orat. *Famulos* in parte super. imago Pueri Iesu super cuius dext. humerum legitur: *xps;* in infer. vero parte alia S. Clarae praecedenti similis. — F. 379ra **Lect. I.** *Inc.* Admirabilis fem. Cl. *Des.* mediocrister (!) habundabat. *Resp.* Francisci. **Lect. II.** *Inc.* Nam quamvis. *Des.* gaudio remearet. *Resp.* In via. **Lect. III.** *Inc.* Iterum ad S. Mich. *Des.* abund. sanctitatis. *Resp.* Haec paupertatis titulo *pollens* (2) *intitulata.* **Lect. IV.** *Inc.* Pregnans denique. *Des.* clarius illustravit (!) *Resp.* A civibus. **Lect. V.** *Inc.* Quo edocta *Des.* splend. probitate. *Resp.* Amica. **Lect. VI.** *Inc.* Docili corde. *Des.* pupilorum. *Resp.* Vivens *Vers.* Sic in rota. **Lect. VII.** *Inc.* Sic ab inf. *Des.* primitivos sentiret. *Resp.* Carnis. **Lect. VIII.** *Inc.* Cepit mund. *Des.* Dom. commendabat. *Resp.* De pane. **Lect. IX.** *Inc.* Talia fuerat. *Des.* f. 381ra. in populo. — Antiphonae ad Laud. etc. ut in nostro Breviario. Hymni vero IV stropha sic sonat: *Francisco duce militans* || *et victis trina prelia* || *carnem. namque supedita* || *mundum atque demonia.* Notes in II stropha hymni ad Matut. legi: *Clarum lumen effunditur.* — F. 381r inter col. et in marg. delineamenta 4 colorum et in **O** hymni Laud. imago adest S. Clarae.

F. 381va Rubr.: *Infraoctava sequitur de vita ipsius.* **Lect. I.** *Inc.* Audiens vero tue celibe (*sic*) nomine. *Des.* nomine vendicare. **Lect. II.** *Inc.* Vixitat ille. *Des.* frequent. acenssus (*sic*). **Lect. III.** *Inc.* Cuius sibi verba. *Des.* hum. forre (!) servandam. **Lect. IV.** *Inc.* Quod dinorem (*sic*). *Des.* nuptias anelaret. **Lect. V.** *Inc.* Celeste namque. *Des.* prom. contemptiens (*sic*). **Lect. VI.** *Inc.* Ex tunc francisci. *Des.* lucrifac. possit. **Lect. VII.** *Inc.* Protinus in (!) spec. *Des.* intra ecclesiam. **Lect. VIII.** *Inc.* Ubi illud dignio (!) *Des.* soc. aggregabitur (*sic*). **Lect. IX.** *Inc.* Cumque ostio. *Des.* f. 382rb. varios dereliquit.

Pro II die f. 382vb **Lect. I.** *Inc.* Nec decuit. *Des.* parturire. **Lect. II.** *Inc.* Cum autem tunc (!) *Des.* generis suscitas. **Lect. III.** *Inc.* Sed celestis. *Des.* viveret carceravit. **Lect. IV.** *Inc.* In huius caverna. *Des.* sponsi celestis. **Lect. V.** *Inc.* Pro ipsius amore. *Des.* form. demonstraret. **Lect. VI.** *Inc.* Nam et regimen. *Des.* labor. obsequiis. **Lect. VII.** *Inc.* Ac si aēi. foret. *Des.* et coleret. **Lect. VIII.** *Inc.* Et in filiarum. *Des.* paup. erogavit. **Lect. IX.** *Inc.* Tantum denique *Des.* f. 384ra. compassus affectu.

F. 384ra Rubr.: *In translatione sancte Clare.* **Lect. I.** *Inc.* Admirabilis et venerabilis virgo Clara. *Des.* multiplici propinquabat. **Lect. II.** *Inc.* Vigore siquidem carnis. *Des.* in xpi servicio confortaret. **Lect. III.** *Inc.* Hora denique sui transitus. *Des.* talamus adornatur. **Lect. IV.** *Inc.* In crastino igitur. *Des.* ab incarn. xpi M°cc°liij°. **Lect. V.** *Inc.* Rumor incontinenti. *Des.* contingeret detrimentum. **Lect. VI.** *Inc.* Comovetur secunda. *Des.* traditum sepulture. **Lect. VII.** *Inc.* Responderunt vero viro. *Des.* nobili sermone cummendat. **Lect. VIII.** *Inc.* Circundant illico funus. *Des.* debito prepararent. **Lect. IX.** *Inc.* Factus proinde cursus. *Des.* f. 385va. superne (!) gratia introdicta (!) est. = Hae lectiones omnes desumptae fuere

(1) Corr. *paupertatis.* (2) Sic se habet: *pōlēns.*

ex legenda Thomae de Celano; ed. *Acta SS.* Aug. II, 754–67; Pennacchi, *Legenda sanctae Clarae,* Assisi 1910, n. 1–4, p. 4–7, pro die festi; n. 5–8, p. 8–13, pro I die octavae; n. 8–10, p. 13–15 pro II die. Hinc a II Lect. differunt Legenda et Lectiones. — Pro Off. Translationis, cf. ib. n. 39 sqq., p. 54, sed alius est textus MS. Post Offic. S. Clarae rubr.: *Deo gratias. amen. Huxor tua domine. Beatissima Clara. Sicut vitis abundas* (sic) *in lateribus domus tue. Et filie sue. In circuitu mense tue.*

F. 386v delineatio ut in fol. 381r. Rubr. 386va: *In vigilia assuntionis Beatissima domina nostra mater* (sic) *xpi.* Ib.rb Ant. ad Magn. *Virgo prudentissima.* Initialis illustratur effigie B. M. V. corona principali ornata. F. 387ra **C** Lect. I legitur: *chi con maria vora salire al celo.*

F. 391vb Rubr.: *In sancti ludovici episcopi et confessoris. ordinis fratrum minorum.* Ant. *Tecum fuit* etc. uti in aliis Breviariis coaevis, v. gr. *Cod. Riccard. Flor. 284,* quem in hoc AFH I, 440 descripsit R. P. Athan. López O. F. M. — Hymni quoque iidem sunt ut AFH I, 433; Chevalier, n. 21420, 4966, 21006, 10721. — Lectiones desumptae sunt ex Bulla Canonizationis: *Sol oriens* (Eubel, *Bull. Franc.,* V, 111-4; Wadding, an. 1317 n. 47). **Lect. I.** *Inc.* f. 392vb. Iohannes episcopus. **Lect. IX.** *Des.* f. 395ra: castigabat assidue. — F. 396ra infra octavam eiusdem ponitur unica lectio ex eadem Bulla. *Inc.* Seque frequenter manu sua. *Des.* f. 397ra hospitalia pauperum aliquotiens visitabat.

F. 397ra Rubr.: *In translatione eius omnia dicuntur ut supra.* **Lect. I.** *Inc.* Gloriosus dei confessor. *Des.* ferventissime caritatis. **Lect. II.** *Inc.* Ut esset cunctis fid. *Des.* feliciter consumare. **Lect. III.** *Inc.* Appropinquante igitur. *Des.* glorie magni Dei. **Lect. IV.** *Inc.* Facies eius post mortem pulchrior. *Des.* in munditia et puritate. **Lect. V.** *Inc.* Iuvenis quidem aetate. *Des.* merita congregaverit. **Lect. VI.** *Inc.* Non enim curandum. *Des.* viveret ordinavit. **Lect. VII.** *Inc.* Statim autem. *Des.* devote resonabat. **Lect. VIII.** *Inc.* Volens igitur domino (*sic*). *Des.* sunt exibita et concesa. **Lect. IX.** *Inc.* Et quam maius est omnibus. *Des.* f. 398va memoria celebratur. — Postea legitur rubr.: *xpo dolce amore sempre sia laudato che a sancto Ludovico tantta* (sic) *gratia a donato. amen. xps meus.*

F. 399va Rubr. *In sancti Lodovici confessor* (sic) *Rex francorum et tertio* (sic) *ordinis seraffici* (1) *Francisci patris nostri.* — Oratio aliquatenus differt: « Deus qui b. Lud. conf. tuum de terreno *ac temporali* regno ad caelestis *et aeterni* regni... filii tui *nos coeredes eficias et eiusdem regni tribuas* esse consortes. ». In **D** initiali legitur: *Ecce vere filius francisci et vere rex et pastor animarum plenu* (2) *humilitatis et karitatis.* Non habet Invitat. proprium. **Lect. I.** *Inc.* Beatus Ludovicus quondam rex francorum. *Des.* laudabiliter in nutrisque (sic). In litt. init. **B** legitur: *xps deus meus.* **Lect. II.** *Inc.* Cuius sanctitati congaudens. *Des.* iugiter abstinere. Initialis habet: *audite et sequanimi.* **Lect. III.** *Inc.* Sextam quoque de rosis *Des.* servire cogebat. **Lect. IV.** *Inc.* Multo enim tempore. *Des.* iugiter affligens. **Lect. V.** *Inc.* Omnium virtutum custos. *Des.* ferula ministrabat. **Lect. VI.** *Inc.* Semper enim. In **S**: *audite. Des.* ultramarinis rediit prima vice. **Lect. VII.** *Inc.* Postmodum vero ardore. In **P**: *caritas ar*[*dens*]. *Des.* loca sancta deseruit. **Lect. VIII.** *Inc.* Sed per v annos. In **S**: *xps meus. Des.* omnimodam vite pervenit. **Lect. IX.** *Inc.* Nullus enim enarrase. In **N**: *che est vestra caritates* (sic). *Des.* f. 400va. miraculis gloriosius ad laudem Domini nostri Iesu xpi amen. — Postea rubr.: *O pastor vero* (3) *et*

(1) Prius habuit *seraffícisi,* sed ipsa D. Catharina correxit.
(2) Corr. *plenus.* (3) Corr. *verus.*

octimo (1) *Ludovicus rex Francie. intercede pro me. amen.* Haec pagina 401v. illustratur delineatione sicuti f. 375v, 381v et 386v.

F. 401vb in Lect. II **C**[onsequenti] Offic. S. Augustini legitur: *augustinus meus.* — F. 403ra in festo Decollat. S. Iohannis litt. **H**[odie] ornatur effigie eiusdem Praecursoris; super Sancti caput: *xps te coronat.*

F. 405ra. in **F**[amulos] Orat. Nativitatis B. M. V.: *mater. xps* (!) Ib. b. **O**[sculetur] I Lect. illustratur imagine Puellae Mariae, simili illis Pueri Iesu. — F. 406ra. in **A**[dest] Lect. IV: *adiuva me.* — Ib. va. in **L**[iber] VII Lect.: *inicium eius scientie.* — F. 407ra rubr. *Secundo die. de cant. lect. I. vox ecclesie de xpo:* et nigre in **D**[um esset] *audite et gustate omnes* (2) *xps meus* (3) *sorores dilectissime.* Dividit tres lect. sub rubricis: *vox xpi, vox ecclesie.* — F. 408rb in **N**[ason] VII Lect. II diei: *xps filius marie.* — Ib. vb. sqq. tres primae lectiones III diei infra octav. Nativ. B. M. V. ex Cant. dividuntur sub his rubricis: *vox xpi, vox adversus hereses.* Capite nobis vulpes parvulas. = *vox ecclesie; vox ecclesie de gentibus.* In lectulo meo. = *Sinagoga de ecclesia.* Que est ista que ascendit. = *de xpo dicit.* Columnas fecit argenteas. — 410ra Lect. I. diei IV rubr.: *Ecclesia de xpo;* Egredimini et videte. — Ib. vb. in **C**[ausa] IV Lect.: *veritas est.* F. 411va Lect. I diei V rubr.: *Vox xpi,* Cipri cum mardo; in **C**: *adorate xps meus.* Rubr.: *Christus dicit:* Veni in hortum meum = *xps apostolos* (!) *dicit:* Comedite amici mei. = *Ecclesia dicit:* Vox dilecti mei pulsantis. = *Ecclesia de xpo dicit:* Dilectus meus misit manum suam per foramen. = *Vox sinagoge;* f. 412ra: Qualis est dilectus tuus ex dilecto. = *vox ecclesia de xpo.* Dilectus meus candidus. — In fine diei V rubr.: *deo gratias. amen. O maria mater domini, ora pro nobis. miseri. amen.*

F. 412rb **O** Orat. SS. Proti et Hyacinthi: *omnes sancti quanta passi sunt tor*[*menta*] — Ib. vb Ant. ad Magn. *O crux* in **O** legitur: *adorate* et in **D**[eus] Orat. *nos autem oportet gloriari.* — F. 415va in fine eiusd. Officii rubr.: *Leva* (4) *la mia mente a ti yhu dillecto. La tua crudele morte fame sentire. E fame stare* [vb] *teco unita. suxo lo lecto dunve per mi tu volisti morire. Aci* (sic) *che in veritate. Io posso* (5) *dire che la tua cruce mabia innebriata. Amen.* — Ib. in **B** Orat. SS. Cornelii et Cypriani; *exaudi me domine.* — F. 416ra in **P** Orat. SS. Luciae, Geminiani et Eugeniae: *omnes sancti quanta passi sunt;* et in **B** Orat. S. Matthaei Ev. f. 417rb: *vocavit me xps deus per gratiam suam.*

F. 419vb rubr. *In sancti Elzari confes. et tertio* (sic) *ordinis serafici francissi* (!) *patris nostri.* In **D** Orat. *Audite de vere filius francisce* (!) *sanctus elzerius* (!) **Lect. I.** *Inc.* Elzarius vir insignis. *Des.* altissimi laudaretur. **Lect. II.** *Inc.* Elzarius vir dei. *Des.* spiritus redigebat. **Lect. III.** *Inc.* Elzarius pudicitie. *Des.* fictilibus possidentes. **Lect. IV.** *Inc.* Elzarius cognoscens. *Des.* cerneret in leprosis. **Lect. V.** *Inc.* Elzarius vero iam. *Des.* derelinq. non preberet. **Lect. VI.** *Inc.* Elzarius quidem vir. *Des.* assumpsit agnoscebat. **Lect. VII.** *Inc.* Elzarius homo sanctus. *Des.* vel apicem preterire. **Lect. VIII.** *Inc.* Elzarius atlela. *Des.* se mostraret. **Lect. IX.** *Inc.* Elzarius ergo dum. *Des.* f. 421rb. migravit ad dom. nostrum.

F. 422rb in **D** Orat. S. Michaelis Arch. imago Pueri Iesu. — F. 425 (al. 424rb) in **D** Orat. S. Hieronymi huius effigies valde pulchra; barbam habet, et in capite capellum similem cardinalitio. Oratio omnino differt a moderna quae nunc recitatur sic enim se habet: *Deus qui nobis per*

(1) Corr. *optimus.* (2) Corr. litura cooperuit verbum *omnes;* nescio quid eius loco dicere voluerit. (3) Corr. *xpm meum.* (4) Corr. *Levo.* (5) Corr. *posso.*

b. Jeron. confes. tuum scriptore sancte veritate (sic) *et mistica sacramenta revelare dignatus est, presta quesumus ut cuius natalicia colimus eius semper erudiamur doctrinis et meritis adiuvemur.* — In fine Officii f. 426ra rubr. *O çi* [rb] *ronimo. bon doctore per mi preya al tuo factore. amen.*

F. 426ra Rubr.: *In vigilia sancti francisci patris nostri. ad vesp. ant. Franciscus vir cath.* etc. uti nunc. Stropha IV hymni ad I Vesp. uti ap. Felder, 109; AFH IV, 357 (*votum, deseruit*). — F. 427r illustratur delineatione eleganti floribus ornata uti f. 401v et litt. **D** Orat. ornatur imagine S. Francisci. Hic non notata sunt uti in hod. Brev. Rom. Seraph. Ant. I. ad Mat. et aliae. *Hic vir* etc. ut ap. Felder, 111 sq. — F. 427vb. *Incipit vita beatissimi patris nostri serafici et primo de conversione eius ferventissima.* = Lectiones desumptae sunt ex *Leg. Minore* S. Bonaventurae, sed in plures et breviores divisae; **Lect. I.** *Inc.* Apparuit. Initialis est elegantissima: in ea legitur: *Sanctus franciscus pater meus ego vidi illum bis. Deus scit quia non mentior.* Pag. ornatur solito delineamento. **Lect. IX.** *Des.* f. 430ra. tota destruitur, uti AFH IV, 357. *Leg. Min.* c. 1, l. 1-5. — S. Bonav. *Opera,* VIII, 565-79; ed. sep. *Leg. duae,* 219-222. = Resp. II uti Felder, 112: *sua vendit.* Hymni ad Laud. III stropha, ut Felder, 122 et AFH IV, 357. — F. 431ra in **D** hymni *Decus morum* scripsit: *franciscus pater meus.* (var. *bravium,* str. I l. 2 uti Felder, 123).

F. 431vb Rubr.: *Secundo die de institutione religionis. et de ficatia* (sic) *predicandi.* **Lect. I.** *Inc.* Eccles. itaque. In **E** legitur: *audite omnes mirabilia.* **Lectio IX.** *Des.* f. 433ra. conaretur afferre [sic, pro *auferre*]; alias variantes notare inutile est. Rubrica uti et in aliis diebus octavae titulus est partis resp. *Leg. Min.*, e qua pro die II sumuntur C. II, lect. 1-5 (p. 326-30). Istas Rubr. omisimus.

F. 433rb (Pro die III Octavae) **Lect. I.** *Inc.* Insignis. **Lect. IX.** *Des.* humil. pareret. (*Leg.* 234-37). = Die IV **Lect. I.** *Inc.* Sentiens. In **S**: *hic est vere sectator xpi.* **Lect. IX.** *Des.* hum. obedivit. (*Leg.* 241-6). = Die V **Lect. I.** *Inc.* Aderat. In **A**: *videte mirabilia dei.* Rubr.: *o quam sacratos annulos dedit te xps. meos* (sic). **Lect. IX.** *Des.* (!) agent. illis cessaverunt. (*Leg.* 249-53 l. 8). = Die VI. **Lect. I.** *Inc.* Fidelis. In **F** scripsit: *Audite comodo* (!) *xps desponsavit pater meus* (!). **Lect. IX.** *Des.* dig. Dei vivi. (*Leg.* 256-9). = Die VII **Lect. I.** *Inc.* Christo igitur. **Lect. IX.** *Des.* f. 440va. feliciter requievit. (*Leg.* 263-7).

Ib. va Rubr.: *In translatione eius omnia fiant sicut in natali eiusdem preter lectiones que leguntur de translacione eius.* Postea aliae Rubr. iuxta tempus, quo occurrerit translatio « ante Pentecosten » vel « in vigilia ascensionis » vel « in octava ascensionis ». — Ib. vb **Lect. I.** *Inc.* Franciscus igitur. **Lect. IX.** *Des.* f. 443ra. Kal. iunii translatum est. — Desumptae ex *Leg. Mai.* c. 15, n. 1-8 l. 5 (l. c. 155-160).

F. 443ra Rubr.: *In festo sanctorum stigmatum eius* (sic) *patris nostri beati francissi* (!) *quod celebratur die tertia post exaltationis sancte crucis scilicet xvij° septembris.* = Ant. ad Vesp. et Laud. *Crucis Christi* ut in nostro Breviario. Hymnus: *Crucis Christi mons Alv.* Chevalier, n. 3993. in **C**: *xps meus fecit hec.* Stropha V pro « lumen Patris et splendorem » habet *seculorum imperatorem* VI « vicinis *videntibus... ornandis* stigm. ». Ad Magn. Ant. *Celorum candor* uti ap. Felder, 124. Orat.: « Deus qui mira crucis ». Rubr. *Ad matutinum omnia dicitur in nalia* (sic) *festa excepto leciones* (!) *que dicitur* (sic) *de stigmatibus scilicet fidelis revera* (1) *et octavo*

(1) Scripsit *rera* pro *revera.*

Resp. dicitur: Mihi [vb] *autem... mundus, Vers.: Ego enim stigm... porto.* = In principio f. 433 vb. vix pulchra imago D. Francisci sacra recipientis Stigmata. = Hymnus ad Matut.: *Crucis* (1) *alma* [sic pro *arma*] *fulgentia audit* (!) Chevalier, n. 3992 Alias var. omittimus. = Fig. I. = Immediate post Ant. ad Magn. in II Vesp. sic prosequitur: *salubris xpi passio nostris insit memorie impresaque precordiis. lacrimas det cum gaudio. amen.* Postea Rubr.: *Orat. ut supra. Ora pro me. Beatissimo pater. vere sectator. xps meus.* Ib.va Rubr.: *Alia orat. de B. Francisco. Omnipot. semp. Deus qui refrigescente...* Post haec dimidia col. vacat.

F. 448 v ornatur delineatione in 4 coloribus. Ib.va Cap. ad Vesp. Omnium Sanctorum in **E**[cce] legitur: *audite et estote parate omnes Sorores ad futurum iuditium quia prope est. verum est.* et in **O** Orat. est imago monialis, forsitan S. Clarae. — F. 454ra vitis depicta ut f. 64.

F. 456va col. I. Rubr: *In sancte helixabeth. Orat. Tuorum deus.* = **Lect. I.** *Inc.* B. helisabeth tam progenie. *Des.* minist. assignavit. **Lect. II.** *Inc.* Quid plura: considerans. *Des.* palparet. **Lect. III.** *Inc.* Quidem vid. *Des.* confinium diceretur. **Lect. IV.** *Inc.* Unumquodque pro. In **U** legitur: *caritas vestra. Des.* et diceret. **Lect. V.** *Inc.* O filia mea. *Des.* fel. terminasse. **Lect. VI.** *Inc.* Ceterum quadam die. In **D**: *audi exemplum sanctum . Des.* sibi respondit. **Lect. VII.** *Inc.* Cui beata dei fam. In **C**: *audite gratia* (!) *xpi. Des.* paup. consolare. **Lect. VIII.** *Inc.* Venit ad quemdam. In **V**: *audi et vi*[*de*]. *Des.* acqu. iuraverunt. **Lect. IX.** *Inc.* Quid igitur in **Q**: *mater pauperum. Des.* f. 458ra incol. atque sanus. Rubr.: *deo gratias.*

F. 458ra Rubr.: *In sancte Cecilie nobilissima virgo et Martir.* Pag. ornatur delineatione consueta et **C** initialis imagine S. Ceciliae. In **Q**[uidem] Lect. II. legitur: *O beata cecilia virgo*, infra in **T**[unc] *audite sorores dilec.* in **D**[icens] IX: *audite sorores.* Post Off. rubr.: *deo gratias. O sponsa xpi fidelissima. et virgo prudentissima. ora pro nobis deus* (sic) *qui te donavit vitoriam* (sic) *amen.* — Haec pag. scil. 461 v. ornatur sicut et 458. — F. 463vb rubr.: *Ora pro me pontificem magnum et martirem* (sic) *clemens pastor bone. amen.* — F. 464vb in fine fest. S. Chrysogoni, rubr.: *deo gratias. chi non vora andare con xpo per la via triboloxa. non pora* (sic) *cum lui goldere. nela patria gaudiosa. verum est.* — Ib. Rubr.: *In sancta caterina. virgo et martir nobelissima* (!) *sponsa xpi;* f. 465ra in **D** Orat. imago D. Catharinae virg. — et mart. diademate coronatae. — Pagina ornatur delineatione consueta et in margine foliis rubeis viridisque decoratur. Ad Lect. I scripsit: *O beatisima sponsa xpi;* ad Lect. II: *audite gratiam domini;* ad Lect. VI: *caterina;* ad Lect. VII: *caterina sancta;* ad Lect. VIII *caterina;* ad Lect. IX: *Caterina sponsa xpi;* in fine Officii rubr.: *O Caterina. virgo prudentissima et martira* (2) *fidelissima ora* (3) *pro me. sponsa xpi felicissima.·. deo gratias amen. xps. meus. xps.* = Fig. II.

F. 467 rb. in **T**[empore] Lect. I. S. Ignatii mr. *qui vult venire post me sequatur iste* (!) In fine Offic. f. 469va rubr.: *Tu autem Beatissimus Ignatius. vere discipulus xpi. intercede pro me. Amen. Deo gratias. xps meus xps meus xps. pro cuius amore* **ego. S. ch** (4) **explevi libri iste** (5) *in monasterio sacratissimi corporis xpi sub regula. virginis. preclarissima clara* (6) *humilis ancil* [vb] *la* (7) *xpi et vera discipula et filia* (8) *serafici*

(1) Prius scripsit *xpi* sed postea expunxit. (2) Corr. expunxit *a*.
(3) Potius *o'ra* legitur, sed Corr. fecit *ora*. (4) Corr. fecit *ch*ª id erit Soror Catherina. (5) Corr. *librum istum*. (6) Corr. *preclarissimae Clarae*.
(7) Corr. *ancillae*. (8) Corr. *verae discipulae et filiae*.




FIG. I. — **Breviarii MS. S. Catharinae Bonon. fol. 443 v.** (cf. p. 746).




FIG. II. — **Eiusdem Breviarii MS. fol. 465 r.** (cf. p. 746).

francisci. patris nostri. **M°.cccc°.lij°.xi. die mensis Iunij** *in die sancte* (1) *Barnabe apostoli. Laus tibi domine yhu. xpe pastor bonne.·. amen.*

G) Commune Sanctorum incipit f. 470r quod, ut ipsamet S. Catharina confitetur, non fuit ab ea scriptum. Est tamen eiusdem saeculi XV, et multae initiales sunt a B. Catharina illustratae, vel aliquibus verbis uti: *sursum corda; xps, maria; mater xpi* etc. repletae; f. 501v terminatur Benedictione Mensae.

F. 502ra Rubr. *Incipit officium transfigurationis domini nostri yu xpi. Institutum de novo per sanctissimum dominum nostrum Calixtum papam tercium* (2) *sollepnis duplicis festinatione festinandum.* Cf. *Cod.* 284 *Bib. Ricc.* AFH I, 439, 7. — Ad Vesp. sola Ant. *Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem...* Psalmi sunt 112, 116, 145, 146, 147. Capit. uti modo; tunc statim rubr. *Resp. Dum orare* (sic) *facta est species vultus eius altera. et vestitus eius albus refulgens. et duo viri loquebantur cum illo. Moises et helias visi. In maiestate. Vers.: Dicebant autem excessum eius quem completurus erat in ierusalem. Moises. Vers.: Gloria patri* etc. *Vers. In maiestate.* Hymnus: *Gaude mater pietatis.* Chevalier, n. 6876.

Invit. *Summum regem glorie xpm adoremus pro dono gratie eius iubilemus.* Hym. *Exultet laudibus sacrata concio,* Chevalier, n. 5872. Sex primae Lect. homil. XII Origenis *De vultu glorif. Moys.* **Lect. I.** *Inc.* fol. **503ra.** Presentis solepnitatis misterium. **Lect. VI.** *Des.* 505rb spiritum que obtexerat revelantur. Lect. III. Noct. eadem ac nunc S. Ioh. Chrysostomi. — F. 507ra Hymnus ad Laud. *Novum sidus exoritur,* Chevalier, n. 12374. — Finitur vero Breviarium ib.va. Ant. ad Magn., *Et audientes discipuli... nolite timere alleluia.*

Postea f. 508-512r eadem manus saec. XVII f. 1 et 2 scripsit: *Repertorium Dictorum Notabilium huius Smi Breviarii.* Est descriptio eiusdem italice compendiosa. Foll. scripta sunt lineis plenis. — F. 513r eadem manu: † *Seguono da basso, le regole di trovare la Pascha di Resurretione, secondo però le Vecchie regole scritte di propria mano della presente* Bma CATTHERINA DE' VIGRI DA BOLOGNA. — F. 513v et 514r vacant; va Inc.: *1456 erit pascha 28 Martii.* Des. f. 515rb: *1576 erit pascha 22 aprilis. deo gratias amen.* Hinc colligitur, haec folia ultima scripta fuisse probabiliter anno 1455, quia incipit ab anno 1456. — F. 515v. *Tabula pascalis sempiterna.* Des. f. 517va: *numerus mutabitur cum rota;* col. b. vacat sicut et ultima pars col. a. — A f. 515v usque 517 omnia scripta sunt rubro attramento. — In fine legitur nigro « *xps* » et haec rubr.: *Nota quod iste sunt cinque cento e dexasete carte.* Ultimum verbum *carte* colore nigro et ab alia manu posteriore scriptum est.

P. LUCIUS Ma NUNEZ, O. F. M.

(1) Corr. *sancti.* (2) Corr. *tertium.*

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 1303 chart. 290×205 ff. 82, ex quibus ff. 52 et 76-82 sunt vacua, saec. XV, ligneis tabulis ligatus et in dorso pelle. Inter alia habetur:

f. 50 v. [Sententia Fr. **Iacobo Tudertino** attributa].

Rubr. « Iacopone beato ».

« Chi vuole bene amare   tengasi vile,
madonna vilta   si vuol ben seghuire;
piacere et dispiacere   sia aguaglato:
e questo e lo stato   di chi vuol bene amare.
Chi vuole trovare   ahumili il suo chriare ».

Cod. n. 1304 chart. mill. 290×220 ff. 130, saec. XV exaratus partim lineis plenis (1r-111r) partim binis columnis (113r-130r). In corpore codicis nonnulla folia vacua iacent. Ligatura membr. in dorso hanc profert superscriptionem: *Volgarizzamento | dei | Vangeli | Fior di | Virtu | & | Sec. XIV e XV.* Litterae initiales et tituli rubeo exhibentur colore. Adest notanda:

f. 123 r-127 r. [**Proverbia** Fratris **Iacobi Tudertini**].

Rubr. « Proverbi di frate Giacopone di Todi ». *Inc.* « Pero che luom domanda decti con brevitate ». *Des.* « dove tutta letitia con visione plena. Finis ». = Tenneroni, *Misc. franc.*, I, 118; *Inizii*, 212. = Cf. **Cod. n. 1290.**

Cod. n. 1310 (P. I. 35) chart. mill. 295×205 ff. 175 saec. XV binis columnis exaratus. In principio duo inveniuntur folia insitic. in quorum primo legitur: *Parafrasi de' Dialoghi di S. Gregorio di Fra Gio. Campoli di Messina dell'ordine de' Minori a Eleonora Reg.ª di Sicilia.* Tituli et litterae initiales rubricatae. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle.

f. 1r–175v. [Dialogorum S. Gregorii vérsio italica auct. Fr. **Iohanne Campoli Messinensi** O. F. M.].

f. 1r. *Rubr.* « Al nome di Dio Amen. Incomincia il libro che si chiama il dyalogho. Questa opera si e facta per mano di frate *Giovanne Campoli di Messina* dell'ordine de frati Minori ad istantia et devotione di nostra Segniora madonna Alionora regina di Sici-

(1) Cf. AFH I, 116-25; 433-42; II, 123-30; 319-24; 480-4; III, 333-40; 551-58; 739-48; IV, 360-65.

glia. Si che ogna persona che leggera nella dicta opera prieghi iddio per lei devotamente et per lo nostro Segniore il Re Fridericho suo marito et anche per tucta loro herede ». *Inc.* « Lo intendimento di questa opera .... che sostengono ». Fol. 2 r.: « Quadam die. La intenzione di questo prologho e che richonta santo Gregorio ». *Des.* f. 175 v. « le pene che so nel inferno vedendo questi luochi si ...». = In fine mutilus est et desinit in cap. XXXV lib. IV, sequunturque plurima folia vacua insitic.

Cod. n. 1312 chart. mill. 295×220 ff. 151 saec. XV exaratus binis columnis. Quatuor inveniuntur folia vacua in principio sexque ad calcem. Continet:

1 f. 1 r-116 v. [Tractat. de **VII donis Spiritus S.**].

Tit. « Questo sie i libro de sette dony dello Spirito Santo della schala per la quale si vae chi vole vedere lo giardino dello sposo Ihu. ». *Inc.* « Molti sono che sanno e chonoschono molte cose ». *Des.* « se non che dicea ongni sera una Ave Maria ello demonio stete cho llui quatordici annj ».

2. f. 117 r-137 r. [Fragmentum **Floreti** S. Francisci].

Inc. « In questa parte vedremo con divota consideratione delle gloriose stimate del beato padre nostro meser santo Franciescho le quali et ricevette da Xpo in sul monte santo della Vernia ». *Des.* « delle sue ystigmate gloriose noy meritiamo dessere salvati in paradiso. A laude di Xpo crocifixo e della sua gloriosa madre virgine Maria. Amen ». = *Consid. de stigmat.* Passerini, p. 144 sqq. Cf. **Cod. n. 1278.**

3. f. 144-148. « *Rubr.* Risposta che fece Dante Aleghieri quando apostoli per uno inquisitore maestro in t[e]ologia nelle parti o vero città di Ravenna, dicendogli ch'era aretiicho; nelle quali dimostra esser vero cristiano ». *Inc.* « Io scrissi gia d'amor più volte in rima ». *Des.* « che paradiso al nostro fin ci doni ». Cf. la *Preghiera di Dante,* ed. A. Razzolini, Prato 1907, p. 13-45, ubi hoc poema Danti attributum quodque *Credo,* decem praecepta decalogi, Pater noster etc. continet, editur ex Cod. 1011 ipsius Bibliothecae Riccardianae, in quo illud, quod hic anonymo inquisitori tribuitur, Fratribus Minoribus explicite est relatum; cf. p. 9-11.

Cod. n. 1333 chart. mill. 290×210 ff. 140 saec. XV exaratus cum initialibus et titulis rubeis. Ligatus in pelle. In principio duo folia membr. insitic. aliaque duo ad calcem. Continet *De sacramento altaris* opus autographum domini Antonii Baldovini de Baldovinis a secretis S. Antonini episc. Florentini (cf. Morpurgo, op. cit. 392 s.), multa praebens ad argumentum exempla et sanctorum vitas. Pro re nostra inseruntur:

1. f. 3 r. In tabula: « Di duo fratri di sancto Francesco che feceno pacto d'aparire l'uno all'altro dopo la morte, et come dopo le messe decte per l'uno che era morto a pari all'altro dicendo andarne al cielo, cap. XV ». *Inc.* f. 302. « Sempre e a actendere a ben vivere per bene morire ». *Des.* f. 30 r: « ringraciandolo e notificandogli che n'andava al cielo ».

2. f. 116 v-133 r. [Vita **B. Humilianae de Cerchiis** III Ord. S. Francisci].

Rubr. « Seguita la vita doctrina et miracoli di Sancta Humiliana... ». *Inc.* « E stata sempre antica consuetudine ». *Des.* « Scripti che di lei si legono ». Vita currit a cap. 125 usque ad cap. 148.

3. f. 133r–138v. [Vita **B. Ioannae a Signa** III Ord. S. Francisci].

Rubr. « Della beata Giovanna da Signa... ». *Inc.* « Sotto el presente libro dell'excellente Sagramento dello altare ma paruto dovere scrivere la piatosa memoria della serva di Dio Giovanna nata del Castello di Signia, contado et vescovado di Firenze ». *Des.* « trovosi libero gratie rendendo a Dio et alla beata Giovanna: el quale dipoi mentre visse adempie el suo voto ». Continetur capp. 149–161.

Cod. n. 1338 chart. mill. 290×205 ff. 109 saec. XV exaratus cum titulis et litteris initialibus rubricatis et parumper ornatis coloribus rubeo et caeruleo. In principio quatuor sunt folia vacua, quorum ultimum indicem contentorum prodit. Ligatura recentior. In dorso legitur: *Prose | sacre | e | morali | Sec. XV.* Continet inter plura

f. 4v-19r. [Dicta B. **Aegidii Ass.** italice].

Rubr. « Tavola di questo libretto.

1. De vizi e delle virtudi a charte I. — 2. Della fede a charte II. — 3. Della humilta a charte V. — 4. Del santo timore di Dio a charte VIII. — 5. Della pazienzia a charte X. — 6. Dellorazione a charte XV. — 7. Del dispregiamento del mondo a charte XVIIII°. — 8. Della chastita a charte XXI. — 9. Delle tentazioni a charte XXIII. — 10. Della penitenzia a charte XXXVIIII°. — 11. Della santa orazione a charte XXXI. — 12. Della santa chautela a charte XXXVII. — 13. De predichoto[ri] utili e inutili XL. — 14. Del ben parlare e del male a charte. — 15. Della buona perseveranza a charte. — 16. Della vera religione a charte. — 17. Della santa ubidienza a charte. — 18. Della memoria della morte a charte ».

Rubr. « Finita la tavola di questo libretto. — Chomincano alquanti detti di frate Hegidio, terzo chompagno di santo Francieschо. De vizii et delle virtudi chapitol. » *Inc.* « La grazia di Dio e le virtudi ». *Des.* « et grande honore et lunga vita etternale, dicho in quella perpetua grolia etternale alla quale ci chonducha esso buono iddio signiore et Re nostro Gieso cristo. Al quale sia grolia per infinita sechula sechulorum Amen ». *Rubr.* « Finiti sono alquanti detti di frate Hegidio, il quale fu il terzo chompagno di santo Francieschо. Deo gratias, amen ». = Cf. **Cod. n. 1290.**

Cod. n. 1340 chart. mill. 295×215 ff. 88, saec. XV rubricis et litteris initialibus colore pictis exaratus. Duo folia in principio et duo in fine habet pro custodia. Notanda:

f. 88r. Possessor codicis « Girolamo di Piero di Chardinale Rucellai da Firenze » haec addidit: « Sancto Francesco fu da Scesi figliuolo di Pietro Bernardoni. Nacque l'anno 1181; fessi frate l'anno 1206, avea anni venticinque; ricevette le stimate adi decessette de settembre 1224; mori sabato adi quatro (!) d'ottobre 1226; fu seppellito adi cinque d'ottobre 1226; fu canonizzato du anni dopo la sua morte, cioe nelli 1228; fesce penitenzia anni venti. Del quale dice Dante: Nel duro sasso.... portarno ». *Div. Com.* III, c. XI, 106–8.

Cod. n. 1341 chart. mill. 300×220 ff. 75 saec. XV cum titulis et litteris initialibus rubeis scriptus. In principio et ad calcem nonnulla inveniuntur folia insitic. membr. Continet inter alia

f. 21v-64v. [**Meditationes** vitae D. N. Iesu Christi].

Rubr. « Della legienda di Santa Cecilia vergine ». *Inc.* « Intra laltre grandissime virtude ». *Des.* « del quale noi parliamo singnore

nostro Giesu Xpo, lo quale e benedetto et da laudare sopra tutte le cose per mai sempre in secula seculorum amen, amen, amen ». *Rubr.* « Finito il libro della vita del singniore Giesu Xpo. Deo gratias Amen. Amen. Qui scrissi scribat sempre con Domino vivat amen. In paradixo». = Cf. **Cod. n. 1052;** AFH III, 744.

Cod. n. 1348 membr. mill. 275×200, ff. 60 binis columnis exaratus exeunte saec. XIV, litteris initialibus caeruleo et rubeo colore depictis et ornatis. Duo folia habet in principio et duo ad finem pro custodia, tabulisque ligneis ligatur et in dorso pelle. Continet

f. 1–59r. [**Meditationes** vitae D. N. Iesu Christi].

Rubr. « Incomincia il prologo nelle meditazioni de la vita di Gesu Xpo ». *Inc.* « Intra laltre grandi vertudi ». *Des.* « Del quale noi parliamo signore nostro Gesu Xpo, lo quale e benedetto e da laudare sopra tutte le cose per mai sempre in secula seculorum amen. Qui finisce il libro de le meditationi de la vita Gesu Xpo. Amen ». = Cf. ut supra **Cod. 1341.**

Cod. n. 1353 (P. II. 22) chart. mill. 270×200 ff. 167 saec. XV prope finem, binis columnis exaratus cum titulis rubeis. In principio necnon ad calcem plurima folia insiticia inveniuntur. Codex in principio et fine mutilus est tabulisque ligneis ligatus et in dorso pelle. In primo folio insitic. legitur: *Prediche di S. Bernardino da Siena.* Continet

[Sermones **S. Bernardini Senensis**].

Inc. « . . . . . rita. Prima muove Iddio la volonta l'operatione ». In f. 102v. *Rubr.*: « Finiscono qui quaranta prediche del glorioso santo Bernardino, el quale fu frate dell'ordine di Santo Franceschо, fondatore de l'ordine de frati Minori. Finito il primo libro delle sopradette Prediche rendiamo gratie a Dio e alla gloriosa Vergine Maria. Amen. Christo ch'a dato a questo libro fine, donaci gratia di far buono fine e far nel mondo tal vita ci faccia che sempre in cielo veggiam la tua faccia. Laus Deo. Amen. Manus scriptoris salvetur omnibus horis. Pro me Deum ora, o lector, sine mora ». In fol. 103r. *Rubr.* « *Di vigesimo quarto Quadragesima. In nomine patris et filii* ». *Inc.* « Quoniam audivi vituperationem ». *Des.* « cum sermone: *Die paschali de resurrectione Dni nostri Ihesu Xpi. Domenica* . . . . del nome di Ihesu che manno fatto studia . . . . ».

Cod. n. 1354 (Q. I. 4) chart. mill. 285×220 ff. 95, cum titulis rubricatis in *Legenda S. Francisci,* saec. XIV prope finem, exaratus binis columnis. In opusculo de Vita D. N. I. C. adsunt picturae magni valoris. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet inscriptionem: *Legende | e altri | cose sacre | Cod. cart. | sec. XIV | sul fine.* Inter alia adest

f. 64r-95v. [**Legenda S. Francisci** italice].

Inc. « . . . . der sua potençia ello modo di bene trattare altrui ella largheçça ». Fol. 64v. *Rubr.* « *Della sua perfetta chonversatione de tre chose.* In percio che llo servo di Dio ». *Des.* « per cio ch'aveva fighura di crocie ». = In principio *Legenda* mutila invenitur; est S. Bonaventurae *Leg. Maior,* c. 2sqq. Cf. **Cod. n. 1287.**

Cod. n. 1357 (P. III. 4) chart. mill. 295×220 ff. 248 saec. XV exaratus cum titulis rubricatis, partim lineis plenis (1r-74r) partim binis columnis (74v-248v). In principio adest folium membr. quod indicem tractatuum continet. Ligatura recentior in dorso hanc exhibet

inscriptionem: *Meditazioni | della vita di G. C. | Etica e Fisognomia | d'Aristotile | Natura degli Animali | &c. | Sec. XV.* Notandae sunt:

f. 1r–43r. [Meditationes vitae D. N. I. Christi].

Rubr. « Qui incomincia il prolago delle meditazioni del nostro signiore Giesu Xsto Salvatore ». *Inc.* « Intra laltre grandi virtu che ssi leghono di santa Cicilia ». *Des.* « in fino al lora di terza il di della Penthichosta... in percio che non ciessarono giammai di laudare in secula sechulorum, amen. Finito il libro della vita di Xsto. Deo gratias amen ». = Cf. **Cod. n. 1052** (AFH III, 744) et **n. 1273.**

Cod. n. 1358 (P. III. 6) chart. mill. 300×220 ff. 95 saec. XV binis columnis exaratus cum titulis et initialibus rubeis. Ligatura recentior in dorso hanc profert inscriptionem: *Meditazioni | della | vita di G. C. | Leggende varie | Barlaam | e Giosafat | &c. | Sec. XV.* Mutilus in principio. Notandae habentur:

f. 1r–41v. [Meditationes vitae D. N. Iesu Christi].

Inc. « . . . . modi secondo che nnoi crediamo ». *Des.* « sopra tucte le cose per mai sempre in secula seculorum. Finito il libro Passio Domini nostri Gesu Xpi. Deo gratias amen ». *Rubr.* « Qui scripsit scribat semper cum domino vivat, vivat in celis Ser Bonus in nomine felix » = In principio tria adsunt folia insitic. in quorum secundo legitur inter alia: « Le meditazioni della vita di Gesu Cristo sono le medesime di quelle che furono pubblicate dal Donadelli, Milano MDCCCXXIII. . . ». = Cf. **Cod. n. 1357.**

Cod. n. 1375 chart. mill. 275×210 ff. 79 saec. XV exaratus. Ligatura recentior. Tituli rubeo scripti. Continetur ibi inter alia:

f. 58r–79 **[Expositio quatuor virtutum Cardinalium Fr. Ioannis Guallensis].**

Rubr. « Expositioni sopra le quatro virtu ». *Inc.* « Si come la misericordia et verita guardano ». *Des.* « che io porto nel mio petto. Expliciunt expositiones super quactuor virtutibus tractis de Massimo Valerio et aliorum dictorum (!) phylosophorum amen. Qui scripsit scribat semper cum Domino vivat, vivat in celis cum Domino felix. Scriptum et completum fuit hoc opusculum anno Domini et MCCCCXXIII die XVIIII mensis Iulii ». = Sbaralea, 426. Cf. **Cod. n. 1105** (AFH III, 744) et **n. 1232.**

Cod. n. 1377 chart. mill. 280×200 ff. 61, saec. XV cum titulis rubricatis exaratus. In principio quatuor folia vacua et tria ad calcem. Ligatura membranacea et in dorso hanc profert inscriptionem: *Meditaz.: | della | vita | di | G. C. | Sec. XV.* Continet:

[Meditationes vitae D. N. I. Christi].

In fol. 1rv *Rubr.* « Tavola di questo libro ». — In fol. 2r: *Rubr.* « Vita di Ihesu Xpo. Incominciasy il prolagho delle meditazioni della vita di Ihesu Xpo. Rubricha prima ». *Inc.* « Intra laltre virtudi che ssi leghono ». *Des.* fol. 61r del quale noi parliamo singnore nostro Ihesu Xpo lo quale e benedetto e da llaudare sopra tutte le chose.. ». *Rubr.* « Finito il libro della meditazione del nostro signiore Ihesu Xpo sopra la vita sua. A lui sia gloria e llaude per infinita sechula sechulorum amen. Qui scripsit scribam (*sic*) senpre chum domino vivat amen. MCCCCXLVI die XXVIIII° mensis mayy. Deo gratias ». — Cf. **Codd. n. 1357, 1358** etc.

Cod. n. 1378 (P. III. 2) chart. mill. 305×230 ff. 95 saec. XV exaratus binis columnis. In principio et ad calcem adest folium pro custodia. Ligatura membr. in dorso sequentem exhibet inscriptionem: *Meditazioni | della | Vita di G. C. | S. Agostino | Soliloquio | &c. Sec. XV.* In principio post folium custodiae aliud invenitur non num. in quo legitur: « Il cominciamento di questo libro si legge così: Qui chomincia lo prolagho nelle meditazioni della vita di Christo chomposto per frate Iachopo dell' ordine de Frati Minori traslato di Gramaticha in volghare ».

f. 1r–63v. [**Meditationes** vitae D. N. I. C. **Fratri Iacobo** O. F. M. assignatae].

Intr. « Qui chomincia lo prolagho nelle medichazioni (!)... in volghare ». *Inc.* « Ciascuna persona di questo mondo terreno ». *Des.* « noi parliamo signore nostro Gesù Xpo lo quale benedetto e sempre è da laudare sopra tutte le chose per mai sempre per infinita sechula sechulorum amen. Deo gratias. Finito libro referam gratias Christo. Qui scrisit (!) scribat, senper chum domino vivat ». = Cf. Sbaral. 729 (369) s. v. Iacobus Florentinus.

Cod. n. 1382 (N. IV. 30) chart. mill. 280×220 ff. 167, saec. XV binis columnis cum titulis et initialibus rubeis et quandoque caeruleis ornatis. In principio et fine folium pro custodia. In fol. 2r. index contentorum profertur, inter quae inveniuntur notanda:

1. f. 103r–104v. [Compositio poetica **Fr. Iacobo Tudertino** saepe tributa].

Inc. « Udite matta paççia ». *Des.* « Sanami di tale paççia ». = Tenneroni, *Inizii,* 253.

2. f. 110r–130r. [**De quatuor virtutibus Cardinalibus auct. Fr. Ioanne Guallensi**].

Rubr. « Expositioni sopra le IIII° virtudi extratte del Massimo Valerio e degli antichi detti de filosofi etc. chomposto per frate Ghaligho ». *Inc.* « Si chome la miserichordia et verita ». *Des.* « et nome en parte chome possa chadere ». = Cf. **Cod. n. 1375.**

Cod. n. 1387 chart. mill. 295×215 ff. 132 binis columnis saec. XV exaratus cum titulis rubricatis. Tabulis ligneis ligatus pelle coopertis. Ad calcem folium membr. adest pro custodia in quo legitur: *Questo libro e di Suor Vrsina da Crema monacha nel munistero di San Francesco di Firenze.* Continet:

1. [**Flores sermonum Fr. Ioannis a Septimo Pisano**].

Rubr. « Fioretti ritratti di prediche di frate *Giovanni da Settimo da Pisa* dell' ordine *de fra Mynory.* De Mercatanti ». *Inc.* « Omnia iudicia eius in chonspecto (!) meo et iustitia eius..... ab iniquitate mea. Ps. Ogni persona di qualunque condizione ». *Des.* f. 118v. « e con buona intentione di confesarsi ». = In eodem folio incipit tractatus latine scriptus in quo agitur de diversis. Nomen auctoris non indicatur. In plurimos articulos est divisus ». *Inc.* rubr. litt.: « *De contritione.* Sciendum est quod vera contritio. . . . *De confessione.* Confessio est legittima. — *De satisfactione.* — *De poenitentia* ». etc. etc.

Inter huius tractatus articulos nonnulli inveniuntur qui continent, etsi absque indicatione:

2. [Dicta aurea B. Fr. **Aegidii** Assisiensis].

Rubr. « *De gratia Dei* ». *Inc.* « Gratia Dei et virtutes ». [c. 1]. *Rubr.* « *De humilitate et timore* ». *Inc.* « Nemo potest ». [c. 4]. f. 123 r. *Rubr.* « *De patientia* ». *Inc.* « Qui patienter sust. »: [c. 6]. f. 125 v. *Rubr.* « *De otiositate et sollicitudine spirituali* ». *Inc.* « Otiosus admittit ». [c. 7]. f. 126 r. *Rubr.* « *De tentationibus, de non contendendo, de non iudicando* ». *Inc.* « Gratia magna ». [c. 10]. f. 128 r. *Rubr.* « *De contemptu mundi, et quod non sit ingratus* ». *Inc.* « Ve homini ». [c. 8]. f. 128 v. *Rubr.* « *De perseverantia, de familiaritate spirituali et de dilectione proximi* ». *Inc.* « Quid prodest ». [c. 18]. = Codex des. f. 131 r a: « infiniti ad infinitum nulla est proportio. Deo gratias amen. Semper sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc et usque in seculum. Laus Deo. Finis ». Fol. 132 vacat = Adiecimus [ ] capitula editionis Ad Cl. Aq. 1905. Cf. **Cod. n. 1290.**

Cod. n. 1398 membr. mill. 280×210 ff. 69 saec. XV cum titulis et litteris initialibus rubricatis et quandoque rubeis et caeruleis. Ligatura membr. recentior cum duobus foliis in principio et duobus ad calcem. In dorso legitur: *Vita | di | S. Francesco | Sec. XV.*

f. 1r–59v. [**Legenda** S. Francisci auct. **S. Bonaventura**].

Inc. « Apparue la gratia di Dio nostro Salvatore ». *Des.* « spesso usava d'amaestrarli a laudare lo creatore loro. Beato Francesco servo et amico del altissimo Idio, ordinatore et duce dell' ordine de Frati Minori.... de vita eterna. Et questo huomo il quale mir.... ». = In margine inferiori manus saec. XVI scripsit: « Questa o historia originale o traductione che sia e di buonissima lingua Toscana antica scritta in quelli primi bon tempi. Et quanto alla historia eccettuatone il prohemio è la medesima che in lingua latina sotto nome della *Leggenda aurea maggiore* della vita di San Buonaventura l'anno 1509 in Firenze da Giunti; et non mi risolvo se il latino e cavato da questa vulgare o pure se questa e tradotta dalla latina [!?] ».

Cod. n. 1399 membr. mill. 250×190 ff. 47 ab unica manu saec. XIV eleganter exaratus. Duo adsunt folia pro custodia insitic. in principio aliaque duo ad calcem. Ligatura membr. in dorso hanc exhibet superscriptionem: *Vita della Beata Bonacosa* | *Sec. XIV.* Litterae initiales et tituli rubei exhibentur. Folium 1 r eleganter ornatum. Insunt:

1. f. 37v–41v. [Bulla Nicolai IV **Supra montem,** italice].

Inc. « Nicolao papa servo de li servi de Deo. Ali dilecti figloli frati e a le dilecte figlole soror del ordene de li frati de penitentia presenti o uero chi seranno, salute e la apostolica benedictione. Sopra lo monte de la catholica fede ». *Des.* « chi ghe sera data eli cum humilitate la studiano de compire. Nulli ergo omnino hominum etc. ». = Sbaralea, *Bull. franc.*, t. IV pp. 94 sqq.

2. f. 41r–42v. [**S. Bonaventurae** De regulanda vita ad Blancham Reginam].

Inc. « Illustre et excellente dona. In questa vita misera son duy modi de uiuere ». *Des* « del vostro merauegloso ingenio e claro intellecto. Hic explicit tractatus de regulanda vita illustris et excelse Domine domine Blanche etc. Deo gratias amen ». = In ed. operum S. Bonaventurae, Ad Cl. Aq. t. VIII pp. 128 sqq. sub titulo *De regimine animae* cusum fuit.

(Continuabitur). P. ATHANASIUS LÓPEZ, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

1. **Funk, Philipp. Dr.** — *Jakob von Vitry. Leben und Werke.* — Leipzig und Berlin, B. G. Teubner 1909, in-8°, VI, 188 pp. (M. 5,00. — (*Beitraege zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance herausgegeben von* WALTER GOETZ, *Heft 3.*).

2. **Hefele, H. Dr.** — *Die Bettelorden und das religiöse Volksleben Ober- und Mittelitaliens im XIII. Jahrhundert.* — Ibidem, 1910, in-8°, IV, 140 pp. (M. 4,80). — (*Beitraege* etc. *Heft 9.*).

3. **Wiesehoff, Jos.** — *Die Stellung der Bettelorden in den freien deutschen Reichsstädten im Mittelalter. Inauguraldissertation... der Universität Münster i. W.* — Borna-Leipzig, Rob. Noske, 1905, in-8°, XII, 122 pp. — (M. 2,00).

1. Perspicacia magna, saepius peracri, *in vitam et scripta Iacobi Vitriacensis,* episcopi Acconensis ac Cardinalis, S. P. Francisco noto et amico, inquisivit Dr. Ph. Funk, in fasciculo 3 seriei scriptorum, auctore cl. W. Goetz editorum. Huius seriei fasc. V est libellus ille, in quo K. Merkt stigmata S. Francisci convellere incassum studebat; cf. AFH III, 393-432.

Prima pars libri Ph. F. biographiam Iacobi Vitriacensis texit (4-75), secunda de eius scriptis, non quidem omnibus, manuscriptis ceterum non recte neglectis, disserit. Nostra ea praeprimis interest referre, quae ad rem franciscalem spectant. = Oriundus videtur Iacobus e Vitriaco — huius nominis vici saltem decem numerantur — forsan e *Vitry-en-Artois* (inter Atrebatum et Duacum) an. 1160-70. Postquam circa an. 1187 Parisiis in studia incubuerat (10), parochia Argentolii ei obtigit, vix vero curatum egit in Wasiers (14). Allectus fama B. Mariae Oigniacensis — hoc contra F. 18 sqq. repetimus — Oigniacum devenit (1205-10), ibique canonicis O. S. Aug. nomen dedit. Anno 1212, iubente Fulcone, Legato Apostolico, crucem contra Albigenses in Belgio praedicare coepit (33); 1213-15 episcopus Acconensis electus fuit (38), unde ad curiam romanam profectus est an. 1216, quo *Perusiam* pervenit, ac Fratres Minores admiratus est, de quibus quaedam retulit in *Epistola I* data Ianuae 1216 (octob.); ed. Röhricht, *Zeitschrift für Kirchgesch.,* XIV, 102 sqq.; Böhmer, *Analekten,* 94-101. In castris crucesignatorum in Aegypto commoratus (1218-21), ibi S. Franciscum vidit, cuius ibi gesta in *Epistola VI,* mart. 1220: ZKG XVI, 83 ss.; Böhmer, 101-2, commemorat. Anno 1128 (?) episcopatum suum resignavit (60), sed ante 29 iul. 1229 a Gregorio IX cardinalis Tusculanus creatus est (61 ss.); obiit anno 1240. = Praeterquam in duobus illis epistolis, de Fratribus Minoribus egit

quoque in *Hist. Orient.* l. II, c. 32: Böhmer, 102-6. = Quae de his locis, iam diu notis, a pluribusque commentatis A. noster dicit seu exponit in capite XV, p. 169-75, novi nihil continent nec produnt. Sunt etenim potius explicationes exegeticae dictorum locorum. Recte A. animadvertit Iacobum etiam regulam anni 1221 et 1223 probabiliter ignorasse (175), et ea quae de S. Francisco, eiusque instituto retulit, nullo scripto initi, sed ab ipso Iacobo visa et observata esse (nec semper penitus recte). Absque ulla ratione locum Epistolae VI « *Soldanus autem, rex Aegypti, ab eo* [S. Francisco] *petiit, ut Domino supplicaret, quatenus religioni, quae magis Deo placeret, divinitus inspiratus adhaereret* » (Böhmer, 101-2), ut legendarium A. acrior in dubium vocat, quia phrasis huiusmodi vaga optime Orientali convenit. De loco Chronicae Ernoul, ed. Mas Latrie, p. 442, cf. et Golubovich, *Bibl. Bio-bibl.*, I, 10-13.

In genere A. maxime in eo versatus, ut veterum scriptorum dicta confundat, eo fine, ut certam seriem biographiae Iacobi Vitriacensis constabiliat, plurimam partem rationes valde subiectivas affert et contra illos quos aggreditur, et pro sui ipsius novis hypothesibus. Hoc ut facilius attingat, modo suo « pragmaticam hagiographicam », « schemata hagiographiae » sponte ubique admittit, sed nequaquam probat, v. gr. 116 sqq., ubi exempla alia, ad hoc ostendendum aliunde adducenda erant.

En vero exemplum critices omnino subiectivae, ubi exponit, cur et quomodo Iacobus Oigniacum devenerit, negans hoc evenisse ob famam Mariae Oigniacensis (16-23), sed e contra ob odorem boni nominis conventus Oigniacensis Canonicorum O. S. Aug. Hoc loco primum falso supponit Iacobum statim (seu mox) Canonicis adscriptum fuisse, quia verba « *ut cum fratribus permaneret* » hoc non exprimunt (17, 18). Arbitrarie F. supponit (13, 18) neosacerdotem parochum primam missam debuisse cantare in parochia etc., ut erronee inducat locum *Supplementi:* AA SS iun. IV, 607, penitus falsa referre. Ut rem sic a se ob praetensum « artificium hagiographicum » illatam confirmet, ad Prologum Vitae B. Mariae Oigniacensis, auctore Iac. Vitriacensi, AA SS l. c. 636, appellat, ubi Vitriacensis, eodem usus « modo hagiographico », dixerit Fulconem episc. Tolosanum in Belgium venisse feminas sanctas circa Leodium invisendi causa. Sed aliunde constat, ait, scil. ex Petri de Vallis Cernaii, *Hist. Albig.*, c. 68, ed. Bouquet 1883, p. 78, [P. L. CCXIII, 660], illum in Galliam venisse, « ut promoveret negotium fidei contra haereticos pestilentes [i. e. Albigenses] ». Ast A. noster in allegato loco Vitae Mariae Oigniac. verba quae idem referunt, (ideoque hypothesim suam destruunt) audacter suppressit. Sonat enim locus: « Unde cum... ecclesiae Tolosanae episcopus, a civitate sua ab haereticis depulsus, *ad partes Galliae petiturus auxilium contra inimicos fidei devenisset,* et tandem usque in episcopatum Leodii, quasi tractus odore et fama quorumdam... descendisset ». Cur autem illud quod hic negat p. 35 § 3 l. 6-8 concedit A.? — Hic ergo, alibique « systema hagiographicum » facta deformans, non ad libidinem Auctoris supponendum fuit, sed probandum. In casu nostro Leodium a Parisiis non mille milliaria distabat. — Eiusdem generis arbitraria iudicia hypothesesque habes p. 22 35, 48 not. 2 (manda al roi!) 50, 61 sq., ubi in modo quo Iacobus in cardinalem creatus sit, exemplum « psychologiae Legendarum » sibi detegisse videtur ap. Cantimpratanum: AA SS l. c. 674 sq., narrantem Iacobum Romam perexisse, ut Gregorium IX, amicum suum, papam inviseret. Error chronologicus Cantimpratani omnia explicat; gratisque supponit A. desiderium illud memoratum Iacobi, in cognitione eiusdem ex parte Cantimpratani intima inniti. Motivum Iacobi phychologicum nil habet miri, nilque stupendi. — Si sermones Iacobi scripti non fuerunt uti revera sonuerunt (176), non apparet, cur A. dicat eis defuisse enthusiasmum (74), motusque oratorios (180); magnae enim efficaciae

certe fuerunt (31 sqq.). — Quoniam Iacobi operà nondum omnia vulgata sunt, nec A. ullos manuscriptos eorum codices perlustravit (3, 76), neque nexum eorum cum aliis scriptis coaevis ac supparibus examinavit, ex hac quoque parte liquet eius monographiam non potuisse omni ex numero completam evadere. — P. 181 sq. Exempla e sermonibus vulgaribus Iacobi excerpta fusius tractanda utique erant, iuxta cit. Fr. Crane, *The exempla or illustrative stories from the Sermones vulgares of Jacques de Vitry, edited with introduction, analysis and notes. (Publications of the Folk-Lore Society,* XXVI, London 1890, in-8°, CXVI, 303 pp.; cf. P. Meyer, ap. *Revue critique,* II sér. XXXI, 1891, 127-32. Cf. Idem, *Le conte des petits couteaux d'après J. de V.* ap. *Romania,* XXI, 1892, 81-3. Haec dissertatio aliaeque apud A. non notantur. Ad *Exempla* notanda erant quoque illa Anonymi Fratris Minoris Angli, quas ed. cl. A. G. Little, cf. AFH II, 651-7. — Dissertatio Baroux, *Jacques de Vitry* (3 n. 1) nunquam vulgata est; sed eius *compendium* prodiit in Collect. *Positions de Thèses présentées* etc. Paris 1885.

P. 123-30 ubi in Vita Mariae Oigniacensis, AA SS iun. IV, 634-77, innixus de «vita religiosa in Belgio saeculo XIII» agit A., demonstrare contendit, non solum S. Franciscum Assis. ansam dedisse vitae religiosae instaurandae, ineunte saeculo XIII (124). Quod nemo unquam affirmavit. Notamus ex vita illa mirabili plures ideas Mariae cum illis aliorum Sanctorum convenire (123 sqq.). Una cum marito leprosis servivit (l. c. 640 n. 14), paupertati magnae studebat Maria (648 n. 45), sed non absolutae, a suis impedita etc. His in factis similitudinem cum S. Francisco exaggerat A. (124 sqq.). Quod magis praestitit circa eius ad crucem et passionem Domini amorem (640 n. 16; 641 n. 21), praesertim sequentibus in locis:

«Licet enim corpus spiritui servire cogendum sit (1), licet *Stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore* (2) nostro ferre debeamus, [640] scimus tamen, quod *honor regis iudicium diligit* (3), nec placet Domino sacrificium de *rapina pauperis* (4): non enim pauperi carni subtrahenda sunt necessaria, sed reprimenda sunt vitia». — Alio vero in loco (641 n. 22), Iacobus narrat Mariam omnem delectationem carnis adeo abhoruisse, ut propter hoc [non ob Domini passionem] manum sibi atrociter intulerit: «*Fervore enim spiritus quasi inebriata prae dulcedine Agni Paschalis carnes suas fastidiens, frusta non modica cum cultello resecavit, quae prae verecundia in terra abscondit; et quia nimio amoris incendio inflammata, carnis dolorem superavit, unum de Seraphim in hoc mentis excessu sibi adstantem aspexit. Loca vero vulnerum cum corpus* [642] *eius in morte lavaretur, mulieres invenerunt et admiratae sunt, qui autem ex eius confessione praedicta cognoverant, quid esset intellexerunt. Qui Symeonis vermes ex vulneribus scaturientes, qui B. Antonii ignem quo pedes incendit, venerando admirantur, cur non etiam in sexu fragili tantam mulieris fortitudinem obstupescant, quae caritate vulnerata et Christi vulneribus vegetata, proprii corporis neglexit vulnera*».

Quae ergo *vulnera* in loco patenti non erant. Quodsi A. (129) ex hoc insinuare vult, S. Franciscum quoque sibi ipsi stigmata inferre potuisse, notandum venit ex hoc casu adeo dispari, iuxta scientiae normas (de quibus gloriatur A. 129), nihil posse inferri circa stigmata S. Francisci. Cf. AFH III, 393-432. — Contra A. (63-4) ex Raynaldo ad (1240 n. 47) constat Iacobum revera in Patriarcham Hierosolymitanum postulatum esse.

(1) Addimus allusiones biblicas, ut modus loquendi Iacobi magis pateat; cf. I Cor. 9, 27. (2) Gal. 6, 17; cf. AFH III, 396 sq. (3) Ps. 98, 3. (4) Is. 3, 14; cf. Matth. 9, 13.

2. In fasciculo IX eiusdem collectionis inscripto: Quid Ordines Mendicantes ad vitam populi religiosam in Italia superiore et media contulerint saec. XIII, Dr., H. Hefele, modo synthetico, animoque ab illo Ph. Funk sat diverso in res, personas, tempora, aequiore stylo disserit. Liber ex singulis factis, narratis, dictis scriptorum saeculi illius magna diligentia conquisitus et congestus, in cap. I (4-16) agit: De statu generali culturae (in illis partibus), quantum ad propositas sibi quaestiones spectat: de bellis civilibus, de desiderio pacis apud omnes, de moribus rudibus (ob bella), de genio sociali ac patriotico in illis civitatibus etc. — Caput II (16-42): De ideis religiosis etc. intitulatum, exponit conditiones ecclesiae illius aevi, quomodo a populo iudicatae sint (de haeresibus quoque hic agit, de moralitate, veneratione sanctorum); delineare studet vitam ecclesiasticam, ideas apocalypticas (Ioachim de Floris) et sociales in confraternitatibus etc.

Tertium capitulum: De mendicantibus et eorum prima in populos actione, (42-62) paucis disserit, quin novi quid prodat: de S. Francisco Assis. (42-9), de primis eius discipulis (49-53), de S. Clara Assis. (54-5), de Fr. Elia de Cortona (55-6), de Gregorio IX (56-7) atque paucissima de S. Dominico (57-8). Tum raptim inquirit: quomodo mendicantes in populo (modo benigne, modo cum risu etc.) recepti sint diversis in oppidis, opinans, parum exacte (60-1), Mendicantes tunc coepisse tantummodo influxum verum in populum exserere, cum actionem quamdam pastoralem exercere coepissent. Addit (61-2) « conversiones » FF. Mendicantium Ordines intrantium plurimis e causis provenisse.

Caput IV: De Ordinibus et Confraternitatibus disceptat (62-91); de origine et genio Ordinis Minorum, praecipue iuxta W. Goetz, *Die ursprünglichen Ideale des hl. Franz. von Assisi* ap. *Historische Vierteljahrschrift*, VI, 1903, 19 sqq. (62-5); de Clarissis (65-6), de Tertio Ordine (66-71), qua occasione de aliis eiusdem generis confraternitatibus pauca inserit; de Fratribus Praedicatoribus (71-2); brevius de Servitis (72-4), de militia B. Mariae Virginis (Fratribus Gaudentibus) (74-5) fundata Bononiae a Fr. Rufino Gurgone O. M. (Salimbene 241; MG SS XXXII, 467). Paucissimis subditis de extensione O. M. (75) — plura invenisset A. ap. AFH I, 3 sqq. — quam explicat (75-7) ex pietate populi, et ex privilegiis, quae Curia romana eis largiebatur, de evolutione Ordinis Minorum loquitur (77-81), calamo potius acri, defectus magis quam alia notans. Inde transit ad eorum actionem politicam: pacificationem civitatum inter se dimicantium (81-3), aliisque missionibus a Curia eis concreditis (83), influxum *realem* Tertiariorum, praecipue contra P. Allard, *S. François d'Assise et la Féodalité* ap. *Rev. d. Quest. hist.*, XLVII, 1890, 567-76, negans, praesertim quia undique Tertiariis a magistratibus contradictum fuerit (83-4). Adumbrat breviter quid mendicantes tanquam Inquisitores praestiterunt (85-7), quomodo cum clero parochiali litigaverunt (87-9) et quandoque cum Ordinibus antiquis (89-90), saepius quoque inter se (90-1).

Titulus capituli V, adamussim quasi, titulo totius libri respondet: *De vita religiosa sub influxu Ordinum Mendicantium* (91-119). In eo autem, praeter exspectationem cuiusque legentis, A. dat biographias breves quorumdam Sanctorum saeculi XIII, quia, ait A., e Sanctorum vitis iudicare quadamtenus licet ideas religiosas communiter vulgatas, ingeniaque quaedam maxime religiosa ob oculos ponunt (92). Quod negare nolumus. Sed neque iste considerandi modus titulo sive capitis sive libri respondet. Dein strictim agit de S. Antonio Patavino (92-4), de S. Luchesio Tertiario (94-5), de S. Petro Martyre O. Pr. (95-7), ac

paucioribus de B. Guidone Cortonensi O. M. (97-8), B. Ioanne Salernitano O. Pr. (98), B. Ambrosio Sansedonio O. Pr. (98), B. Iohannis ab Avellino (98-9), quos cur ex tot aliis selegerit, non apparet. Hinc transit ad sanctas mulieres: B. Humilianam (99-100), S. Rosam de Viterbio (100-1), B. Zitam (101-2) [quae tamen ad Mendicantss nullam habuit relationem], B. Finam (102). Subnectit inde pauca de S. Margareta Cortonensi (102-3) atque de S. Angela Fulginatensi (103), de VII fundatoribus Servitarum (103-4), etc. Inde arguit « popularitatem » Sanctorum quorumdam dependisse a variis causis, praesertim vero ex eorum cum populo contactu frequenti, quomodocumque hic evenerit. Legendae Sanctorum saeculi XIII in hoc non differre dicit ab illis saeculorum praecedentium, neque respectu ad miracula et invocationem sanctorum (105-7), qua in re fraus saepe serpebat; cf., ait, Salimbene, *Chron.*, 72, 501 sq. [Parm. 33 sq., 274 sq.]. Ex Chronica Fr. Salimbene, pauca de S. Francisco referente, saepiusque frivola etc., inducere vult A. (109-112), *ideas* revera *franciscanas* circa an. 1280 iam quasi penitus emarcuisse, falso, inter alia, Fr. Salimbene tamquam typum tunc vulgatissimum considerans (111). Negat recte « Individualismum religiosum » i. e. dogmaticum etc. tunc exstitisse (112), explicatque (113-6) Mendicantes maxime pastoratione sua continua, praeprimis praedicatione, de qua 114-5, plurimos consecutos esse fructus vitae religiosae. Subiungit tunc pauca brevia verba de feminarum ad Mendicantes relatione. = Demum caput VI (119-36) de motibus magnis anni 1233 scil. « *Alleluia* » (120-6), et anni 1260, scil. de *Flagellantibus* tractat (129-31), negans, sed non omni iure, horum processiones connecti posse cum Ioachimismo an. 1260 novum S. Spiritus regnum auspicante (131-3). Subdit tamdem quoque, sed parum ad rem religiosam conferens, compendium rerum gestarum Gerardi Segarelli, « Apostolorum » suorum ac Fr. Dulcini (134-6).

Statum ex actione Ordinum Mendicantium resultantem sic paucis complectitur (116): 'Vita religiosa inde incrementum acceperat, magis quidem extensivum quam intensivum. Hoc in specie, ait, apparet ex numero grandi Confraternitatum, ex officiis divinis, praesertim praedicationibus (117) magis frequentatis, e cultu sanctorum novorum valde efflorescente, ex peregrinationibus ad tumbas sanctorum et indulgentiis multiplicatis, ex restitutionibus bonorum male ablatorum, ex sepulturis laicorum in ecclesiis Mendicantium, quibus addendi sunt, indirecte, duo illi motus anni 1233 et 1260. P. 108, ubi dicit in cultu Sanctorum novorum vitam religiosam pro plebe quadamtenus culminasse, ac spem vitae futurae et communionis sanctorum magnopere inde auctam esse. Nec, ait, aliis temporibus aliter evenerunt res. Eos vero qui repetunt S. Franciscum populo « Evangelium retulisse », ait hoc nonnisi ex sensu protestantico dicere, nec assertum suum ullo modo probare posse, scil. illud Evangelium fuisse tenorem « Missionis franciscanae ». Nam nemo a S. Francisco, suisque Minoribus exspectasset novam Evangelii explicationem. Immo hoc haereticum fuisset facere, et tale officium soli Ecclesiae reservatum erat, ideoque exsulasset ab animo S. Francisci eumque admirantis populi'. — Quibus taliter enuntiatis contradicere nolumus nec possumus. Ast moderatius sonare poterant quaedam effata, tuncque plus veri in se comprehenderent.

Ex compendiose a nobis expositis apparet operis huius defectibilitas: cum de rebus ab Auctore sibi propositis, fontes, praesertim urbium Chronicae (2), pauca admodum contineant, nec A. magis scripta alia praesertim Ordinum religiosorum perlustraverit etc., sed uno invento

loco qui sententiam suam probet, saepissime contentus sit. Hinc fit, ut res particulares saepius uti generaliores proponat, et alia ex parte, alius quidam scriptor, eadem methodo fretus, sententiam contrariam et contradictoriam haud difficulter « probare » possit. Loci ad librum huiusmodi syntheticum, et ex natura thematis incompletum, conscribendum hinc inde, quamvis erudite, delecti et selecti, vix sufficere possunt, rei intentae evincendae; neglecti namque plurimi alii iacent loci ad aevum illud iudicandum apti, necessariique. Res religiosas Italiae superioris et mediae ad annum usque 1260 describere voluit, sed saepius ad annum usque 1300 descendit (3). Exscripsit prae ceteris Chronicam Fr. *Salimbene* (2), non semper in factis bonis referendis occupati, uti norunt omnes. Cum a limine sibi proposuerit A., ut influxum religiosum S. Francisci, suorumque, contra quosdam eiusdem admiratores (revera pluries) non moderatos, restringeret (1), mirandum non est, quod magis res tali fini consequendo aptas, in genere ex industria propalaverit. Dato quod talem finem assecutus esset A., notandum veniret inprimis, quod influxus verus S. Francisci hoc libro non describitur undequaque, ex ipsa mente Auctoris, quia libri themate quoad tempus ac loca valde coangustato, responsio Auctoris, iam ob hos limites, definitiva nequaquam esse poterat.

Methodus vero ipsa lacunosa ac Chrestomathiae instar, haec illaque colligens, seligensque valori absoluto operis valde detrahit. Notamus tamen longe pluribus in eo agi de S. Francisco et Ordine franciscano, quam de S. Dominico et suo Ordine; alii vero Mendicantes scil. Augustiniani et Carmelitani vix in eo nominantur (72). Plus tribuendum fuisset etiam v. gr. Regulae S. Francisci, aliorumque Ordinum, eorum Constitutionibus ac Statutis, quae intentiones studiaque, licet saepe de facto defecerint, clare produnt, magis quam lepide ac suo modo narrata a Salimbene (72). Etiam Regulae O. M. declarationes considerandae ei erant aliaque, antequam declararet, Ordinem versus finem saeculi XIII penitus degenerasse (136-8) negligens quoque « Spirituales » etc.

Ad quaedam singula modo descendimus. P. 12 n. 2, locus I Cel. 11 n. 27 sensum ab A. ei suppositum vix habere potest, nec certe locus Salimbene 213, p. 18 n. 2; nec alius, Salimb. 40, de suo patre (83), cuius aversio contra Ordinem FF. Min. mere personalis erat; nec locus p. 24 n. 5 Salimb. 83, cum nonnisi de *nugis* Florentinorum agat. Animadversio p. 102 n. 4 risum certe movebit quorumdam ob eam credentium Auctorem ignarum esse processuum canonizationis. Ideas Fr. Salimbene toti Ordini Min. tribuere non licet (19 sqq.); nec dubia paucorum Fratrum Praed. de stigmatibus s. Francisci toti Ordini Praed. (24 n. 5, 90; cf. AFH III, 424). Pluribus in locis in structuras, deductiones, inductionesque patentes et debiles Auctoris offendit lector, 16 sqq., 30 sqq., 37 etc.; 91 sqq. etc. — S. Rosa Viterbiensis, nata c. an. 1235 mortua iam an. 1252, vix « mulier fortis » dicenda est (101). — Plura dicenda erant de praedicationibus (114 sqq.) et praedicatoribus. Si commemorare licuit « *exempla* » Stephani de Borbone O. Pr., poterat quoque dicere de « Exemplis », de quibus AFH II, 651-7. — Plura referre potuit de *Tertiariis*, si usus fuisset documentis etc. in AFH I, 544-68: II, 63-71 vulgatis. — Nec praetereundum ei erat v. gr. quod plura monasteria O. S. B. etc. Fratribus Min. tradita sint (cf. v. gr. Sbaralea, BF II, 143, 365 etc.). Pluries plures auctores allegare debuit, v. gr. circa s. Franciscum, s. Antonium Patav. (92), haereses tunc grassantes (27 sq.) etc. — Inepte de genuitate opusculorum: *Quare Fratres Minores praedicent*, *Opera S. Bonav.*, VIII [non VII] 375-85 et *Lib. apologetici*, l. c. VIII, 356-75, simpliciter dubitat A. 23; cf. *Opera*, l. c. et p. LXIX sqq. De fundatione singulorum Conventuum nil agit A.

3. Occasione libri Dr. H. Hefele modo recensiti, licet tractare et de libro similis argumenti inquirente, scil.: *Quomodo Ordines Mendicantes per medium aevum in urbibus liberis imperii* (romano-germanici) *se habuerint.* Tribus e capitibus consistit dissertatio pro assequendo Philos. Doctoris gradu universitati Monasterii Guestfalorum praesentata. Horum primum, post brevem introductionem (1-6) de IV Ordinum Mendicantium origine et ingenio, de primis eorum initiis in oppidis illis liberis agit (7-28). Notat Fratres Minores saepius apud leprosos primas suas domos incepisse, eisque inserviisse (11-3); populum libentissime ad eorum ecclesias confluxisse etc. (13 ss), mox autem cleri parochialis contra eos suscitatos esse animos (16 ss.), necnon et episcoporum (24-8).

Caput II, inscriptum est: *Mendicantes uti possessores terrae oppidanae* (29-63), ubi primum paupertatem apud Fratres Praedicatores (29-30) tum apud Fratres Minores describit (1221-1323, p. 30-6), notans eos multum occupatos fuisse in cura animarum (36), mendicatione (37) in qua pecuniam non penitus aspernabantur etc. Ut conventus suos, ait, construere vel constructos ampliare possent, terras pluries emere debebant (38-9), quas etiam saepe in dona recipiebant, sive simpliciter, sive adnexis quibusdam oneribus, v. gr. anniversariis etc. (40-44). Quamquam constat Mendicantes longe minora immobilia pessedisse quam Ordines antiqui (44), nihilominus eorum privilegia, exemptiones (relate ad tributa ordinaria), possessiones etc., invisa multum erant urbibus illis liberis, quibus ingentibus summis opus erat pro necessitatibus suis ordinariis et extraordinariis, v. gr. ob bella crebra etc., quae nova tributa et onera necessaria reddebant, unde « manus mortuae » possessiones scil. religiosorum, cleri etc. magistratus in dies magis horrebant (44-6). Tunc describit, quomodo singulae quaedam civitates se in hac re habuerint, i. e. Argentoratum (47-52), Spira (52), Ratisbona (52-3), Colonia (53-61) atque Basilea (61-2); sed ob Ius Canonicum in genere Mendicantes vicerunt.

